

CANADA COUNCIL
1967

2-334

ACTA PONTIFICUM DANICA

PAVELIGE AKTSTYKKER VEDRØRENDE DANMARK


1316—1536

III BIND

1431—1471

UDGIVET AF

ALFR. KRARUP OG JOHS. LINDBÆK



UDGIVET PAA CARLSBERGFONDETS BEKOSTNING

KØBENHAVN

I KOMMISSION HOS G. E. C. GAD

1908

MEDIAEVAL STUDIES


LIBRARY

THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES

1967

LIBRARY

1967



AUG 4 1967

29010

TRYKT HOS NIELSEN & LYDICHE (AXEL SIMMELKJÆR)

INDLEDNING.

FORELIGGENDE 3. Bd. af Acta pontificum Danica er udgivet ganske efter samme Principer som 2. Bd. (med den lille Undtagelse, at nu dominus o. l. i gejstlige Titler ikke er medtaget).

Hovedmassen af Brevene er trykt efter Afskrifter fra Vatikanerarkivet, tagne af Dr. Moltesen 1894—95, Dr. M. Mackeprang 1895—97, undertegnede Krarup 1897—98 og undertegnede Lindbæk 1906 i Samarbejde med den svenske Dr. K. H. Karlsson og de norske Professorer G. Storm og A. Bugge.

Foruden Afskrifterne fra Rom bringer dette Bind — ligesom forrige —, hvad der findes i danske Arkiver og i de Bartholinske og Arnemagnæanske Samlinger paa Universitetsbiblioteket, hvoraf indtil 1450 saa godt som alt findes fortegnet i Repertoriet. For Tiden derefter vilde det ikke have været os muligt at naa en tilnærmelsesvis Sikkerhed for at have faaet alt med uden den utrættelige Hjælp, vi altid har fundet hos Arkivsekretær, Dr. Will. Christensen, som vi her beder modtage vor bedste Tak. Af Breve fra fremmede Arkiver findes ogsaa i dette Bind aftrykt en Del Afskrifter fra Riksarkivet i Stockholm.

Breve vedrørende Lunde Stift er indtil 1460 trykt i Diplomatarium diocesis Lundensis III; ved Udgiveren, Landsarkivaren Dr. L. Weibulls Imødekommen er vi blevne satte i Stand til ogsaa for de følgende Aar at henvise til det endnu ikke udkomne 4. Bd.

B 27
165
427

Korrekturen er ligesom i 2. Bd. besørget foruden af Under-
tegnede tillige af Adjunkt Jul. Nielsen i Frederiksborg og Dr.
E. Ranuzzi i Rom, ligesom Prof. Gertz ogsaa ved dette Bind
har ydet os sin værdifulde Hjælp, som vi er ham i høj Grad
taknemlige for. Endelig gælder vor Tak — sidst, men ikke
mindst — Carlsbergfonden og da især dens Formand, Prof.
Edv. Holm.

København, i Septbr. 1908.

Alfr. Krarup.

Johs. Lindbæk.

EUGEN IV

valgt 3. Marts 1431, viet 11. Marts 1431, død 23. Febr. 1447.

1594.

11. Marts 1431.

Paven befaler Biskoppen i Viborg at stadfæste Guardianen og Brødrene i Franciskanerklostret i Flensborg i Besiddelsen af et Kapel i Krogsris (Hanved Sogn), som Kong Erik havde skænket dem til Opførelsen af et Kloster. Martin V havde 14. Juli 1427 stadfæstet Brødrenes Ret over Kapellet (Nr. 1526), men der var ikke udstedt nogen Bulle. Stadfæstelsen skal gælde fra sidstnævnte Dato.

Episcopo Vibergensi. Rationi congruit (*Wadding, Annales Minorum X, 487—88; Dipl. Flensb. I, 385—86; Reg. 3509**). Datum Rome 5. id. martii anno 1.

Pe. XXX. de Casatiis.

Reg. Lat. 305 fol. 86 v.

1595.

11. Marts 1431.

Paven befaler Abbeden i Essenbæk Kloster at bekræfte Aarhus Domkapitels Overdragelse af et Stenhus til Aarhuskanniken Christiern Pedersen.

Abbati monasterii s. Laurentii in Eschimbek Arusiensis diocesis. Rationi congruit etc. Dudum siquidem Martino pape V pro parte Cristierni Petri canonici Arusiensis exposito, quod olim Ericus Laurentii archidiaconus et capitulum eiusdem ecclesie quandam domum lapideam sive curiam canonicalem, quam perantea Johannes Magni olim ipsius ecclesie canonicus inhabita-
verat, ad eos communiter pertinentem cum stabulo eiusdem ac quadam alia domo lignea illis contigua illarumque fundis nec non terra seu turri [ᵛ: tunino]¹⁾ illic inter domum et stabulum prefata ac stabulum ligneum Olavi Petri tunc eiusdem ecclesie prepositi adjacente . . dicto Cristierno per eum, quoad viveret, inhabitandam libere et preter hoc, quod ipse Cristiernus cuiquam

¹⁾ add. Gz.

pro illis aliquam pensionem exsolvere [non] haberet, ita tamen, quod domos ipsas cum stabulo et aliis pertinentiis suis sumptibus manutenere deberet, concesserant, prout in litteris dictorum archidiaconi et capituli desuper confectis et eorundem capituli sigillo munitis dicebatur plenius contineri, ac subjuncto, quod ipse Cristiernus dubitaret de juribus concessionis [eiusdem], et propterea pro parte dicti Cristierni eidem predecessori supplicato, ut concessioni huiusmodi . . . robur apostolice confirmationis adjicere dignaretur, prefatus predecessor voluit et concessit, videlicet 13. kal. aug. anno 11, certo iudici dari in mandatis, quatenus, vocatis archidiacono pro tempore existente dicte ecclesie et capitulo predictis ac aliis, qui forent evocandi, super premissis auctoritate apostolica se diligenter informaret et, si per informationem huiusmodi ea repperiret ita esse, concessionem . . . predicta[m] eadem auctoritate approbaret. Ne autem prefatus Cristiernus voluntatis et ipsius predecessoris concessionis predictarum pro eo, quod super illis eiusdem predecessoris littere, eius superveniente obitu, confecte non fuerunt, frustretur effectu, volentes, quod eedem voluntas et ipsius predecessoris concessio perinde a dicta die 13. kal. aug. suum sortiantur effectum, ac si super illis ipsius predecessoris littere sub eiusdem diei data confecte fuissent, quodque presentes littere ad probandum plene voluntatem et ipsius predecessoris concessionem predictas ubique sufficiant . . . , discretioni tue mandamus, quatenus, vocatis archidiacono pro tempore existenti et capitulo predictis ac aliis, qui fuerint evocandi, super huiusmodi expositis auctoritate nostra te diligenter informes et, si per huiusmodi informationem ea reppereris ita esse, concessionem Erii archidiaconi et capituli eadem auctoritate confirmes juxta voluntatem et ipsius predecessoris concessionem antedictas. Datum Rome 5. id. martii anno 1.

An. XX. de Adria.

Reg. Lat. 304 fol. 188. Ogsaa Supplik (Datum Genezani Penestrine diocesis 13. kal. aug. anno 11) i Suppl. 220 fol. 257.

1596.

26. Marts 1431.

Klerken Marquardus de Stiten fra Lübeck Stift, som er Prokurator ved Kurien, faar Kanonikat og Præbende i Lübeck.

Supplicat Marquardus de Stiten clericus Lubicensis, in curia s. [v.] causarum procurator, quatenus sibi de canonicatu et præbenda ecclesie Lubicensis [fructus 5 mr.], vacantibus per obitum Wilhelmi Bocholt . . . , dignemini providere, non obstantibus sta-

tutis et consuetudinibus dicte ecclesie . . . Renuntiat insuper dictus Marquardus omnibus concessionum gratiis sibi quomodolibet factis aliis a [o: ac]¹⁾ premissis, quam quidem renuntiationem admitti petit per presentes. Fiat. G. Datum Rome 7. kal. aprilis anno 1.

Suppl. 260 fol. 183 v.

1597.

27. Marts 1431.

Paven opfordrer Kong Erik til at søge at formaa sin Fætter Hertug Bugislav af Pommern til at tilbagegive Biskoppen af Camin nogle Borge, hans Fader uretmæssig havde frataget denne.

Erico regi Dacie. Quum novimus serenitatem tuam timentem deum et religione fidei prestantem, ideo cogimur ex paterna caritate, quam ad eam gerimus, te admonere ad ea precavenda, que possent anime tue periculum generare. Audivimus quendam Bugslaum olim ducem Pomeranie occupasse quedam castra spectantia ad ecclesiam et episcopum Caminensem in prejudicium ecclesie et jacturam anime sue, que nunc coram deo rationem reddit operum suorum, et ea deinde post obitum reliquisse nobili viro Bugslao filio suo, qui nunc est dux Pomeranie. Relatum est etiam nobis tempore predecessoris nostri te promississe, quod dicta castra restituerentur ecclesie et episcopo Caminensi, quod adhuc factum non fuit. Cum igitur ex debito officii pastoralis nobis incumbat et reges maxime deceat jura ecclesiarum precipue defensare, rogamus atque exhortamur in domino serenitatem tuam, ut ob reverentiam Salvatoris nostri et ob anime tue salutem velis dare operam efficacem, ut dicta castra restituantur ecclesie prefate per auxilium operationis tue. Constat enim tibi illa fuisse et esse castra spectantia pleno jure ad ecclesiam Caminensem, quam spoliari bonis et juribus suis et apud deum damnabile est et apud homines reprehensibile. Spectat insuper ad tuam regiam celsitudinem defendere et conservare ecclesias regni tui instar aliorum regum fidelium, qui ecclesias sub sua ditione constitutas defendunt et conservant in juribus suis. Quod ut tua quoque celsitudo faciat, tum propter honorem tum propter debitum justitie, eandem serenitatem in domino plurimum exhortamur. Speramus hoc fore facillimum tibi, cum patruus ipsius ducis existas, apud quem tua auctoritas plurimum valebit, et qui tuis monitis et consiliis parebit. Datum Rome 6. kal. aprilis anno 1²⁾.

Reg. Vat. 359 fol. 60 v.

¹⁾ add. Gz. ²⁾ Samme Dag Breve om samme Sag til Hertug Bugislav og hans Raad.

1598.

29. Marts 1431.

Klerken Jakob Kotze fra Odense Stift faar Kanonikat og Præbende i Wildeshausen.

Supplicat Jacobus Kotze clericus Ottoniensis diocesis, quatinus sibi de canonicatu et prebenda in ecclesia s. Alexandri Wyldeshusen, [vacantibus] per obitum Remberto [o: -ti] Sthor-neborch [fructus 4 mr.], dignemini providere. Concessum. B. Graden-sis. Datum Rome 4. kal. aprilis anno 1.

Suppl. 262 fol. 125 v.

1599.

9. April 1431.

Præsten Niels Pedersen, som en Tid havde forenet Besiddelsen af et evigt Vikariat i Ribe med Kanonikat og Præbende sammesteds, men siden havde frasagt sig disse sidste, faar Lov til at faa dem igen sammen med Vikariatet.

Dudum Nicolaus Petri presbiter, quandam perpetuam vicariam in ecclesia Ripensi obtinens, canonicatum et prebendam eiusdem ecclesie, de Janua nuncupatam, in eadem tunc per liberam resignationem Hartwici Eplijck in manibus Cristiani episcopi Ripensis sponte factam et per eundem episcopum admissa[m] vacantes sibi collatos fuit assecutus et, postquam vicariam ac canonicatum et prebendam predictos aliquamdiu possedisset, timens illos juxta juris rigorem insimul obtineri non posse, propterea canonicatus [o: -tum] et prebendam prefatos in manibus predicti episcopi sponte resignavit. Verum nunc a nonnullis asseritur ipsam vicariam cum canonicatu et prebenda predictis sive alia optata vel optanda prebenda juxta ipsius ecclesie statuta insimul obtinere [o: -ri] posse ipsosque canonicatum et prebendam per promotionem et munus consecrationis eidem episcopo extra [Romanam] curiam impensum etiam tempore sibi facte collationis huiusmodi vacavisse de presentique vacare, licet diversi alii ipsius ecclesie canonici illos auctoritate ordinaria sibi collatos postmodum fuerint pacifice assecuti. Quare supplicat prefatus Nicolaus, quatinus sibi de eisdem canonicatu et prebenda [fructus 3 fl. auri de camera] dignemini providere, non obstante quod dictus Nicolaus prefatam vicariam [fructus 1½ mr.] obtinet, et cum eadem ad aliam prebendam juxta ipsius ecclesie statuta adoptare valeat. Fiat. G. Datum Rome 5. id. aprilis anno 1.

Suppl. 261 fol. 44.

1600.

10. April 1431.

Præsten Niels Pedersen, evig Vikar i Ribe, faar et Kanonikat og Præbende sammesteds, som han maa forene med Vikariatet.

Supplicat Nicolaus Petri presbiter, perpetuus vicarius ad altare s. Jacobi in ecclesia Ripensi, quatinus sibi de canonicatu et prebenda, de Janua nuncupata, per munus consecrationis Cristierno ad eandem ecclesiam promotum impensum vacantibus [fructus $1\frac{1}{2}$ (!) mr.] dignemini providere, non obstante quod diversi alii ipsius ecclesie canonici illos auctoritate ordinaria assecutus [o: -ti] postea ad instantiam dicti Cristierni episcopi resignavit [o: -verunt], secumque, ut prefatam vicariam cum dictis canonicatu et prebenda [fructus $1\frac{1}{2}$ mr.] secundum consuetudinem dicte ecclesie retinere valeat, dispensare dignemini. Fiat. G. Datum Rome 4. id. aprilis anno 1.

Suppl. 261 fol. 190 v.

1601.

18. Maj 1431.¹⁾

Paven befaler Biskoppen i Viborg, at han i Forening med to eller tre lærde Mænd skal undersøge en Bulle, udstedt 2. Febr. 1257 af Pave Alexander IV, hvorved denne forbød den sekulære Gejstlighed i Provinsen Dacia at afnøde Provinsens Franciskanere den kanoniske Andel af de Gaver, der skænkedes dem, og derefter, hvis han fandt, at Brevet var ægte, stadfæste det.

Episcopo Vibergensi. Sacre religionis (*Wadding, Annales Minorum X, 493*¹⁾; *Dipl. Norv. IX, 241—42*; *Reg. 3512 og *4912*; *Rep. 6498*). Datum Rome 15. kal. junii¹⁾ anno 1.

Efter Afskrift i [Nicolaus Jordanis Privilegiesamling, derefter i] Bartholin D, 46—48.

1602.

9. Juni 1431.

Paven giver Helligaandsklostret i Rom Ret til at udsende Bud til at indsamle, hvad der skænkes Klostret, da der nu er mange, der falskelig indsamler Penge i dettes Navn, og giver disse Sendebud Lov til at vælge en Skriftefader, der kan give dem Syndsforladelse i Dødsøjeblikket.

Preceptor et fratribus hospitalis s. Spiritus in Saxia de Urbe ordinis s. Augustini. Exigit sincere devotionis integritas, qua nos et Romanam [reveremini] ecclesiam, ut votis vestris, illis presertim, que hospitalis vestri s. Spiritus in Saxia de Urbe, in quo degitis, ac pauperum in illo pro tempore degentium utilitates et comoda respicere dinoscuntur, quantum cum deo possumus, favorabiliter an[nua]mus. Sane petitio pro parte vestra nobis nuper exhibita continebat, quod nonnulli di[versarum] professionum clerici et laici, [a quocunque] timore dei abscessi(!), se vestros nuntios seu procuratores falso confingentes, diversas mundi provincias illarumque civitates villas et opida ac castra

¹⁾ Wadding: 15. mensis junii efter Lib. 1 de regularibus anno 1 fol. 213.

circuire et in illis vestro et dicti hospitalis nomine diversas res et bona sub specie elemosine suis exquisitis coloribus a fidelibus illarum partium exigere et levare illaque sic exacta et levata in suos usus convertere non expaverunt hactenus, in grave divine majestatis offensam et animarum suarum periculum ac hospitalis et vestrum et pauperum detrimentum. Quare pro parte vestra nobis fuit supplicatum, ut vobis, in quibuscunque civitatibus castris opidis villis atque terris vobis [stare contigerit], dumtaxat bone conversationis et approbate fame clericos aut laicos, qui elemosinas, que vobis et dicto hospitali a fidelibus partium illarum exhiberi [consueverunt], colligere et levare vestro nomine valeant, ponendi et deputandi, necnon illos, quotiens expediens fuerit, amovendi et illorum loco alios probos ac bonos cum simili potestate collocandi licentiam concedere et alias hospitalis et pauperum predictorum statui et indemnitati oportune providere de benignitate apostolica . . . dignaremur. Nos igitur, huiusmodi scandalis obviare cupientes, eisdem supplicationibus inclinati . . . vobis in quibuscunque civitatibus castris opidis [villis et] terris, in quibuscunque mundi partibus consistent, et ad [terras], de quibus vobis videbitur, unum vel duos dumtaxat clericos aut laicos huiusmodi, conversatione et fama fulgentes procuratores vestros seu questuarios deputare, qui elemosinas, quas vobis aut dicto hospitali pure propter deum exhiberi contigerit, ita quod vobis aut a vobis specialiter deputatis seu deputandis, quotiens opus fuerit, [diligentem] et fidelem computum reddere [teneantur], levare et colligere valeant, necnon illos, quotiens vobis visum fuerit, revocare et amovere et loco eorum alios idoneos viros cum simili onere ponere et deputare, devotioni vestre tenore presentium indulgemus. Et insuper, ut prefati procuratores seu questuarii . . . huiusmodi collectores promptius . . . elemosinas ipsas levent et colligant ipsasque collectas et levatas in pauperum predictorum usus convertendas et etiam exponendas vobis seu deputatis eisdem accuratius assignent, quo ex hoc felicia munera se uberius prospexerint adipisci, eis concedimus, ut quilibet ipsorum aliquem idoneum presbiterum in suum possit eligere confessorem, qui totiens, quotiens fuerit opportunum, eos, confessionibus ipsorum diligenter auditis, ab omnibus peccatis, nisi talia forent, propter que sedes apostolica esset merito consulenda, prefata auctoritate absolvere ac ipsis debitam pro commissis absolutionem impendere et injungere penitentiam salutarem necnon eucharistie et alia sacramenta ministrare libere valeat,

jure tamen parrochialis ecclesie in omnibus semper salvo, quodque etiam idem confessor eisdem procuratoribus et questuariis omnium peccatorum suorum, de quibus corde contriti et ore confessi fuerint, semel tantum in mortis articulo plenam remissionem ipsis in sinceritate fidei, unitate s. Romane ecclesie ac obedientia et devotione nostra vel successorum nostrorum persistentibus auctoritate apostolica concedere valeat, sic tamen, quod idem confessor de hiis, de quibus fuerit altera satisfactio impendenda, eam per eos, si supervixerint, vel per heredes eorum, si tunc forte transierint, faciendam, injungat, quam ipsi vel heredes huiusmodi facere teneantur, et ne, quod absit, propter huiusmodi gratiam reddantur procliviores ad illicita imposterum committenda, volumus, quod si ex confidentia remissionis huiusmodi aliqua ipsi facta committerent, quoad illa predicta remissio eis nullatenus suffragetur. Datum Rome 5. id. junii anno 1.

Indtaget i et Notarialinstrument af 3. Nov. 1473 (R. A. Kbhs. Gaarde og Huse, 429); meget medtaget.

1603.

11. Juni 1431.

Biskop Herman (Rynkeby) i Viborg betaler Resten af sine Servispenge til det pavelige Kammer.

Universis etc. Franciscus etc., quod Hermannus episcopus Vibergensis pro residuo et complemento sui communis servitii etc. fl. auri de camera 8 sol. 16 den. 8 monete Romane ipsi camere, nobili viro Antonio de Piscia pecuniarum ipsius camere tunc depositario pro ea recipiente, per manus nobilium virorum Cosme et Laurentii de Medicis mercatorum Florentinorum et sociorum suorum Romanam curiam sequentium usque in diem 8. mensis nov. proxime preteriti termino nondum elapso solvi fecit realiter cum effectu. De quibus etc. In quorum etc. Datum Rome indictione 9. die 11. mensis junii anno 1. fl. 1 gr. 2.

Divers. Eugenii IV 1431—34 (Liber quittantiarum) fol. 11 (Archivio di Stato).

1604.

16. Juni 1431.

Paven befaler Biskoppen i Viborg at overdrage Abbedværdigheden i Essebæk Kloster til Mikkel Jensen, som nu er Munk i samme Kloster.

Episcopo Vibergensi. Solicite considerationis [etc.]. Cum itaque monasterium s. Laurentii in Eskymbek ordinis s. Benedicti Arusiensis diocesis per obitum Johannis abbatis vacet, nos, cupientes eidem monasterio . . . provideri ac de meritis Michaelis Johannis monachi eiusdem monasterii, qui ordinem ipsam expresse professus existit, certam notitiam non habentes, fraternitati tue

mandamus, quatenus de meritis dicti Michaelis te informes et, si per informationem huiusmodi ipsum ad regimen dicti monasterii idoneum esse reppereris, de persona ipsius Michaelis prefato monasterio [fructus 15 libr. Turon. parv.] auctoritate nostra provides Nos enim, si per te vigore presentium dicto monasterio de huiusmodi ipsius Michaelis persona provideri contigerit, [volumus, quod] munus benedictionis [ipsi]¹⁾ impendas seu per aliquem catholicum antistitem impendi facias. Volumus autem, quod tu vel idem antistes, qui eidem Michaeli prefatum munus impe[n]-det, postquam illud sibi impenderis seu impenderit, ab ipso nostro et Romane ecclesie nomine fidelitatis debite solitum recipias seu recipiat juramentum juxta formam, quam sub bulla nostra mittimus introclusam, ac formam juramenti, quod idem Michael prestabit, nobis de verbo ad verbum per suas patentes litteras suo sigillo signatas per proprium nuntium quantocius destinare procures, quodque per hoc episcopo Arusiensi, cui dictum monasterium ordinario jure subesse dinoscitur, nullum posterum prejudicium generetur. Datum Rome 16. kal. julii anno 1.

Pe. XXX. de Casatiis.

Reg. Lat. 306 fol. 185.

1605.

16. Juni 1431.

Paven befaler Biskoppen i Alet, Abbeden i Essenbæk Kloster og Dekanen i Lund at overdrage Peder Munk Vor Frue Kirke i Randers, skønt han forud har et evigt Vikariat i Aarhus Domkirke.

Episcopo Electensi et abbati monasterii s. Laurentii in E[sk]ymbek Arusiensis diocesis ac decano Lundensi. Vite ac morum honestas [etc.]. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Petri Munk perpetui vicarii ad altare s. Nicolai situm in ecclesia Arusiensi petitio continebat, quod olim, parrochiali ecclesia b. Marie Randrosiensi Arusiensis diocesis, que de jure patronatus Erici Dacie regis existit, per liberam Petri Lyong in manibus dicti regis sponte factam resignationem et per Vlricum episcopum Arusiensem admissam vacante, idem rex verus patronus ipsius ecclesie et existens in pacifica possessione vel quasi juris presentandi personam idoneam ad illam, dum vacat, prefatum Petrum Munk ad ipsam ecclesiam prefato episcopo infra tempus legitimum presentavit, ipseque episcopus eundem Petrum Munk ad illam auctoritate prefata instituit, ac dictus Petrus Munk, presentationis et institutionis huiusmodi vigore dicte ecclesie possessionem pa-

¹⁾ add. Gz.

cificam assecutus, eam extunc possedit, prout possidet de presenti, pacifice. Cum autem dubitet presentationem et institutionem predictas viribus non subsistere et dicta parrochialis ecclesia adhuc vacare noscatur, nos discretioni vestre mandamus, quatenus . . . ecclesiam parrochiam predictam [fructus 10 fl.] eidem Petro Munk conferre curetis, non obstante quod dictus Petrus Munk ad altare predictum quandam perpetuam vicariam, que sine cura est [fructus 4 fl.], noscitur obtinere. Datum Rome 16. kal. julii anno 1.

B. XX. 5. non. julii anno 1. Valuen.

Reg. Lat. 308 fol. 34.

1606.

16. Juni 1431.

Paven befaler Biskoppen i Alet, Provsten i Viborg og Ærkedegnen i Rostock at overdrage Præsten Christiern Pedersen fra Aarhus Stift Kanonikat og Præbende i Aarhus og Sognekirken i Hjortshøj (jfr. Nr. 1546).

Episcopo Electensi ac preposito Vibergensis ac archidiacono de Rostok Zwerinensis ecclesiarum. Vite ac morum honestas [etc.]. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Cristierni Petri presbiteri Arusiensis diocesis petitio continebat, quod olim, canonicatu ecclesie Arusiensis et prebenda, de Eggw nuncupata, cui cura imminet animarum, quos Johannes Canuti, necnon parrochiali ecclesia in Hyortzaw dicte diocesis, quam Sibrandus obtineba[n]t, per eorundem Johannis et Sibrandi obitus vacantibus, Vlricus episcopus Arusiensis canonicatum et prebendam ac ecclesiam parrochiam predictos eidem Cristierno auctoritate ordinaria contulit et de illis etiam providit, ipseque Cristiernus canonicatum et prebendam ac ecclesiam parrochiam prefatos vigore collationis et provisionis huiusmodi extitit assecutus illosque extunc possedit, prout possidet. Cum autem dubitet collationem et provisionem huiusmodi viribus non subsistere, et canonicatus et prebenda ac ecclesia parrochialis predicti adhuc vacare noscantur, nos discretioni vestre mandamus, quatenus canonicatum et prebendam [fructus 12 fl.] ac ecclesiam parrochiam [fructus 6 fl. auri de camera] predictos prefato Cristierno conferre curetis. Datum Rome 16. kal. julii anno 1.

An. XXII. 16. kal. aug. anno 1. de Adria.

Reg. Lat. 308 fol. 244.

1607.

19. Juni 1431.

Paven befaler Biskoppen i Adria, Kantoren i Ribe og Ærkedegnen i Rostock at overdrage Anders Svendsen (Udsen) Provstiet i Aarhus, skønt han forud har Kanonikat og Præbende sammesteds.

Episcopo Adriensi et cantori Ripensis ac archidiacono in Rostok Swerinensis ecclesiarum. Nobilitas generis, vite ac morum honestas [etc.]. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Andree Swenonis canonici ecclesie Arusiensis petitio continebat, quod olim, prepositura dicte ecclesie, que in illa dignitas non tamen maior post pontificalem existit, per liberam resignationem Olai Petri de illa in manibus Vlrici episcopi Arusiensis sponte factam et per eundem episcopum auctoritate ordinaria admissam vacante, prefatus episcopus eandem preposituram prefato Andree contulit et de illa etiam providit, ipseque Andreas eandem preposituram collationis et provisionis huiusmodi vigore extitit assecutus. Cum autem dubitet collationem et provisionem huiusmodi viribus non subsistere, et ipsa prepositura adhuc vacare noscatur, nos eidem Andree, qui de nobili genere ex utroque parente procreatus existit, specialem gratiam facere volentes, discretioni vestre mandamus, quatenus preposituram predictam, cui animarum cura imminet [fructus 4 mr.], eidem Andree auctoritate nostra conferre curetis, non obstante quod dictus Andreas canonicatum et prebendam ecclesie predictae [fructus 3 mr.] noscitur obtinere . . . Datum Rome 13. kal. julii anno 1.

An. XX. 5. id. aug. anno 1. de Adria.

Reg. Lat. 307 fol. 122 v.

1608.

Juni 1431.

Optegnelse om, at Biskop Herman (Rynkeby) i Viborg betaler Seglafgiften. Introitus sigilli . . . de mense junii 1431.

A Hermanno episcopo Vibergensi pro quitantia finali infra tempus debitum.

Tasse segret. 1431—40. upag. (Archivio di Stato).

1609.

4. Juli 1431.

Mikkel Jensen fritages for at betale Annater af Essenbæk Kloster.

[1431] Dicta die [v: 4. julii] una bulla cum forma juramenti pro Michaele Johannis super monasterio s. Laurentii in Eschymbek ordinis s. Benedicti Arusiensis diocesis [fructus 15 libr. Turon.] restituta fuit sine obligatione.

Annate 1431—33 fol. 266 v (Archivio di Stato).

1610.

10. Juli 1431.

Paven giver Ridderen Eske Jensen Brock til Gl. Estrup og hans Hustru Lov til at have Rejsealter.

De altaribus.

Nobili viro Esgero Brok de Esindrop militi et eius uxori in presentiarum existenti Arusiensis diocesis. Sincere etc. Datum Rome 6. id. julii anno 1.

An. XII. de Adria.

Reg. Lat. 306 fol. 281 v.

1611.

11. Juli 1431.

Biskop Ulrik (Stygge) i Aarhus visiterer Kurien ved sin Prokurator, Aarhuskanniken Christiern Pedersen.

Universis etc. Franciscus etc. [Condolmario apostolice sedis prothonotarius, domini nostri pape vicecamerarius]. Universitati etc., quod, cum Vhricus episcopus Arusiensis teneatur singulis trienniis, Romana curia citra montes existente, sedem apostolicam sive limina bb. Petri et Pauli apostolorum visitare, per Cristiernum Petri canonicum Arusiensem procuratorem suum ad hoc specialiter constitutum pro uno triennio jam elapso et die 7. mensis junii anni 1430 finito die date presentium tempore jam elapso sedem ipsam et eadem limina cum devotione debita visitavit. Nichil tamen ratione visitationis huiusmodi apostolice camere dedit vel servivit. Insuper ipsum a pena perjurii ac aliis penis et penitentiis, quas incurrit propter moram visitationis huiusmodi non facte tempore debito, tenore presentium reddimus penitus absolutum. In quorum etc. Datum Rome indictione 9. die 11. mensis julii anno 1. fl. 2 gr. 4.

Arm. 29 vol. 16 fol. 60.

1612.

19. Juli 1431.

Paven tillader den nyudnævnte Biskop Arnold i Bergen paa Grund af Stiftets Fattigdom i tre Aar at beholde Dekanatet i Linköping og Kanonikat og Præbende i Roskilde.

Arnoldo electo Bergensi. Personam tuam (*Dipl. Norv. XVII, 385—86*). Datum Rome 14. kal. aug. anno 1.

B. XXX. Valuen.

Reg. Lat. 304 fol. 6.

1613.

23. Juli 1431.

Paven reserverer Kanonikat og større Præbende i Roskilde for Laurens Olufsen, som saa skal opgive det Kanonikat og mindre Præbende, han forud har dør¹⁾.

Laurentio Olau canonico Roskildensi, magistro in artibus. Litterarum scientia, vite ac morum honestas [etc.]. Cum itaque

¹⁾ Hertil Supplik af 22. Sept. 1431.

canonicatus et maior prebenda ecclesie Roskildensis, in qua maiores et minores prebende fore noscuntur, quos Arnoldus¹⁾ electus Bergensis tempore promotionis per nos nuper de persona sua ad ecclesiam Bergensem facte obtinebat, prout obtinet, per promotionem huiusmodi et munus consecrationis impendendum eidem electo vacare sperentur in brevi, nos, volentes tibi, qui etiam bacallarius in decretis existis, gratiam facere specialem, canonicatum et maiorem prebendam predictos [fructus 12 mr.]... conferendos tibi donationi apostolice reservamus, non obstante quod canonicatum et minorem prebendam eiusdem ecclesie Roskildensis [fructus 4 mr.] nosceris obtinere. Volumus autem, quod, quamprimum vigore presentium prefatos canonicatum et prebendam reservatos fueris pacifice assecutus, canonicatum et minorem prebendam predictos, quos extunc vacare decernimus, omnino, prout etiam te ad id sponte obtulisti, dimittere tenearis. Datum Rome 10. kal. aug. anno 1.

Simili modo episcopo Electensi et abbati monasterii Sorensis Roskildensis diocesis ac archidiacono Rostokcensi in ecclesia Zwerinensi.

Be. XII. XIII. 18. kal. sept. anno 1. Valuen.

Reg. Lat. 303 fol. 171; ogsaa Supplik (Concessum in presentia pape. B. Gracensis. Datum Rome 10. kal. oct. anno 1) i Suppl. 265 fol. 42.

1614.

23. Juli 1431.

Paven befaler Biskoppen i Alet, Abbeden i Essenbæk Kloster og Provsten i Viborg at sørge for, at Arvingerne efter Præsten Gregers Sparresen faar nogle Ejendele, som Provsten Niels Tuvesen i Vestervig Kloster havde frataget ham, tilbage, i Overensstemmelse med flere pavelige Auditørers derom afsagte Dom.

Episcopo Electensi et abbati monasterii s. Laurentii in Eskinbek Arusiensis diocesis ac preposito ecclesie Vibergensis. Exhibita nobis pro parte Petri Awhonis, Nicolai Twionis et Petri Nicolai laicorum Burglanensis diocesis petitio continebat, quod, cum olim quondam Gregorius Sparisson presbiter, cuius ipsi laici universales heredes sunt, Nicolaum Twonis prepositum monasterii Westerwicensis ordinis s. Augustini dicte diocesis, qui, associatis sibi quibusdam in ea parte complicibus, nonnullas ipsius Gregorii vaccas, lestam annone, boves, equam, oves, agnellos aliaque mobilia bona tunc expressa invaserat et detinuerat ac prefatum Gregorium illis contra justitiam spoliaverat et ea abstulerat necnon in predam asportaverat et alienarat ac in ip-

¹⁾ Suppl.: Arnoldus Clementis

sum dei timore postposito ausu sacrilego manus injecerat temere violentas eumque captivarat ac incarcerarat ac detinuerat et multipliciter molestarat, vexarat, perturbarat et impediverat sibi que diversas alias injurias etiam tunc expressas de facto irrogarat, et propterea excommunicationis in tales a canone generaliter promulgatam sententiam incurrerat, super hoc petendo ipsum, tunc in Romana curia repertum, condemnari et compelli ad reddendum et restituendum vaccas, lestim, boves, equam, oves, agnellos et bona, si extabant, alioquin illorum verum valorem, ac ad dandum et solvendum sibi quandam pecunie summam etiam tunc expressam pro emenda seu in recompensationem injuriarum huiusmodi ac decerni et declarari ipsum dictam sententiam incurrisse excommunicatumque publice nuntiari, coram Ludouico de Garsiis canonico Bononiensi locumtenente Juliani s. Angeli diaconi cardinalis, tunc causarum curie camere apostolice auditoris, traxisset in causam, prefatus Nicolaus a quodam insufficienti conficto sibi per eundem locumtenentem, postquam in illa ad nonnullos actus inter partes ipsas processerat, ut minus veraciter pretendebat, illato gravamine ad sedem apostolicam appellavit, ac Martinus papa V causam appellationis eiusdem et negotii principalis Comzoni episcopo Olomucensi, tunc capellano suo et causarum palatii apostolici auditori, audiendam commisit et fine debito terminandam, et successive, postquam dictus Gregorius pro eo, quod ipse episcopus, tunc auditor, ad instantiam prefati Nicolai super quibusdam impertinentibus probandis positionibus et articulis pro parte dicti Nicolai in huiusmodi causa exhibitis de facto remissionem ad partes decreverat, ad eandem sedem appellarat, idem predecessor, illius appellationis huiusmodi causam Bartholomeo episcopo Aurasicensi, tunc capellano suo et causarum eiusdem palatii apostolici auditori, audiendam commisit et fine debito terminandam; qui cognitis huiusmodi cause meritis de consilio et assensu coauditorum suorum causarum dicti palatii, quibus super hiis relationem fecit fidelem, per unam pronuntiavit, decrevit et declaravit prefatam remissionem, in quantum impedire haberet restitutionem huiusmodi, male fuisse et esse decretam eiusque decretum revocandum fore et revocavit, et ab illo pro parte dicti Gregorii bene fuisse et esse appellatum primo, necnon per aliam diffinitivam suas sententias pronuntiavit, decrevit et declaravit, prout hec omnia in libello pro parte ipsius Gregorii in huiusmodi causa exhibito petita fuerant, invasiones de-

tentiones spoliationes asportationes alienationes et impedimenta predicta fuisse et esse temeraria illicita indebita injusta ac de facto presumpta ipsumque Nicolaum ad reddendum et restituendum dicto Gregorio 13 vaccas, 1 lestim annone, 24 lagenarum (!)¹⁾, 1 equam, 18 boves, 30 oves, 15 agnellos et alia bona, si exstarent, alioquin eorum valorem huiusmodi, videlicet 700 fl. Renensium boni et justii ponderis summam, condemnandum fore et condemnavit. A qua quidem diffinitiva sententia fuit pro parte ipsius Nicolai ad predictam sedem appellatum, prefatusque predecessor causam appellationis a diffinitiva sententia interjecte huiusmodi magistro Johanni Wolling nostro, tunc suo, capellano et causarum eiusdem palatii auditori audiendam commisit et sine debito terminandam; et deinde prefatus episcopus, tunc auditor, per aliam suam diffinitivam sententiam pronuntiavit, decrevit et declaravit, prout etiam hec omnia in libello pro parte ipsius Gregorii in huiusmodi causa exhibito petita fuerant, manuum injectiones captivationes incarcerationes detentiones molestationes vexationes perturbationes et impedimenta predicta fuisse et esse temeraria illicita indebita iniqua injusta ac de facto presumpta, necnon Nicolao et complicibus predictis talia facere minime licuisse sive licere, ipsique Gregorio per premissa fuisse et esse injuriatum, ac Nicolaum et complices prefatos propterea dictam excommunicationis sententiam incurrisse, necnon ipsum Nicolaum excommunicatum publice nuntiandum fore et denunciavit, dandumque et solvendum eidem rectori 200 fl. auri de camera etiam boni et justii ponderis occasione injuriarum huiusmodi, et in expensis coram eo ac dictis locumtenente et episcopo, tunc auditore, in ipsa causa legitime factis condemnandum fore et condemnavit, prefatarum expensarum taxatione sibi imposterum reservata. A qua quidem ultima dicti Bartholomei episcopi, tunc auditoris, sententia fuit pro parte ipsius Nicolai ad sedem appellatum antedictam, ac ipse predecessor ad instantiam dicti Gregorii, asserentis appellationem a prima fuisse desertam, desertionis necnon appellationis interjecte ab ultima diffinitivis sententiis Bartholomei episcopi, tunc auditoris, huiusmodi causas prefato Johanni auditori audiendas commisit et sine debito terminandas; qui cognitis ipsarum causarum meritis de consilio et assensu coauditorum suorum causarum dicti palatii, quibus super hiis relationem fecit fidelem, per unam

¹⁾ lagenas vini Gz.

pronuntiavit appellationem a prima diffinitiva sententia Bartholomei episcopi, tunc auditoris, interpositam huiusmodi fuisse et esse desertam dictamque primam diffinitivam sententiam in rem transivisse judicatam, et per aliam diffinitivam suas sententias pronuntiavit, decrevit et declaravit per prefatum Bartholomeum episcopum, tunc auditorem, ultimo in causa huiusmodi bene fuisse et esse processum, sententiatum et diffinitum eiusque ultimam sententiam predictam confirmandam fore et confirmavit, ac ab illa pro parte ipsius Nicolai male fuisse et esse appellatum necnon prefatum Nicolaum in expensis coram eo in huiusmodi causa legitime factis condemnandum fore et condemnavit, illarum taxatione sibi imposterum reservata. A quibus quidem dicti Johannis auditoris sententiis fuit pro parte ipsius Nicolai ad memoratam sedem appellatum, necnon prefatus predecessor appellationis a prima sententia necnon ad instantiam dicti Gregorii, asserentis appellationem a diffinitiva sententia Johannis auditoris interjectam fore desertam, desertionis huiusmodi causas magistro Hartungo de Cappel etiam nostro, tunc suo, capellano et causarum eiusdem palatii auditori, audiendas commisit et fine debito terminandas; qui cognitis ipsarum causarum meritis . . .¹⁾ per unam declaravit per prefatum Johannem auditorem in causa desertionis huiusmodi bene fuisse et esse processum et sententiatum eiusque sententiam predictam in ipsa desertionis causa confirmandam fore et confirmavit, necnon ab illa pro parte ipsius Nicolai male fuisse et esse appellatum ac per alias suas sententias pronuntiavit, decrevit et declaravit appellationem a diffinitiva Johannis auditoris sententia interjectam huiusmodi fuisse et esse desertam ipsumque Nicolaum in expensis coram eo in dicta causa legitime factis condemnandum fore et condemnavit, illarum taxatione sibi imposterum reservata. Cumque a sententiis Hartungi auditoris huiusmodi pro parte ipsius Nicolai ad sedem fuisset appellatum eandem, dictus predecessor causas ipsarum ultimarum appellationum magistro Geminiano de Prato etiam nostro, tunc suo, capellano et causarum predicti palatii auditori audiendas commisit et fine debito terminandas; qui cognitis ipsarum causarum meritis . . .¹⁾ per diversas suas sententias pronuntiavit, decrevit et declaravit per prefatum Hartungum auditorem in causis huiusmodi bene fuisse et esse processum, sententiatum et ordinatum eiusque sententias predictas confirmandas

¹⁾ Som ovenfor.

fore et confirmavit, et ab illis pro parte ipsius Nicolai male fuisse et esse appellatum necnon prefatum Nicolaum in expensis coram eo in dictis causis legitime factis condemnandum fore et condemnavit, illarum taxatione sibi imposterum reservata. Et subsequenter Johannes coram eo in 28, et, cui dictus predecessor commisit, ut etiam coram Bartholomeo episcopo tunc necnon Hartungo auditoribus predictis factas taxaret et instrumenta publica super Bartholomei episcopi tunc ac Johannis et Hartungi auditorum sententiis huiusmodi confecta sigillaret, Geminianus auditores predicti coram illis et se factas expensas huiusmodi in 80 fl. etiam auri de camera similis ponderis providis moderationibus taxarunt, procuratoris ipsius Gregorii super expensis eisdem juramentis secutis, prout in instrumentis predictis dicti Geminiani auditoris sigillo munitis dicitur plenius contineri. Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, dictus Gregorius, sententiis auditorum huiusmodi nondum executioni demandatis, fuerit vita functus, dubitentque laici prefati, quod dictus Nicolaus ipsis eorundem auditorum sententiis reverenter parere non velit, quodque processus presentium vigore habendi sibi propter eius potentiam et aliis, quos concernent, tute nequeant publicari, pro parte dictorum laicorum nobis, qui, dicto predecessore, sicut domino placuit, ab hac luce subtracto, fuimus divina clementia ad apicem summi apostolatus assumpti, extitit supplicatum, ut eis super hiis oportune providere dignaremur. Nos itaque discretioni vestre mandamus, quatenus, vocatis, qui fuerint evocandi, si et postquam vobis dictos laicos ipsius Gregorii universales heredes, ut prefertur, [esse] legitime constiterit, episcoporum tunc et auditorum sententias huiusmodi executioni debite demandantes necnon, ubi et quando expedire videritis, auctoritate nostra solemniter publicantes, faciatis dictis laicis vacas lestim equam boves oves agnellos et bona predicta, si extent, alioquin illorum valorem huiusmodi dari et assignari, necnon de prefatis fl. auri summis pro injuriis et expensis huiusmodi juxta dictorum instrumentorum, earundem condemnationum et taxationum tenores plenam et debitam satisfactionem impendi, et insuper, legitimis super hiis per vos habendis servatis processibus, eas, quotiens expedierit, aggravare curetis, contradictores per censuram etc., invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Ceterum, si per summariam informationem super hiis per vos recipiendam vobis constiterit, quod ipsorum Nicolai et aliorum, quos huiusmodi processus concernunt, presentia pro

monitionibus eis et citationibus de ipsis faciendis commode nequeat haberi, nos vobis processus monitiones et citationes huiusmodi per edicta publica locis affigenda publicis predicto monasterio vicinis, de quibus sit verisimilis conjectura, quod ad notitiam monitorum et citatorum eorundem pervenire valeant, faciendi plenam concedimus tenore presentium facultatem, ac volumus, quod huiusmodi processus monitiones et citationes perinde ipsos monitos et citatos arctent, ac si eis intimati et insinuati personaliter et presentialiter legitime extitissent. Datum Rome 10. kal. aug. anno 1.

An. XXXVI. de Adria.

Reg. Lat. 307 fol. 233 v.

1615.

25. Juli 1431.

Præsten Erik Laurensen (Lunov), som flere Aar igennem har haft Ærkedegneembedet i Aarhus, faar pavelig Provision herpaa, skønt han forud har Kanonikater og Præbender i Aarhus og Roskilde og haaber paa et evigt Vikariat i Aarhus, som han faar Dispensation til at beholde i de første tre Aar.

Exponitur pro parte Erici Laurentii presbiteri canonici Arusiensis de militari genere procreati, quod, licet ipse olim archidiaconatum ecclesie Arusiensis, qui inibi dignitas maior post pontificalem ac curata et electiva existit, per mortem Petri Gylling vacantem auctoritate ordinaria sibi collatum assecutus extiterat ac per plures annos pacifice possederat eundem, prout possidet, a nonnullis tamen asseritur ipsum archidiaconatum sedi apostolice reservatum existere, idemque Ericus dubitat collationem et provisionem huiusmodi viribus non subsistere. Supplicatur igitur pro parte dicti Erici, quatinus sibi de dicto archidiaconatu [fructus 4 mr.] dignemini providere de novo, non obstantibus canonicatu et prebenda eiusdem ecclesie [fructus 4 mr.], qui de consuetudine cum dicto archidiaconatu in eadem ecclesia insimul licite obtineri possunt, ac canonicatu et prebenda ecclesie Roskildensis [fructus 3 mr.], quos pacifice obtinet, necnon perpetua vicaria sine cura in eadem ecclesia Arusiensi, ad quam per Ericum regem Dacie, cui jus patronatus dicte vicarie dicitur pertinere, presentatus existit, et cuius possessionem obtinere sperat [fructus 3 mr.], secumque, ut perpetuam vicariam sine cura huiusmodi, si eius possessionem obtinebit, cum eodem archidiaconatu, quorum (!) fructus exiles sunt, libere ad triennium retinere valeat, dispensare dignemini. Fiat. G. Datum Rome 8. kal. aug. anno 1.

Suppl. 263 fol. 41 v.

Acta pontificum Danica III.

1616.

26. Juli 1431.

Paven befaler Biskoppen i Alet, Ærkedegnen i Rostock og Kantoren i Ribe at overdrage Anders Svendsen (Udsen) Kanonikat og Præbende i Aarhus, skønt han forud har Provstiet dèr.

Episcopo Electensi et archidiacono de Rostok Swerinensis ac cantori Ripensis ecclesiarum. Nobilitas generis, vite ac morum honestas [etc.]. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Andree Swenonis prepositi ecclesie Arusiensis petitio continebat, quod olim, canonicatu ecclesie Arusiensis et prebenda, de Thwed in dicta ecclesia vulgariter nuncupata, per liberam resignationem Olai Petri de illis, quos tunc temporis obtinebat, in manibus Vlrici episcopi Arusiensis sponte factam et per eundem episcopum auctoritate ordinaria admissam vacantibus, prefatus episcopus eosdem canonicatum et prebendam eidem Andree contulit et de illis etiam providit, ipseque Andreas, collationis et provisionis huiusmodi vigore canonicatum et prebendam predictos assecutus, illos extunc possedit ac possidet pacifice. Cum autem dubitet collationem et provisionem huiusmodi viribus non subsistere, et canonicatus et prebenda predicti adhuc vacare noscantur, nos, volentes prefato Andree, qui ex utroque parente de nobili genere procreatus existit, gratiam facere specialem, discretioni vestre mandamus, quatenus canonicatum et prebendam, cui cura imminet animarum, predictos [fructus 15 fl. auri de camera] prefato Andree auctoritate nostra conferre curetis, non obstante quod prefatus Andreas preposituram, que dignitas non tamen maior post pontificalem in dicta Arusiensi ecclesia existit, cuique etiam cura imminet animarum, et ad quam quis per electionem assumitur, et que cum canonicatu et prebenda predictis juxta statuta dicte ecclesie potest obtineri [fructus 20 fl. auri de camera] noscitur obtinere. Datum Rome 7. kal. aug. anno 1.

B. XXI. 7. kal. aug. anno 1. Valuen.

Reg. Lat. 308 fol. 124.

1617.

29. Juli 1431.

Paven reserverer Kanonikat og mindre Præbende i Roskilde for Anders Svendsen (Udsen), skønt han forud har Provsti. Kanonikat og Præbende med Sognekirken i Tved i Aarhus Stift.

Andree Swenonis preposito ecclesie Arusiensis. Nobilitas generis, vite ac morum honestas [etc.]. Nuper siquidem Laurentio Olai canonico ecclesie Roskildensis, in qua maiores et minores prebende fore noscuntur, canonicatum et unam ex huiusmodi minoribus prebendis obtinenti de canonicatu et ma-

iori prebenda eiusdem ecclesie, qui tunc vacare sperabantur, per alias nostras litteras gratiose mandavimus provideri, [som Nr. 1613] volentes interea, quod idem Laurentius, quamprimum ipsos canonicatum et maiorem prebendam foret pacifice assecutus, canonicatum et minorem prebendam huiusmodi, quos adhuc oblinet, et quos extunc vacare decrevimus, omnino, prout ad id etiam se sponte obtulit, dimittere teneretur. Cum itaque canonicatus et minor prebenda predicti per huiusmodi assecutionem per eundem Laurentium faciendam vacare sperentur, nos, volentes tibi, qui ex utroque parente de militari genere procreatus existis, gratiam facere specialem, canonicatum et minorem prebendam, cui quidem prebende cura imminet animarum, predictos [fructus 4 mr.] conferendos tibi donationi apostolice reservamus, non obstante quod preposituram, que curata et dignitas non tamen maior post pontificalem existit, et ad quam quis per electionem assumitur [fructus 4 mr.], necnon canonicatum et prebendam eiusdem ecclesie Arusiensis, cui quidem prebende parrochialis ecclesia in Thwed Arusiensis diocesis canonice est annexa [fructus 3 mr.], nosceris obtinere. Datum Rome 4. kal. aug. anno 1.

Simili modo episcopo Electensi et abbati monasterii Sorensis Roskildensis diocesis ac decano ecclesie Lundensis.

Pe. XII. XIII. 12. kal. sept. anno 1. de Casatiis.

Reg. Lat. 303 fol. 268.

1618.

17. Aug. 1431.

Laurens Olufsen lover at betale Annater af Kanonikat og Præbende i Roskilde.

[1431] Dieta die (17. aug.) Laurentius Olau principalis obligavit se camere super annata canonicatus et maioris prebende ecclesie Roskildensis [fructus 12 mr.], vacantium per promotionem Arnoldi electi Bergensis et munus consecrationis eidem impendendum, collatorum eidem Rome anno ut supra (5: 10. kal. aug. anno 1).

Annate 1431—33 fol. 62 (Archivio di Stato).

1619.

24. Aug. 1431.

Biskop Arnold i Bergen lover ved Klerken Jens Skomager fra Odense Stift at betale Servispenge til det pavelige Kammer og Kardinalkollegiet.

[1431] Die 24. aug. Johannes Schomaker clericus Ottoniensis diocesis procurator Arnoldi electi Bergensis, de cuius mandato constat publico instrumento in camera apostolica demisso manu

Petri Marquardi clerici Stragranensis (II: Straygranensis) diocesis imperiali auctoritate notarii, sponte procuratorio nomine, quo supra, obtulit camere apostolice et sacro collegio cardinalium pro communi servitio suo ratione provisionis sibi de dicta ecclesia facte fl. auri de camera 33 et unum tertium, ad quos dictam ecclesiam domini de camera taxant, salva meliori discussione, et quinque minuta servitia consueta pro familiaribus et officariis domini nostri pape. Eorundem autem medietatem infra sex menses proxime futuros et aliam medietatem infra alios sex menses extunc immediate sequentes solvere promisit, pro quibus obligavit, juravit in forma, et Petrus episcopus Electensis tulit sententias excommunicationis in scriptis.

Oblig. 64 fol. 104 v og (II) 70 fol. 13 v. Trykt Dipl. Norv. XVII, 387—88.

1620.

27. Aug. 1431.

Biskop Christiern (Hemmingsen) i Ribe betaler gennem Roskildekanniken Laurens Olufsen en Del af sine Servispenge til det pavelige Kammer.

Universis etc., quod Cristiernus episcopus Ripensis in deductionem sui communis servitii etc. fl. auri de camera 15 ipsi camere, nobili viro Antonio de Piscia mercatore Florentino pro dicta camera recipiente, per manus Laurentii Olai et pro eo a nobilibus viris Cosma et Laurentio de Medicis mercatoribus Florentinis die date presentium termino jam elapso solvi fecit realiter et cum effectu. De quibus quidem etc. Insuper Olauum canonicum Roskildensem, qui se tamquam principalis et privata persona pro dicto episcopo de solvendo prefatum commune et quinque minuta servitia consueta obligavit, ab excommunicationis sententia, pena perjurii ac aliis penis et sententiis, quas incurrit propter moram solutionis huiusmodi non facte termino constituto, harum serie reddimus penitus absolutum. Secum etc. Verum intellecta mole gravaminum etc. hinc et usque ad novem menses a die date presentium computandos prorogamus et de novo assignamus eidem. Ita tamen etc. In quorum etc. Datum Rome indictione 9. die 27. mensis aug. anno 1.

Divers. Eugenii IV 1431—34 (Quietantie) fol. 26 v (Archivio di Stato).

1621.

27. Aug. 1431.

Biskop Christiern (Hemmingsen) i Ribe betaler gennem Roskildekanniken Laurens Olufsen en Del af sine Servispenge til Kardinalkollegiet.

Lucidus etc., quod Crestinus (!) episcopus Ripensis pro parte suorum communis et minuti servitiorum etc., in quibus etc., ac termino jamdiu elapso ratione sue promotionis etc. fl.

auri de camera 15, nobis pro ipso collegio recipientibus, per manus magistri Laurentii Olavi procuratoris dicti domini existentis die date presentium etc. De quibus etc. Insuper etc. Secum etc. Verum etc. hinc et usque ad novem menses proxime futuros a data presentium computandos terminum etc. Ita tamen etc. In quorum etc. Datum Rome die 27. mensis aug. anno 1. fl. 4 gr. 4.

Oblig. 63 fol. 175.

[1431] Rome die ultima dicti mensis [5: augusti] Cristinus (!) episcopus Ripensis solvit fl. 15. Fuit promotus Papie 7. die oct. Martini V anno 1; fuerunt in eius promotione card. 13.

Oblig. 65 fol. 119.

1622.

5. Sept. 1431.

Paven befaler Biskoppen i Alet, Abbeden i Esrom Kloster og Ærkedegnen i Rostock at sætte Mogens Gotesen i Besiddelse af et Kanonikat i Lund, som Paven havde tildelt ham efter Hans Vilhelmsens Død, men hvori Oluf Daa og Poul Brun havde indtrængt sig med Ærkebiskoppens og Kapitlets Samtykke. To pavelige Auditorer havde undersøgt Sagen, afgjort den til Mogens' Fordel og dømt hans Modparter til at betale Sagens Omkostninger.

Episcopo Electensi et abbati monasterii in Esrom Roskildensis diocesis ac archidiacono Rostockensi in ecclesia Zwerinensi. Exhibita nobis pro parte Magni Gothonis (*Dipl. dioc. Lund. III, 100—104; Rep. 6519*). Datum Rome non. sept. anno 1.

Be. XIII. residuum pro deo. Valuen.

Reg. Lat. 307 fol. 268.

1623.

19. Sept. 1431.

Kong Erik faar det overdraget nogle Biskopper »i Nærheden« at forandre Glenstrup Kloster og Marie Klostret i Randers fra Benediktiner- til Kartheuserklostre.

Pro parte Erci regis Dacie etc. exponitur, quod in Noertcloester, alias Glenstorpp, monachorum ac b. Marie in Randershuse monialium ordinis s. Benedicti Arusiensis diocesis monasteriis a pluribus illorum personis monastice discipline norma religionisque decentia penitus seposite sunt, divinus omnino lentescit cultus, et pro eo, quod ex ipsis personis aliique vitam duxerunt enormiter dissolutam necnon graves excessus committere nullatenus trepidarunt, in partibus illis scandala plurima suborta fuerunt, ipsaque monasteria desolationis ac deformationis opprobrio subjacent, illorum res et bona multipliciter distracta et alienata sunt, ac edificia tendunt non mediocriter in collap-

sum, et, nisi religionis alterius inibi plantaria surrogentur, [per]¹⁾ quod huiusmodi monasteria [ɔ: -iis]¹⁾, in quibus, videlicet in Nortcloester ultra tres et [ɔ: ex] illius monachis etiam alibi moram trahentes et in b. Marie monialis aliqua non supersunt, alicuius reformationis presidium contingant [ɔ: gat]¹⁾, dispositionis cuiusvis amminiculum non subsistit. Quare supplicat dictus rex, qui singularem ad ordinem Cartusiensem illiusque personas gerit devotionis affectum necnon ad recuperationem honorum, restauratiōnem quoque edificiorum huiusmodi manus adjutrices liberaliter dirigere proponit, quatinus aliquibus episcopis in partibus illis mandare dignemini, ut, si eis de premissis legitime constiterit, ipsum ordinem s. Benedicti ac illius inibi dignitates in dictis monasteriis auctoritate apostolica omnino supprimant ac ipsos tres monachos ad alia, in quibus voluntarie recipiantur, eiusdem s. Benedicti vel alterius ordinis monasteria sive loca transferant, necnon b. Marie, cuius ecclesia parrochialis est, et in Nortcloester monasteria predicta cum omnibus preter eandem ecclesiam suis juribus et pertinentiis ordini Cartusiensi et eius personis prefatis pro illarum habitatione et usu²⁾ perpetuo applicent, ac in dicto monasterio Nortcloester prefatum Cartusiensem ordinem instituunt et exequantur omnia, que in premissis fuerint necessaria, concedentes, quod ipsum monasterium in Nortcloester et eius persone omnibus gaudeant privilegiis, que aliis ipsius ordinis Cartusiensis monasteriis et locis illorumque personis . . . competere poterunt . . . [Concessum in presentia pape. B. Gradensis. Datum Rome 13. kal. oct. anno 1.]

Suppl. 263 fol. 202 v.

22. Sept. 1431.

Se Nr. 1613 (23. Juli 1431)

1624.

29. Sept. 1431.

Lægændene Frode og Vylborn Attenson og Herlet Laurensen fra Slesvig Stift, som havde druknet en Præst, fordi han havde stjaalet forskellige Klenodier fra deres Kirke, faar Absolution herfor.

Exponitur pro parte Frodde Attenson, Wylborn Attenson et Herlet Laurensen laicorum insulanorum Slesvicensis diocesis, quod ipsi olim unacum suis in hac parte complicibus quosdam presbiterum et fratrem religiosum ordinis s. Francisci, qui diversa clenodia et ornamenta ecclesiastica de ecclesia parrochiali, sub qua ipsi laici et complices morantur, receperant et abstule-

¹⁾ add. Gz. ²⁾ Gz. — Cod. eius pro . . . usu personis prefatis

rant furtive, animo et intentione ipsos suis superioribus presentandi vinxerunt; sed quia, itinere de insula habitationis sue usque ad aridam in quandam villam, dictam Husen, per aquam cum ipsis vinctis facto, et dicto fratre ordinis s. Francisci suo superiori ibidem presentato, ordinarium ipsius presbiteri, tunc de diocesi sua propter metum absentem, noque [c: neque] eius officialem, de quo sciri¹⁾ poterat, propter inimicorum exercitum et alia pericula tute accedere nequierunt, ipsum presbiterum tamquam sacrilegum in iudicio seculari, credentes eis hoc in illo casu licere, convicerunt et morte condempnarunt ac condempnari obtinuerunt vinctumque ad sua domicilia redexerunt. Tandem vero idem presbiter, manus eorum aufugere nitens, arreptus in mare est submersus morte secuta, propter quod excommunicationis incurrerunt sententiam in tales generaliter promulgatam. Verum iidem laici et complices, huiusmodi vinctionis condempnationis et submersionis perpetratores ac consilium auxilium vel favorem prebentes, propter continue imminentem destructionem terre seu patrie eorum, que est insula in mari occeseano (!) situata et per eorum magnam industriam laboriosissime, inundationibus et alluviis ne submergatur, per aggeres conservatur, reservatamque viam (?)²⁾ pericula guerrarum et alia incommoda sedem apostolicam pro absolutione super premissis obtinenda personaliter visitare non possunt. Quare supplicatur, quatinus predictis, et quod ipsi simplices rustici agrum colentes crediderunt se licitam rem perpetrare, attentis, eosdem laicos et complices ac consilium auxilium vel favorem prebentes a reatu vinctionis, condempnationis, submersionis et excommunicationis sententia huiusmodi ac peccatis suis aliis per eorum ordinarium juxta formam ad hoc consuetam absolvi interdictumque, si quod propterea positum fuerit, relaxari mandare dignemini. Concessum in presentia pape. B. Gradensis. Datum Rome 3. kal. oct. anno 1.

Suppl. 263 fol. 207.

1625.

9. Okt. 1431.

Biskop Claus (Wulf) i Slesvig betaler en Del af sine Servispenge til det pavelige Kammer.

Universis etc. Franciscus etc., quod Nicolaus episcopus Slesvicensis pridem, videlicet usque in diem ultimam mensis aprilis anni 1429 proxime decursi, pro integra solutione unius

¹⁾ Gz. — Cod. seire ²⁾ obseratamque viam per. . Gz.

minuti servitii camerario et clericis apostolice camere sub certis penis et sententiis ac termino tunc nondum lapsa debiti fl. 38 auri de camera sol. 23 et den. 1 monete Romane, dictis clericis prefati camerarii et eorum propriis nominibus recipientibus, die vero date presentium in deductionem sui communis servitii, in quo ratione provisionis de dicta ecclesia sibi facte dicte camere sub dictis penis et sententiis atque termino jam elapso tenebatur efficaciter obligatus, fl. 50 auri similes ipsi camere Romane, Daniele episcopo Parentino domini nostri pape thesaurario pro ea recipiente, per manus nobilium virorum Cosme et Laurentii de Medicis mercatorum Florentinorum eorumque sociorum in Romana curia commorantium solvi fecit realiter cum effectu. De quibus quidem [etc.]. Verum intellecta mole gravaminum [etc.], que ipsum ad solvendum residuum dicti communis servitii necnon tria integra minuta servitia . . reddunt verisimiliter impotentem, terminum faciende solutionis huiusmodi hinc ad duos annos proxime futuros tenore presentium prorogamus et de novo assignamus eidem. Ita tamen [etc.]. In quorum etc. Datum Rome 1431 indictione 9. die 9. mensis oct. pontificatus anno 1. fl. 5 gr. 5.

Divers. Eugenii IV 1431—34 fol. 29 v (Archivio di Stato).

1626.

9. Okt. 1431.

Biskop Claus (Wulf) i Slesvig visiterer Kurien ved sin Prokurator, Magister Markvard Stiten.

Universis etc. Franciscus etc. Universitati etc., quod, cum Nicolaus episcopus Slesvicensis singulis quadrienniis, Romana curia citra montes existente, sub certis penis sedem apostolicam seu bb. Petri et Pauli apostolorum limina visitare teneatur, sedem ipsam seu limina ipsa pro uno quadriennio incipiendo die 1. mensis maji anni 1433 proxime futuri per magistrum Marquardum Stiten procuratorem suum die date presentium et tempore debito etc. visitavit. Nichil tamen etc. In quorum etc. Datum Rome anno 1431 indictione 9. die 9. mensis oct. pontificatus anno 1. fl. 1 gr. 2.

Arm. 29 vol. 16 fol. 101 v.

1627.

10. Okt. 1431.

Biskop Claus (Wulf) i Slesvig betaler en Del af sine Servispenge til Kardinalkollegiet.

Lucidus etc., quod Nicolaus episcopus Slesvicensis pro parte suorum communis et minuti servitiorum, in quibus sub certis

penis et sententiis ac termino jamdiu elapso etc. fl. auri de camera 50 nobis etc. per manus Johannis Weghener familiaris dicti episcopi die date presentium etc. De quibus etc. Et insuper etc. Secum super etc. Verum etc. hinc et usque ad duos annos proxime futuros a data presentium etc. Ita tamen etc. In quorum etc. Datum Rome die 10. mensis oct. anno 1431 pontificatus anno 1. fl. 4 gr. 4.

Oblig. 63 fol. 176 v.

[1431] Rome die 10. dicti mensis [5: oct.] Nicolaus episcopus Slesvicensis solvit fl. 50. Fuit promotus pridie kal. febr. Martini pape V anno 12; fuerunt in eius promotione card. 15.

Oblig. 65 fol. 120.

1628.

16. Okt. 1431.

Karmeliterklostret (i Helsingør) faar bevilget, at det maa nyde alle Karmeliterordenen tilstaaede Privilegier.

S. v. nuper gratiose concessit, ut in quodam fundo, solo et campo per regem Dacie ad hoc donato tunc expresso domus cum ecclesia campana campanili et aliis necessariis officinis pro usu et habitatione fratrum ordinis b. Marie de monte Carmeli fundari posset. Dignetur igitur s. v. fratribus in ipsa domo pro tempore moraturis, ut omnibus privilegiis, que aliis dicti ordinis domibus earumque personis quomodolibet competere et suffragari poterunt, pro tempore gaudere valeant, indulgere et secundum hoc apostolicas super petitione concessionis huiusmodi conficiendas litteras expediri mandare gratiose. Concessum in presentia pape. B. Gradensis. Datum Rome in presentia pape 17. kal. nov. anno 1.

Suppl. 264 fol. 104.

1629.

25. Okt. 1431.

Præsten Edvard paa Pelworm i Slesvig Stift faar Absolution for den Del, han kunde siges at have haft i Drabet paa en Lægmand for 26 Aar siden.

Exponitur pro parte Eduardi presbiteri rectoris parrochialis ecclesie in Pilleworne Slesvicensis diocesis, quod, cum ipse olim unacum quibusdam amicis suis laicis domum cuiusdam laici, qui quandam famulam dicti exponentis violenter tenuit, causa eam rehabendi intrare proposuisset, ipse dictos amicos hortabatur et, quantum potuit, ipsis precepit, ne aliquem de dicta domo offenderent seu verberarent, sed solum ipsam famulam bono modo, si fieri posset, extraherent, alioquin desisterent,

ipsisque exponente et amicis huiusmodi domum intrantibus dictam famulam cum quodam laico, asserente se eam in uxorem accepisse, invenerunt, qua inventa et expresse dicente, quod numquam in matrimonium dicti laici consensum prebuisset, eam volentem de dicta domo abduxerunt, et, cum eam dictus exponens et sui amici secum abducere niterentur, supervenit pater dicte famule, qui se illis amicis minus caute opponens per quendam ex eis protinus fuit interfectus, ipso exponente hoc penitus ignorante nec ad id consilium auxilium prestante vel favorem. Deinde dictus exponens, cum de morte ipsius interfecti cordialiter doleret, a reatu homicidii huiusmodi et peccatis suis aliis obtinuit absolvi, et super irregularitate premisorum occasione [contracta secum dispensato]¹⁾ dictus exponens tamquam simplex et juris ignarus de huiusmodi dispensatione confisus eam in quibusdam verbis videlicet: Ubi ordinarius, cui negotium fuit commissum, posuit in effectum; videlicet: Auctoritate apostolica ut premittitur dispensamus eo, quod non apposuit in dicto loco; videlicet: Executione sui presbiteratus ordinis sibi perpetuo interdicta, minus bene intelligens, credens per illam secum sufficienter etiam quoad altaris ministerium dispensatum fore, super huiusmodi dispensatione per 26 annos et ultra divina ut prius celebravit officia et alias se immiscuit eisdem ac ea et ecclesiastica sacramenta suis parrochianis continue ministravit. Verum ipse exponens saniori consilio suffultus et senio gravatus pro premissis sedem apostolicam personaliter accessit et nuper propter retardationem expeditionis sumptibus exhaustis Urbem almam exivit. Quare supplicatur s. v., quatinus, [attentis] predictis et, quod, [si]²⁾ jam ultra a celebrando abstineret, maximum³⁾ inde scandalum inter dictos suos parrochianos et alios circumvicinos contra statum presbiteralem verisimiliter oriri immineret, ipsum ab huiusmodi excessibus et peccatis suis aliis ac sententiis generalibus cum clausulis de concubinato et injectione violentarum manuum in clericum absolvi, quodque in omnibus suis ordinibus per residuum dierum suorum, de quo modicum superest, licite ministrare valeat, per ipsius exponentis ordinarium dispensari [secum mandare]⁴⁾ dignemini. Concessum de absolutione in presentia pape. B. Gradensis. Datum Rome in presentia pape 8. kal. nov. anno 1.

Suppl. 265 fol. 33 v.

¹⁾ add. Gz. ²⁾ add. Gz. ³⁾ Gz. — Cod. maxime ⁴⁾ add. Gz.

1630.**Okt. 1431.**

Optegnelse om, at Biskop Claus (Wulf) i Slesvig betaler Seglafgiften.

Introitus sigilli . . de mense oct. 1431.

A Nicholao episcopo Slesvicensi fl. 4 et 1 obolum receperat prius Alfonsus.

Tasse segretarie 1431—40, upag. (Archivio di Stato).

1631.**10. Dec. 1431.**

Biskop Jens Jakobsen i Oslo visiterer Kurien ved sin Prokurator Tyge Jensen, Kannik i Roskilde.

Universis . . . Franciscus Condalmario . . . Universitati vestre (*Dipl. Norv. VI, 463—64; Reg. *4938*). Datum Rome anno 1431 indictione 9. die 10. mensis dec. pontificatus anno 1.

Arm. 29 vol. 16 fol. 146 v.

fl. 6 gr. 7.

1632.**23. Dec. 1431.**

Paven reserverer Kanonikat og Præbende i Roskilde for Jens Tygesen, skønt han forud har Kanonikater og Præbender i Roskilde og Haderslev, Sognekirken i Skelskør og et evigt Vikariat i Aarhus; det første Kanonikat og Præbende i Roskilde skal han nu dog opgive.

Johanni Tuchonis canonico Roskildensi. Vite ac morum honestas [etc.]. Cum itaque canonicatus et prebenda, quindecim prebendarum nuncupata, ecclesie Roskildensis, quos Johannes Petri electus Roskildensis tempore promotionis per nos nuper de eo ad eandem ecclesiam facte obtinebat, prout obtinet, per promotionem huiusmodi et munus consecrationis impendendum eidem electo vacare sperentur, nos canonicatum et prebendam predictos [fructus 6 mr.] conferendos tibi donationi apostolice reservamus, non obstante quod alios predictæ [fructus 3 mr.] et b. Marie virginis in Haderslof [fructus 2 mr.] ecclesiarum canonicatus et prebendas ac parrochiam ecclesiam in Schelskeor Slesvicensis et Roskildensis diocesum [fructus etiam 2 mr.] necnon quandam perpetuam vicariam ad altare s. Laurentii situm in ecclesia Arusiensi [fructus etiam 3 mr.] nosceris obtinere. Volumus autem, quod, quamprimum vigore presentium huiusmodi canonicatum et prebendam fueris pacifice assecutus, alios canonicatum et prebendam, quos extunc vacare decernimus, omnino dimittere tenearis. Datum Rome 10. kal. jan. anno 1.

Simili modo episcopo Adriensi et b. Marie Hafnensis ac

Gustrowensis Roskildensis et Caminensis diocesium ecclesiarum decanis.

Be. XIII. XV. 6. kal. aprilis anno 2. Valuen.

Reg. Lat. 303 fol. 15 v; ogsaa Supplik i Suppl. 268 fol. 184.

1633.

23. Dec. 1431.

Roskildekanniken Jens Mortensen faar Provstiet sammesteds, skønt han forud har Kanonikater og Præbender i Roskilde og Ribe.

Supplicat Johannes Martini canonicus ecclesie Roskildensis, quatenus sibi de prepositura eiusdem ecclesie Roskildensis, que dignitas in ipsa ecclesia Roskildensi non tamen maior post pontificalem existit et per canonicum ipsius ecclesie solita gubernari, vacante per obitum Johannis Bersow litterarum apostolicarum scriptoris in Romana curia defuncti, [fructus 12 mr.] premissis sive alias quovis modo vel [per] munus consecrationis Johanni Petri eiusdem ecclesie Roskildensis episcopo impensum vel impendendum, dignemini providere, non obstantibus canonicatu et prebenda predictis necnon canonicatu et prebenda ecclesie Ripensis, quos possidet [omnium fructus 12 mr.]. Concessum in presentia pape. B. Gradensis. Datum Rome in presentia pape 10. kal. jan. anno 1.

Suppl. 266 fol. 217 v.

1634.

7. Jan. 1432.

Optegnelse om Jens Pedersen (Jernskæg)s Udnævnelse til Biskop i Roskilde.

[1430] *Die lune 7. id. jan. provisum est ecclesie Roskildensi vacanti per mortem Johannis de persona Johannis Petri prepositi eiusdem ecclesie.*

Arm. 12 vol. 121 A fol. 246. Lignende Notits i Garampis Uddrag af Prov. S. C. (tabt) fol. 203 v, begge Steder med det urigtige Aar 1430.

1635.

7. Jan. 1432.

Paven udnævner Provsten Jens Pedersen (Jernskæg) i Roskilde, som forud var valgt af Kapitlet, til Biskop sammesteds.

Johanni electo Roskildensi. Romani pontificis [etc.]. Dudum Johanne episcopo Roskildensi regimini Roskildensis ecclesie presidente, nos provisionem ipsius ecclesie dispositioni nostre ea vice duximus specialiter reservandam. Postmodum vero, dicta ecclesia per ipsius Johannis episcopi obitum vacante, capitulum ipsius ecclesie, reservationis predict[e] forsitan ignari, te prepositum dicte ecclesie et in sacerdotio constitutum in eorum et dicte

ecclesie episcopum, licet de facto, concorditer elegerunt, tuque, huiusmodi reservationis similiter inscius, electioni prefate illius tibi presentato decreto consensisti, etiam de facto, et demum reservatione predict[a] ad tuam deduct[a] notitiam, huiusmodi electionis negotium proponi fecisti in consistorio coram nobis. Nos igitur electionem huiusmodi et omnia inde secuta, utpote post et contra reservationem predicta[m] attemptata, irrita reputantes, ad te direximus oculos nostre mentis . . . [som Nr. 873] . . . [ac] dictorum capituli te eligentium concordii voluntate pensata de persona tua eidem ecclesie providemus. Datum Rome 7. id. jan. anno 1.

Simili modo Capitulo ecclesie Roskildensis.

Clero civitatis et diocesis Roskildensis.

Populo — — — —

Universis vassallis ecclesie —

Archiepiscopo Lundensi.

Erico regi Dacie.

An. XXII. XI. XI. XI. XI. XI. XI. de Adria.

Reg. Lat. 306 fol. 55.

1636.

12. Jan. 1432.

Paven giver Biskop Jens Pedersen (Jernskæg) i Roskilde Lov til at lade sig indvie af en hvilken som helst Biskop.

Johanni electo Roskildensi. Cum nos pridem . . . [som Nr. 861]. Datum Rome 2. id. jan. anno 1.

An. XII. de Adria.

Reg. Lat. 308 fol. 158 v.

1637.

14. Jan. 1432.

Kong Erik faar bevilget, at hans Kapellan og stadige Bordfælle Erik Pedersen maa faa Provstiet og Kanonikat og Præbende i Roskilde, skønt han forud har Dekanatet i Skara og Kanonikater og Præbender i Skara og Lund.

Cum prepositura ac canonicatus et prebenda ecclesie Roskildensis, quos Johannes electus Roskildensis tempore promotionis de se ad ecclesiam predictam facte obtinebat, prout obtinet, per huiusmodi promotionem et munus consecrationis eidem electo impendendum vacare sperentur, supplicat Ericus Dacie Svecie etc. rex, quatinus, sibi in personam Erici Petri decani ecclesie Scharensis capellani sui continui commensalis specialem gratiam facientes, de prepositura, que electiva est, ac canonicatu et prebenda predictis [fructus 15 mr.], eidem Erico decano dignemini providere, non obstante quod decanatum, qui

dignitas maior post pontificalem et curatus et electivus existit, Scharensis predicte et eiusdem ac Lundensis ecclesiarum canonicatus et prebendas [omnium fructus 30 mr.] obtinet. Concessum in presentia pape. B. Gradensis. Datum Rome in presentia pape 19. kal. febr. anno 1.

Suppl. 267 fol. 1.

1638.

17—23. Jan. 1432.

Biskop Jens Pedersen (Jernskæg) i Roskilde betaler en Del af sine Servispenge til det pavelige Kammer gennem Roskildekannikerne Tyge Jensen og Jens Tygesen.

Universis etc. Franciscus etc. Universitati etc., quod Johannes electus Roskildensis pro parte partis sui communis servitii, in quo ratione provisionis de sua persona dicte ecclesie facte apostolice camere sub certis penis et sententiis tenetur efficaciter obligatus, fl. auri de camera 100 ipsi camere, domino A. etc. pro dicta camera recipiente, necnon pro integra solutione unius minuti servitii camerario et clericis dicte camere debiti, pro quo in dicta camera sub prefatis penis et sententiis similiter extitit obligatus, fl. auri de camera 41 sol. 33 et den. 4 monete Romane, dictis clericis prefati camerarii ac eorum propriis nominibus recipientibus, per manus Thiconis Johannis et Johannis Thyconis canonicorum Roskildensium et pro eis a nobilibus viris Cosma et Laurentio de Medicis mercatoribus Florentinis et eorum sociis Romanam curiam sequentibus die date presentium tempore debito solvi fecit realiter et cum effectu. De quibus etc. In quorum etc. Datum Rome anno 1432 indictione 10. die . . .¹⁾ mensis jan. pontificatus anno 1. fl. 2 gr. 2.

Diversa Eugenii IV (Quietantie) 1431—34 fol. 42 (Archivio di Stato).

1639.

18. Jan. 1432.

Biskop Jens Pedersen (Jernskæg) i Roskilde lover ved Roskildekannikerne Tyge Jensen og Jens Tygesen at betale Servispenge til det pavelige Kammer og Kardinalkollegiet.

Die mercurii 18. mensis jan. Tugo Johannis et Johannes Tugonis canonici Loscheldenses [α: Roskildenses²⁾] procuratores et procuratorio nomine Johannis electi Roskildensis, prout de ipsorum mandato constat manu Nicolai Olai clerici Lundensis

¹⁾ Ikke udfyldt. Indført mellem 17. og 23. Jan.

²⁾ Saaledes Oblig. 70 fol. 22 v.

diocesis notarii publici in camera apostolica producto et admissio, obtulerunt camere apostolice et collegio dominorum cardinalium pro suo communi servitio consueto fl. auri de camera 1000, ad quos dicta ecclesia reperitur taxata, et quinque minuta servitia consueta. Eorundem autem medietatem infra octo menses proxime venturos et aliam medietatem infra alios octo menses extunc immediate sequentes solvere promiserunt [etc.]. Card. XII. Et Petrus episcopus Electensis locum tenens domini regentis cancellariam tulit sententias in scriptis.

Oblig. 64 fol. 113 v; gentaget 70 fol. 22 v.

1640.

18. Jan. 1432.

Biskop Jens Pedersen (Jernskæg) i Roskilde betaler en Del af sine Servispenge til Kardinalkollegiet.

Lucidus etc., quod Johannes episcopus Roskildensis pro parte suorum etc., in quibus etc. ac termino nondum elapso etc., fl. auri de camera 100 nobis etc. per manus Nicolai de Leys domini nostri pape accoliti die date etc. De quibus etc. In quorum etc. Datum Rome die 18. mensis jan. 1432 pontificatus anno 1. fl. 2 gr. 2.

Oblig. 63 fol. 183 v.

[1432] Rome die 18. dicti mensis [o: jan.] Johannes episcopus Roskildensis solvit fl. 100. Fuit promotus Rome 7. id. jan. pontificatus anno 1; fuerunt in eius promotione card. 12

Oblig. 65 fol. 126 v.

1641.

26. Jan. 1432.

Paven giver Aflad til dem, som paa visse Fester besøger Vor Frue Kirke i Vordingborg; Brevet gælder for 20 Aar.

Cum ecclesia parrochialis b. Marie in Wordingburg Roskildensis diocesis in suis edificiis maximam ruinam patiatur et sit adeo diminuta in suis redditibus propter guerras, quod minime posset reparari et breviter veniret totaliter in collapsum, nisi reparetur, in qua[m] quidem solet affluere ob reverentiam b. Marie virginis in festis eiusdem populi multitudo, quapropter dignetur s. [v.] omnibus vere penitentibus et confessis, qui in festis domini nostri Jesu Christi et b. Marie predictae annuatim ipsam ecclesiam devote visitaverint et ad reparationem ipsius manus porrexerint adjutrices, duos annos et totidem quadragenas usque

ad viginti annos duratur[os], per festa vestre cancellarie dari consueta, de vera indulgentia concedere dignemini. Concessum in presentia pape. B. Gradensis. Datum Rome in presentia pape 7. kal. febr. anno 1.

Suppl. 267 fol. 174.

1642.

Jan. 1432.

Optegnelse om, at Biskop Jens Pedersen (Jernskæg) i Roskilde betaler en Del af sine Servispenge til det pavelige Kammer.

Introitus unius minuti recepti per me Pantaleonem apostolice camere clericum de mense jan. 1432:

Item a Johanne episcopo Roskildensi fl. 41 sol. 33 den. 4.

Introitus sacre mensis jan. . . .:

Item a Johanne episcopo Roskildensi fl. 50.

Introitus sigilli mensis jan.:

Item a Johanne episcopo Roskildensi fl. 1.

Introitus subdiaconorum ut supra [3: jan. 1432]:

Item a Johanne episcopo Roskildensi fl. 16 sol. 33 den. 8.

Tasse segret. (1431—40), upag. (Archivio di Stato).

1643.

3. Marts 1432.

Kong Erik faar bevilget, at hans Kapellan Oluf Daa faar Provstiet og Kanonikat og Præbende i Roskilde, skønt han forud har Kanonikater og Præbender i Roskilde og Lund og Sognekirken i Skiby; Klerken Jens Wulf (Lupi) faar Kanonikat og Præbende i Roskilde.

Cum prepositura^{a)} ac canonicatus et prebenda^{a)} ecclesie Roskildensis, quos Johannes electus Roskildensis . . .¹⁾ obtinebat, prout oblinet . . .¹⁾, vacare sperentur, supplicat Ericus Dacie etc. rex, quatinus, sibi in personam capellani sui Olauui Daa canonici dicte ecclesie specialem gratiam facientes, de canonicatu et prebenda et, que dignitas ac electiva est, prepositura predicta [fructus 15 mr.], eidem Olauuo dignemini providere, non obstante quod idem Olauus certos alios predictae ac Lundensis ecclesiarum canonicatus et prebendas cum parrochiali ecclesia de Skibi [omnium fructus 20 mr.] obtinet.

Item supplicat Johannes Lupi clericus Roskildensis, quatenus sibi de canonicatu et prebenda ecclesie Roskildensis, quos supradictus Olauus²⁾ obtinet, quamprimum illos per assecutionem

^{a-a)} overstreget og tilføjet i Margen: Ita cassatum in originali Joh.

¹⁾ Som Nr. 1637. ²⁾ I en Gentagelse af Supplikken: Alanus.

prepositure ac aliorum canonicatus et prebende predictorum vacare contigerit, etiam si per ipsum Olauum obtenti canonicatus et prebenda [fructus 6 mr.] actu quovis modo et ex cuiuscunque persona vace[n]t, provideri mandare dignemini gratiose. Concessum pro utroque in presentia pape. B. Gradensis. Datum Rome in presentia pape 5. non. martii anno 1.

Suppl. 268 fol. 293 v og (II) 278 fol. 51 v.

1644.

19. Marts 1432.

Optegnelse om Augustinereremiten Gobelinus Bolants Udnævnelse til Biskop i Børglum.

[1432] Eadem die [ϝ: die mercurii 14. kal. aprilis] [dominus noster providit] ecclesie Burglanensi provincie Londonensis (!) [vacanti] per mortem Petri episcopi de persona fratris Gobelini Bolant Coloniensis diocesis ordinis eremitarum s. Augustini, baccalaurei in theologia.

Arm. 12 vol. 121 A fol. 270; trykt Dipl. Norv. XVII, 389.

1645.

19. Marts 1432.

Paven udnævner Gobelinus Bolant til Biskop i Børglum.

Gobelino Bolant electo Burglanensi. Divina disponente clementia [etc.]. Dudum siquidem, Petro episcopo Burglanensi regimini Burglanensis ecclesie presidente, nos . . . provisionem eiusdem ecclesie dispositioni nostre ea vice duximus specialiter reservandam. Postmodum vero, predicta ecclesia per obitum eiusdem Petri episcopi pastoris solatio destituta, nos, vacatione huiusmodi fidedignis relatibus intellecta, . . . [som Nr. 873] ad te ordinis Heremitarum s. Augustini professorem, bacallarium in theologia, direximus oculos nostre mentis . . . [ac] de persona tua eidem ecclesie providemus. Datum Rome 14. kal. aprilis anno 2.

Simili modo Capitulo ecclesie Burglanensis.

Clero civitatis et diocesis Burglanensis.

Populo — — — —

Universis vasallis ecclesie —

Archiepiscopo Lundensi.

Erico regi Dacie.

Ja. XX. X. X. X. X. X. X. Aprutinus.

Reg. Lat. 306 fol. 110 v.

1646.

28. Marts 1432.

Biskop Gobelinus Bolant i Børglum lover personlig at betale Servispenge til det pavelige Kammer og Kardinalkollegiet.

Acta pontificum Danica III.

[1432] Die 28. mensis martii Gobelinus electus Burglanensis personaliter obtulit camere apostolice et collegio cardinalium pro suo communi servitio debito fl. 66 auri de camera et duos tertios alterius fl. similis et quinque minuta servitia consueta pro familiaribus et officialibus domini nostri pape et dicti collegii, quorum medietatem infra octo menses proxime venturos et reliquam medietatem infra alios octo menses extunc immediate sequentes solvere promisit. Et dominus P. locumtenens tulit sententias excommunicationis in scriptis. Actum Rome in thesauraria apostolica . . . Card. XII.

Oblig. 64 fol. 119 og 70 fol. 28.

1647.

29. Marts 1432.

Biskop Gobelinus Bolant i Børglum betaler en Del af sine Servispenge til Kardinalkollegiet.

Lucidus etc., quod Gobelinus episcopus Burglanensis pro parte suorum communis et minuti servitiorum, in quibus etc., ac termino nondum elapso fl. auri de camera 13 sol. 25 nobis etc. personaliter solvit. De quibus etc. In quorum etc. Datum Rome die 29. mensis martii 1432 pontificatus anno 2. . . fl. 1 gr. 2.

Oblig. 63 fol. 190 v.

[1432] Rome die 29. dicti mensis [Ϸ: martii] Gobelinus episcopus Burglanensis solvit fl. 13 sol. 25. Fuit promotus Rome 14. kal. aprilis pontificatus anno 2. Fuerunt in eius promotione cardinales 12.

Oblig 65 fol. 129.

1648.

29. Marts 1432.

Jens Tygesen lover at betale Annater af Kanonikat og Præbende i Roskilde.

[1432] Die 29. eiusdem [Ϸ: mensis martii] Johannes Tuchonis principalis obligavit se camere super annata canonicatus et prebende, quindecim prebendarum nuncupate, ecclesie Roskildensis [fructus 6 mr.], vacantium per promotionem Johannis Petri electi Roskildensis et munus consecrationis sibi impendendum, collatorum eidem Rome 1431 10. kal. jan. pontificatus anno 1.

Annate 1431—33 fol. 115 (Archivio di Stato).

1649.

29. Marts 1432.

Jens Tygesen betaler Annater af Kanonikat og Præbende i Roskilde.

Universis etc. Daniel etc. Universitati etc., quod Johannes Tuchonis canonicus ecclesie Roskildensis pro totali et integra

solutione annate sive etc. primi anni canonicatus et prebende quindecim prebendarum dicte ecclesie, in quibus camere apostolice ratione provisionis sibi de eisdem apostolica auctoritate facte sub certis penis etc., cum prefata camera apostolica ad summam 14 fl. auri de camera composuit etc., quos etc. die date presentium solvit etc. De quibus quidem [etc.]. Datum Rome die 29. mensis martii 1432 indictione 10 pontificatus anno 2. fl. 1 gr. 2.

Divers. Martini V et Eugenii IV (= Quietantie) 1430—33 fol. 200 v (Archivio di Stato).

[1432] Die 29. mensis martii prefatus Daniel thesaurarius ut supra habuit, recipiente ut supra, a Johanne Tintoris [c: Tucho- nis] canonico Roskildensi pro integra solutione annate dictorum canonicatus et prebende, quindecim prebendarum nuncupate, ex compositione fl. auri de camera 14.

Introitus et Exitus 393 fol. 11 v.

1650.**Marts 1432.**

Optegnelse om, at Biskop Gobelinus Bolant i Børglum betaler en Del at de mindre Afgifter til det pavelige Kammer.

Introitus unius minuti recepti per me Rosellum apostolice camere clericum de mense martii 1432:

A Gobelino episcopo Burglanensi fl. 2 sol. 43.

Introitus sacre de mense martii:

A Gobelino episcopo Burglanensi . . fl. 3 sol. 16 den. 8.

Introitus sigilli de mense martii:

A Gobelino episcopo Burglanensi . . fl. 1.

Introitus subdiaconorum ut supra:

A Gobelino episcopo Burglanensi . . . fl. 1 sol. 5 den. 7.

Tasse segret. 1431—40, upag. (Archivio di Stato).

1651.**10. April 1432.**

De, der paa bestemte Dage besøger Martyrerne Mourits og Margretes Kapel i Øster-Marie Sogn paa Bornholm, faar tilstaaet Aflad; Brevet gælder for al Fremtid.

Est quedam nova capella in honore dei omnipotentis et bb. martirum Mauritii et Margarete virginis erecta in parrochia b. Marie virginis orientalis in terra Barnhalm Lundensis diocesis per quendam Aghonem Nicolai dicte terre capitani (!), que per eundem causa devotionis honeste dotata existat et fundata in toto, tamen quoad ornamenta decentia et aliis necessariis ad divinum cultum plenarie non sit fulcita. Ut igitur ipsa capella

in suis structuris et ornamentis etc. longeve in esse valeat conservari decentibusque ornamentis decoretur, populusque devotionem maiorem habere poterit (!) in eadem, dignetur s. v. omnibus Christi fidelibus vere confessis et contritis dictam capellam visitantibus . . . in dictis ss. Mauritii et Margarete festivitibus tres annos indulgentiarum et totidem quadragenas perpetuis temporibus duratur[a] concedere dignemini (!). Concessum in forma in presentia pape. B. Gradensis. Datum Rome in presentia pape 4. id. aprilis anno 2.

Suppl. 269 fol. 83.

1652.

10. April 1432.

Magister Knud Mikkelsen faar Kanonikat og Præbende i Roskilde, skønt han forud har Kanonikat og Præbende i Aarhus.

Cum Johannes Tuchonis canonicus ecclesie Roskildensis canonicatum et prebendam, quos in eadem ecclesia obtinet, ad manus v. s. resignare proponat, supplicat Canutus Michaelis magister in artibus canonicus ecclesie Arusiensis, quatinus alicui prelato mandare dignemini, qui huiusmodi resignationem admittat eaque admissa dicto Canuto de dictis canonicatu et prebenda [fructus 4 mr.] conferat et provideat de eisdem, non obstantibus et statutis et consuetudinibus dicte ecclesie Roskildensis et presertim illis, quibus caveri dicitur, quod nullus canonicatum et prebendam inibi assequi valeat, nisi de minori ad mediam et de media ad maiorem gradatim et per optionem ascendat, non obstantibus etiam canonicatu et prebenda in ecclesia Arusiensi predictis [fructus 3 mr.]. Concessum in presentia pape. B. Gradensis. Datum Rome in presentia pape 4. id. aprilis anno 2.

Suppl. 269 fol. 288 v.

1653.

13. April 1432.

Paven giver Ærkebiskoppens Foged Aage Nielsen (Sparre) fra Lunde Stift og hans Hustru Lov til at vælge en Skriftefader, som kan give dem Plenar-aflad i deres Dødsøjeblik.

De plenaria remissione.

Nobili viro Aghoni Nicolai domicello Lundensis diocesis ac eius uxori impresentiarum existenti. Provenit (*Dipl. dioc. Lund. III, 107*). Datum Rome id. aprilis anno 2.

An. XVI. de Adria.

Reg. Lat. 316 fol. 299 v.

1654.**13. April 1432.**

Paven giver Aflad til dem, der paa bestemte Dage besøger Vor Frues Kapel i St. Nicolai Kirke i Halmstad.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Dum precelsa (*Dipl. dioc. Lund. III, 107—108*). Datum Rome id. aprilis anno 2.

An. XVI. de Adria.

Reg. Lat. 317 fol. 285 v.

1655.**6. Maj 1432.**

Præsten Arnold Nielsen fra Aarhus Stift faar Kanonikat og Præbende i Aarhus med St. Olafs Kirke sammesteds og desuden Sognekirken i Brabrand.

Exponitur pro parte Arnoldi Nicolai presbiteri Arusiensis diocesis, quod olim, canonicatu et prebenda ecclesie Arusiensis, quibus parrochialis ecclesia s. Olavi Arusiensis canonicè unita existit, per mortem Nicolai Butze, ac curata ecclesia in Brabrand per mortem Nicolai Pe (!) vacantibus, idem Arnoldus dictos canonicatum et prebendam ac parrochiales ecclesias auctoritate ordinaria sibi collatos extitit pacifice assecutus eosque possedit, prout possidet, pacifice. Cum autem dubitat collationem et provisionem huiusmodi viribus non subsistere, supplicatur igitur pro parte dicti Arnoldi, quatenus sibi de canonicatu et prebenda ac b. Olavi in Arusia eis unita [fructus 15 fl. auri de camera] necnon s. Martini in Brabrand parrochialibus ecclesiis prefatis [fructus 10 fl. auri de camera] dignemini providere, secumque, ut canonicatum et prebendam ecclesiamque eis annexam cum alia parrochiali ecclesia prefata simul, quoad vixerit, libere retinere ad easque perpetuos vicarios absque licentia ordinarii instituere possit, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. B. Gradensis. Datum Rome apud s. Spiritum in Saxia in presentia pape pridie non. maji anno 2.

Suppl. 270 fol. 143.

1656.**7. Maj 1432.**

Paven meddeler Kong Erik, at han har kasseret Upsala Domkapitels Valg af Provsten, Magister Olavus Laurentii, til Ærkebiskop, men derefter udnævnt denne ved Provision.

Erico Dacie et Svecie regi. Gratie divine premium (*Lindblom, Akter rörande ärkebiskopsvalet i Uppsala, 20—21; Reg. 3523*). Datum Rome non. maji anno 2.

XXII.

Orig. paa Perg. med Bulle i Riksarkivet i Stockholm.

1657.

23. Maj 1432.

Cismer Kloster (i Lübeck Stift) faar bevilget Aflad til dem, der besøger Klostret.

Cum Georrius (!) abbas, Marquardus prior et conventus monasterii in Cismer ordinis s. Benedicti Lubicensis diocesis in guerrarum discriminibus inter potentem regem Dacie Svecie et Norvegie etc. et illustres principes duces Slesvicenses et comites Holtzatie etc., in quorum districtu huiusmodi monasterium existit situatum, varia et gravissima dampna et honorum suorum incendia et robationes ipsis per piratas ipsius regis [factas] enormiter sustulerunt, et plus timendum est in futurum sustinere, patet, quod cultus divinus in eorum monasterio propterea minuitur et edificia patiuntur ruinam et eorum bona desolantur; supplicant igitur . . . prefati abbas, prior et conventus, quatenus . . . omnibus . . . ipsum [monasterium] devote visitantibus . . . bis in anno, cum pretiosus sanguis [Jesu Christi . . . ibidem existens] ostend[itur], decem annos et septem karnas ac alias per totum annum centum dies de injunctis eis penitentiis indulgere dignemini imperpetuum duratura . . . Concessum in forma in presentia pape. B. Gradensis. Datum Rome 10. kal. junii anno 2.

Suppl. 270 fol. 267 v.

1658.

26. Juni 1432.

Nonneklostret i Itzehoe faar, efter Ansøgning af Hertugerne Gerhard og Adolf af Slesvig, bevilget Aflad til dem, som paa bestemte Dage besøger og understøtter Klostret.

Cum monasterium monialium prope Idzeho Cisterciensis ordinis Bremensis diocesis, in quo quam plures moniales et pro tempore numero 40 vel 50 et pro maiori parte nobiles sub altissimi famulatibus degere solent, sit quam plurimum notabile et insigne, eiusque ecclesia et claustrum amplis et spatiosis ac sumptuosis edificiis, que magna reparatione et pro conservatione eorum multis expensis indigent, constructa existant, ac etiam ipsa ecclesia, que sub vocabulo gloriose virginis Marie et s. Laurentii constructa est, speciali Christi fidelium devotione frequentetur, ex qua¹⁾ comites Holtzatie et duces Slesvicenses eorum apud dictam ecclesiam habent et eligunt sepulturam, sintque dicti monasterii facultates per inundationem aquarum et quarundam ipsius monasterii villarum ac aliarum eius possessionum exustionem

¹⁾ ex quo Gz.

et desertionem ac desolationem necnon disturbia guerrarum et alios modernorum temporum sinistros eventus ad tantam exilitatem reducte, quod nedum ad huiusmodi edificia reformanda et conservanda, verum etiam nec ad dictarum monialium et personarum ipsius monasterii sustentationem sufficiant, ne igitur edificia huiusmodi ruine committantur, et fidelium ipsorum in dicta ecclesia lentescat devotio, supplicant Adulphus et Gerardus duces Slesvicenses et comites Holtzatie etc. ac abbatissa, priorissa et conventus dicti monasterii, quatenus . . . omnibus vere penitentibus et confessis ecclesiam predictam visitantibus et ad huiusmodi reparationem et conservationem manus adiutrices porrigentibus pro festivitate visitationis b. Marie virginis perpetuo duraturas et pro aliis festivitibus et diebus per cancellariam dari solitas usque ad tempus in cancellaria dari consuetum 5 annorum et totidem quadragenarum indulgentias concedere dignemini. Concessum in presentia pape. B. Gradensis. Datum Rome 6. kal. julii anno 2.

Suppl. 271 fol. 88.

1659.

3. Juli 1432.

»*Sacrosancta generalis synodus Basiliensis confirmerar dhe indulgentias, som af papa Eugenio och papa Martino äre uthgifne åth dhem, som åthskillige kyrckior med devotion frequenterade både seent och betida. Datum Basilee 5. non. julii 1432.*«

Rep. 6567.

1660.

18. Juli 1432.

Jens Mortensen lover at betale Annater af Provstiet i Roskilde.

[1432] Dicta die [c: 18. julii] Arnestus Aurifabri procurator et nomine procuratorio, prout publico instrumento constabat, obligavit se camere nomine Johannis Martini super annata prepositure ecclesie Roskildensis [fructus 12 mr.], vacantis per obitum Johannis Borzow litterarum apostolicarum scriptoris in curia defuncti, collate eidem Rome 1431, 10. kal. jan. pontificatus anno 1.

Annate 1431—33 fol. 147 (Archivio di Stato).

1661.

13. Aug. 1432.

Kong Eriks Kapellan Knud Nielsen faar et Alter i Aarhus, skont han forud har Kanonikat og Præbende i København og Sognekirken i Lille Lyngby.

Supplicat Kanutus Nicholai magister in canonicus prebendatus ecclesie collegiate Haffnensis Roskildensis diocesis capellanus Erici regis Dacie, quatenus sibi de altare b. Marie virginis in ecclesia Arusiensi, vacante per obitum Johannis Nicholai in Romana curia defuncti [fructus 4 mr.], dignemini providere, non obstantibus canonicatu et prebenda predictis [fructus 4 mr.] ac parrochiali ecclesia s. Trinitatis in Lilungby dicte Roskildensis diocesis [fructus etiam 4 mr.], quas possidet. Concessum in presentia pape. B. Gradensis. Datum Rome id. aug. anno 2.

Suppl. 278 fol. 253 v.

1662.

20. Aug. 1432.

Optegnelse om, at Biskop Jens Pedersen (Jernskæg) i Roskilde betaler Servispenge til Kardinalkollegiet.

[1432] Rome dicta die [ϝ: 20. mensis aug.] Johannes episcopus Roskildensis solvit fl. 100. Fuit promotus Rome 7. id. jan. anno 1; fuerunt in eius promotione card. 12.

Oblig. 65 fol. 138 v.

1663.

1. Sept. 1432.

Biskop Jens Pedersen (Jernskæg) i Roskilde betaler en Del af sine Servispenge til det pavelige Kammer.

Universis etc. Franciscus etc., quod Johannes episcopus Roskildensis in deductionem sui communis servitii, in quo etc., fl. auri de camera 100 ipsi camere, Angelo episcopo Arbensi in thesaurariatus officio locumtenente pro dicta camera recipiente, per manus nobilium virorum Cosme et Laurentii de Medicis mercatorum Florentinorum et sociorum suorum Romanam curiam sequentium de (!) [ϝ: die] date presentium tempore debito solvi fecit realiter cum effectu. De quibus etc. Verum intellecta mole gravaminum etc. terminum faciende solutionis huiusmodi usque ad octo menses proxime futuros post ultimum terminum alias eidem statutum incipiendos immediate et ut sequitur finiendos prorogamus et de novo assignamus eidem. Ita tamen etc. In quorum etc. Datum ut supra [ϝ: Rome 1432 indictione 10. die 1. mensis sept. pontificatus anno 2].

fl. 2 gr. 2.

Divers. Eugenii IV (= Quietantie) 1431—34 fol. 70 v (Archivio di Stato).

1664.

1. Sept. 1432.

Biskop Jens Pedersen (Jernskæg) betaler en Del af sine Servispenge til Kardinalkollegiet.

Lucidus etc., quod Johannes episcopus Roskildensis pro parte suorum communis et minuti servitiorum ac termino nondum elapso fl. auri de camera 100 nobis pro etc. per manus Cosme et Laurentii de Medicis et sociorum etc. die date presentium solvi fecit realiter et cum effectu. De quibus etc. Verum intellecta mole gravaminum hinc et usque ad octo menses proxime venturos a data presentium computandos terminum sibi duximus prorogandum. Ita tamen etc. Datum Rome die 1. mensis sept. anno ut supra [c: 1432 pontificatus anno 1].

fl. 2 gr. 2.

Oblig. 63 fol. 197 v.

1665.

20. Sept. 1432.

Ærkebiskoppen og Biskopperne i Danmark henvender sig til Paven i Anledning af, at Upsala Domkapitel har valgt Magister Olavus Laurentii til Ærkebiskop, hævder, at dette Valg er ugyldigt, da Kongens Samtykke er nødvendigt, og at Olavus er kommet med falske Opgivelser overfor Pavestolen og derfor ikke bør have Provision, og beder Paven om at stadfæste Biskop Arnold af Bergen, hvem Kongen anbefaler, som Ærkebiskop.

Sanctissimo in Christo patri domino Eugenio . . . summo pontifici . . . Cum sit ex debito nedum acquisite virtutis (*Lindblom, Akter rörande ärkebiskopsvalet i Uppsala, 27—30*). Datum anno 1432 mensis sept. die 20. nostris sub sigillis. Archiepiscopus et episcopi de provincia Dacie.

Indtaget i Brev af 5. Marts 1433 (Riksarkivet i Stockholm).

1666.

Sept. 1432.

Optegnelse om, at Biskop Jens Pedersen (Jernskæg) i Roskilde betaler Seglafgiften.

[1432] Introitus sigilli . . de mense sept.:

Pro quitantia episcopi Roskildensis . . fl. 2.

Pro dilatione — — . . fl. 1.

Tasse segret. 1431—40, upag. (Archivio di Stato).

1667.

8. Okt. 1432.

Kong Erik meddeler Paven, at Valget af Magister Olavus Laurentii til Ærkebiskop i Upsala er ugyldigt, da man ikke havde spurgt om Kongens Samtykke. Han havde derfor sendt Magister Knud Nielsen, Kannik i København,

til Rom for at modarbejde Olavus, der ligeledes var i Rom, og beder nu Paven om at udnævne Biskop Arnold i Bergen til Ærkebiskop og Karteusermunken Goswin, som han havde indkaldt for at indføre Karteuserordenen, til Biskop i Bergen.

Sanctissimo in Christo patri ac domino domino Eugenio
Devotum obedientie filialis affectum . . . Quia incumbens humeris meis (*Lindblom, Akter rörande ärkebiskopsvalet i Uppsala, 30—33*).
Scriptum in castro meo Haffnensi anno 1432 mensis oct. die 8. meo sub secreto.

Indtaget i Brev af 5. Marts 1433 (Riksarkivet i Stockholm).

1668.

16. Okt. 1432.

Ærkebiskop Peder (Lykke) i Lund anmoder som Sveriges Primas for anden Gang Paven om at tage Udnævnelsen af Olavus Laurentii til Ærkebiskop i Upsala tilbage.

Sanctissimo in Christo patri ac domino domino Eugenio
Quam sit modernis temporibus sancta mater ecclesia (*Dipl. dioc. Lund. III, 114—16; Lindblom, Akter rörande ärkebiskopsvalet i Uppsala 33—35*). Scriptum Lundis anno 1432 mensis oct. die 16. meo sub secreto.

Indtaget i Brev af 5. Marts 1433 (Riksarkivet i Stockholm).

1669.

17. Okt. 1432.

Konciliet i Basel udsender sin Generalskatmester, Biskop Matheus af Albenga, byder ham at opkræve Pavestolens Indtægter og Tilgodehavende af alle Slags og befaler alle Kollektorer at være ham lydige og indbetale til ham alt, hvad de har opkrævet.

Sacrosancta generalis Basiliensis synodus in spiritu sancto legittime congregata universalem ecclesiam representans. Universis [etc.]. Cum ad extirpationem (*Dipl. Norv. VII, 381—82*). Datum Basilie in congregatione generali 16. kal. nov. anno 1432 indictione 10.

Indtaget i Notarialinstrument af 18. Juli 1436 (Dipl. Arn.-Magn. fasc. 41 Nr. 17).

1670.

2. Nov. 1432.

Jens Mortensen faar, skønt han forud har Kanonikater og Præbender i Roskilde og Ribe, Provstiet i Roskilde, hvorom han fører Proces ved Kurien mod Oluf Daa.

Lite et causa in vestro sacro palatio apostolico inter Johannem Martini prepositum ecclesie Roskildensis et quendam Olauum Dau [ø: Daa] de dicta prepositura introducta ac Geminiano de Prato sacri palatii causarum auditori commissa,

coram quo ad nonnullos actus judiciales est processum, statum cause habentes pro sufficienter expresso¹⁾. Verum a nonnullis asseritur neutri dictorum litigantium in dicta prepositura jus competere; supplicat igitur prefatus Johannes Martini, quatenus auditori cause huiusmodi mandare dignemini, ut, si in eventum litis huiusmodi sibi constiterit neutri litigantium jus competere, prefato Johanni dictam preposituram conferat et provideat de eadem, que dignitas electiva et curata non tamen maior post pontificalem in dicta ecclesia Roskildensi existit [fructus 12 mr.], non obstantibus canonicatibus et prebendis Roskildensis et Ripensis ecclesiarum, quos obtinet [omnium fructus 10 mr.]. Concessum in presentia pape. B. Gradensis. Datum Rome 4. non. nov. anno 2.

Suppl. 274 fol. 97.

1671.

18. Nov. 1432.

Paven befaler Biskoppen i Odense at overdrage Ærkedegneembedet i Ribe til Claus Christiensen (Frille), skønt denne forud har Kanonikat og Præbende sammesteds og Provstiet i Jellingsyssel; det sidste skal han saa dog opgive.

Episcopo Ottoniensi. Dignum etc. Dudum siquidem omnes dignitates in cathedralibus post pontificales maiores dispositioni nostre reservavimus [etc.]. Cum itaque postmodum archidiaconatus, qui inibi dignitas maior post pontificalem existit, ecclesie Ripensis, quem Iuarus Thordonis obtinebat, per obitum eiusdem Iuari vacet, nos fraternitati tue mandamus, quatenus, si per diligentem examinationem Nicolaum Cristierni canonicum eiusdem ecclesie ad hoc idoneum esse reppereris, archidiaconatum predictum, cui cura imminet animarum, et ad quem consuevit quis per electionem assumi [fructus 4 mr.], eidem Nicolao auctoritate nostra conferas, non obstante quod ipse Nicolaus canonicatum et prebendam dicte ecclesie ac preposituram ruralem de Jellingsyssel, que personatus est in eadem ecclesia [omnium fructus 3 mr.], noscitur obtinere. Volumus autem, quod idem Nicolaus, quamprimum vigore presentium dictum archidiaconatum fuerit pacifice assecutus, prefatam preposituram, quam extunc vacare decernimus, omnino, prout ad id se sponte obtulit, dimittere teneatur. Datum Rome 14. kal. dec. anno 2.

Ja. XXIII. 3. id. dec. anno 2. Aprutinus.

Reg. Lat. 318 fol. 257 v.

¹⁾ Eftersætningen mangler.

1672.

21. Dec. 1432.

Paven giver Ridderen Ejler Rønnoy til Ejsbøl i Slesvig Stift Lov til at have Rejsealter.

De altaribus portatilibus.

Nobili viro Elero Runnowe militi domino de Eghelsbul Slesvicensis diocesis. Sincere etc. Datum Rome 12. kal. jan. anno 2.

An. X. de Adria.

Reg. Lat. 316 fol. 310 v.

1673.

30. Dec. 1432.

Paven giver Ridderen Erik Nielsen (Gyldenstjerne) til Tim og hans Hustru Lov til at vælge en Skriftefader, som kan give dem Plenaraflad i deres Dødsøjeblik.

De plenaria remissione.

Nobili viro Erico Nicolai militi Ripensis diocesis ac nobili mulieri eius uxori inpresentiarum existenti. Provenit etc. Datum Rome 3. kal. jan. anno 2.

An. XVI. de Adria.

Reg. Lat. 316 fol. 281.

1674.

4. Jan. 1433.

Paven befaler Biskopperne i Alet og Lübeck og Ærkedegnen i Rostock at overdrage Jens Mortensen Provstiet i Roskilde, som var ham tilkendt efter forudgaaende Proces ved Kurien mod Klerken Oluf Daa fra Roskilde Stift.

Electensi et Lubicensi episcopis ac archidiacono Rostockensi in ecclesia Zwerinensi. Exhibita nobis pro parte Johannis Martini prepositi ecclesie Roskildensis [petitio]¹⁾ continebat, quod, licet olim sibi prepositura dicte ecclesie tunc per obitum Johannis Borzou apud sedem apostolicam defuncti vacans apostolica auctoritate gratiose collata et de illa provisum fuisset canonice, tamen Olaus Doa [D: Daa], qui se gerit pro clerico Roskildensis diocesis, falso asserens dictam preposituram ad se spectare, impedivit, prout impedit . . . , quominus gratia, collatio et provisio predictae debitum . . . sortiantur effectum, seque in dicta prepositura intrusit ac illam occupavit, prout detinet indebite occupatam, fructus percipiens ex eadem, et alias ipsum Johannem Martini super dicta prepositura multipliciter molestavit, orta que propterea inter Johannem Martini et Olauum predictos super prepositura prefata . . . materia questionis, nos causam huiusmodi, cum tunc partes ipse in Romana curia sufficienter presentes existerent, magistro Geminiano de Prato cappellano nostro et causarum palatii apostolici auditori ad instantiam ipsius Johan-

¹⁾ add. Gz.

nis Martini audiendam commisimus et sine debito terminandam, qui per suam diffinitivam sententiam declaravit . . . dictam preposituram ad eundem Johannem Martini spectasse et spectare de jure sibi adjudicandam fore et adjudicavit, ac dicto Olauo nullum in ipsa prepositura jus competiisse sive competere necnon prefatum Olauum ab occupatione et detentione prepositure predictae amovendum fore et amovit, ac eundem Johannem Martini in illius corporalem possessionem inducendum fore et induxit, oppositiones quoque . . . et impedimenta predicta fuisse et esse temeraria, illicita, iniqua, injusta ac de facto presumpta necnon ipsi Olauo super illis et dicta prepositura perpetuum silentium imponendum fore et imposuit, ac prefatum Olauum in fructibus ex dicta prepositura a tempore motae litis huiusmodi citra perceptis condemnandum fore et condemnavit, prout in instrumento publico inde confecto ipsius auditoris sigillo munito dicitur plenius contineri. Cum autem prefatus Johannes Martini dubitet, quod lite huiusmodi sic indecisa pendente aut interim aliqui alii in dicta prepositura se intruserint vel imposterum se intrudent, quodque processus presentium vigore habendi dicto Olauo propter eius potentiam et aliis, quos concernent, tute nequeant publicari, pro parte ipsius Johannis Martini nobis fuit supplicatum, ut sibi super hiis providere dignaremur. Nos itaque discretioni vestre mandamus, quatenus . . . premissam sententiam executioni debite demandantes, eundem Johannem Martini vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem prepositure predictae, amoto exinde Olauo prefato, inducatis auctoritate nostra Datum Rome pridie non. jan. anno 2.

An. XX. de Adria.

Reg. Lat. 312 fol. 61.

1675.

16. Jan. 1433.

Klerken Ludolf Rotermund fra Slesvig Stift faar et evigt Vikariat i Lübeck, hvorom han havde ført Proces ved Kurien, skønt han forud har flere (tyske) Embeder.

Dudum Nicolao Wulff, nunc episcopo Slesvicensi, de perpetua vicaria ad altare s. Catherine in ecclesia parochiali b. Marie Lubicensi tunc per privationem Mathie Sueni primo ordinaria auctoritate et deinde quondam Angelo def (!) Ferentino per resignationem in manibus pape per dictum Nicolaum factam apostolica auctoritate provisum e[st] possessione obtenta, et eapropter lite et causa in vestro sacro palatio apostolico causarum inter

dictum Mathiam Sueni actorem et dictum quondam Angelum de Ferentino litterarum apostolicarum scriptorem . . de dicta perpetua vicaria reum et possessorem indecisa pendente, dictus Angelus in curia Romana diem clausit extremum . ., Ludolpho Rotermunt de eadem vicaria ordinaria auctoritate proviso, licet de facto, possessione, ut dicitur, obtenta, [qui]¹⁾ nullos tamen fructus percepit. Cum igitur lis propterea careat legitimo defensore nec sit, qui tueatur eandem, et dictus Ludolphus reputat (!) provisionem suam viribus non subsistere, supplicat prefatus Ludolphus Rotermunt clericus Slesvicensis diocesis, quatenus ipsum . . ad omne jus, quod dicto Angelo tempore obitus sui in dicta vicaria competiit, ac litis et cause in eo statu, in quo dicto tempore remansit, prosecutionem ac dicte vicarie possessionem surrogare necnon auditori eiusdem cause dignemini mandare . ., ut, si sibi per eventum litis huiusmodi constiterit neutri dictorum Mathie et Angeli dicto tempore in eadem vicaria jus competiisse sive competere, prefato Ludolpho eandem vicariam [fructus 4 mr.] . . . auctoritate apostolica etiam in forma nove provisionis conferat et etiam provideat de eadem, secumque, ut non obstante defectu natalium, quem patitur de presbitero genitus et soluta, predictam vicariam recipere et retinere valeat . . ., dispensare dignemini, non obstantibus canonicatu et media prebenda ecclesie s. Nicolai Magdeburgensis, de quibus est sibi auctoritate apostolica concessum provideri [fructus 4 mr.], ac perpetua vicaria ad altare s. Anne situm in ecclesia b. Marie Hamburgensi Bremensis diocesis, quam possidet [fructus 3 mr.], necnon dicto defectu, super quo alias secum auctoritate apostolica predicta dispensatum extitit. Concessum in presentia pape. B. Gradensis. Datum Rome 17. kal. febr. anno 2.

Suppl. 275 fol. 161 v (181 v).

1676.

27. Jan. 1433.

Paven giver Adelsmanden Peder Skram til Voldbjerg i Ribe Stift og hans Hustru Lov til at have Rejsealter.

De altaribus portatilibus.

Nobili viro Petro Schram domino de Wolberg et eius uxori impresentiarum existenti Ripensis diocesis. Sincere etc. Datum Rome 6. kal. febr. anno 2.

An. XII. de Adria.

Reg. Lat. 316 fol. 308.

¹⁾ add. Gz.

1677.

2. Febr. 1433.

Præsten Mads Laurensen fra Børglum Stift faar Sognekirken i Skallerup og Provstiet i Vendsyssel i Børglum Stift, som allerede var overdragne ham.

Cum Matthias Laurentii presbiter Burglanensis diocesis parochialem ecclesiam s. Nicolai in Scheldorp ac preposituram ruralem in Wendelia invicem canonice unitas dicte diocesis, per obitum Nicolai Morsing vacantes, auctoritate ordinaria canonice extitit assecutus ipsarumque possessionem realem adeptus, dubitat tamen assecutionem huiusmodi viribus non subsistere. Quare supplicat, quatenus sibi de ecclesia ac prepositura rurali predictis [fructus 16 mr.] dignemini de novo providere. Concessum in presentia pape. B. Gradensis. Datum Rome 4. non. febr. anno 2.

Suppl. 276 fol. 2 v.

1678.

7. Febr. 1433.

Kapitlet i Lund faar Lov til at holde to Messer i Domkirken om Morgen og paa visse Festdage uddele samme Aflad som paa Kristi Legemsfest.

Cum capitulum ecclesie Lundensis (*Dipl. dioc. Lund. III, 121—22*). Datum Rome 7. id. febr. anno 2.

Suppl. 276 fol. 11.

1679.

17. Febr. 1433.

Dominikanerklostret i Ribe, hvis Bygninger er nedbrændte, faar Lov til at uddele Aflad paa visse Festdage.

Exponitur pro parte prioris et fratrum conventus s. Katherine Ripensis diocesis ordinis fratrum Predicatorum, quod ipsi olim ter de uno loco ad alium translati fuerunt, et in civitate Ripensi, ubi ultimo translati fuerunt, ecclesia et conventus una cum campanile et aliis ornamentis ex casu fortuito succensa et ignis voragine combusta ac in suis edificiis adeo totaliter desolata existant [o: -unt]¹⁾, quod fratres eiusdem conventus tempore pluviali non habe[ant]¹⁾ locum, ubi eorum caput quiete reclinent, deinde pluries a diversis personis diversis temporibus ab²⁾ omnibus ornamentis paramentis et ceteris jocalibus ipsius ecclesie et conventus spoliata sunt, quod, nisi de oportuno reparationis subsidio eisdem subveniatur, penitus corruent, illumque fratres inibi degentes deserere et divinum cultum altissimo haecenus laudabiliter impensum negligere cogantur. Supplicatur igitur pro parte dictorum exponentium, quatenus eis, ut ecclesia ipsa, ad quam causa devotionis populi confluat multitudo, in suis ac dicti con-

¹⁾ add. Gz. ²⁾ adeo Gz.

ventus edificiis huiusmodi necnon crucibus calicibus libris ceterisque ornamentis pro divino cultu necessariis, quibus egeri prospicitur, decenter repararetur atque conservetur, [subvenientes]¹⁾ omnibus vere penitentibus et confessis, qui in secundis feriis pasce et pentecostes ac in secunda die natalis domini nostri Jesu Christi ad reparationem et restaurationem ecclesie et conventus predictorum hiis tribus diebus manus promptius porrexerint adjutrices, septem annos [indulgentiarum]¹⁾ et totidem quadragenas, quousque ecclesia et conventus ipsi pro fratrum commoditate et quiete fuerint decenter secundum eorum indigentiam reparati, dignemini elargiri. Concessum in forma et de uno anno pluri (!) in presentia pape. B. Gradensis. Datum Rome 13. kal. martii anno 2.
Suppl. 276 fol. 67.

1680.

28. Febr. 1433.

Lundekanniken Poul Bryning faar Lov til med sit Præbende at forene Besiddelsen af en Sognekirke eller et evigt Vikariat i Lunde Stift.

Exponitur pro parte Pauli Bryning canonici ecclesie Lundensis (*Dipl. dioc. Lund. III, 122—23*). Datum Rome pridie kal. martii anno 2.

Suppl. 276 fol. 161 v.

1681.

28. Febr. (16. Marts) 1433.

Kong Erik faar bevilget, at de, der paa bestemte Festdage besøger Vor Frue Kirke i København, maa faa samme Aflad som de, der besøger St. Petri ad Vincula i Rom.

Cum ad ecclesiam b. Marie opidi Haffnensis Roskildensis diocesis, quod temporalis ditioni Erici Dacie Svecie et Norvegie regis subditum existit, fidelium populorum, presertim nundinarum, que ibidem plerumque²⁾ haberi sunt solite, temporibus, causa devotionis augende³⁾ salutisque animarum suarum illic consequende multitudo confluat copiosa, ut igitur huiusmodi fideles pro animarum suarum predictarum consequenda salute ad eandem ecclesiam, que quater ignis incendio casualiter combusta, nunc magno sumptuosoque opere reedificata est, eo libentius confluant et ad ipsius ecclesie fabricam manus porrigant adjutrices, supplicat rex prefatus, quatenus ipsius contemplatione ecclesiam prefatam, que inter alias ecclesias collegiatis regnorum suorum plurimum insignis existit, et ad quam ipse specialem gerit devotionis affectum, spirituali prevenientes honore omnibus fidelibus prefatis, qui in festo nativitatis dicte Marie virginis

¹⁾ add. Gz. ²⁾ Gz. — Cod. plerisque ³⁾ Cod. ingerent[e]

et per octo dies eandem festivitatem immediate sequentes ecclesiam predictam devote visitaverint et ad fabricam manus adiutrices porrexerint, illas [indulgentias], quas ecclesiam s. Petri ad Vincula de Urbe in festo ipsius s. Petri ad Vincula, die videlicet 1. mensis aug., annis singulis visitantes ex concessione Romanorum pontificum quomodolibet consequuntur, concedere dignemini. Concessum¹⁾ in forma in presentia pape. B. Gradensis. Datum Rome pridie kal. martii²⁾ anno 2.

Suppl. 278 fol. 27 v og (II) 282 fol. 209.

1682.

28. Febr. 1433.

Kanniken i København Jens Pedersen, som i eet Aar har haft St. Mikkels Kirke i Nyköping i Strengnäs Stift, faar Lov til i fem Aar, medens han stunderer i Udlandet, ikke at lade sig præstevie.

Supplicat Johannes Petri canonicus Haffnensis Roskildensis diocesis, in minoribus dumtaxat ordinibus constitutus, quatenus secum, ut ratione parrochialis s. Michaelis in opido Nykoping Strengenensis diocesis, quam per annum et ultra pacifice obtinuit, vel ratione cuiuscunque alterius beneficii curati compatibilis, quod ipsum obtinere contigerit, in Romana curia, in qua aliquamdiu pro certis suis inibi pertractandis negotiis immorari habet, residendo aut litterarum studio ibidem vel alibi insistendo, hinc ad quinquennium se ad aliquem ex sacris ordinibus promoveri facere minime teneatur, dispensare dignemini. Concessum in studio in presentia pape. B. Gradensis. Datum Rome pridie kal. martii anno 2.

Suppl. 276 fol. 196.

1683.

4. (11.) Marts 1433.

Paven befaler Biskopperne i Teramo og Lübeck og Abbeden i Doberan Kloster i Schwerin Stift at overdrage Klerken Oluf Nielsen Birting fra Viborg Stift Kanonikat og Præbende i Lund, ledige ved Kanniken Hans Vilhelmsens Død.

Aprutino et Lubicensi episcopis et abbati monasterii Doberanensis Zwerinensis diocesis. Vite ac morum honestas (*Dipl. dioc. Lund. III, 124—25*), Datum Rome 4. non. martii anno 2.

An. XX. 2. non. aprilis anno 3. de Adria.

Reg. Lat. 318 fol. 78 v. Ogsaa Supplik (Trykt *Dipl. dioc. Lund. III, 123—24*) i Suppl. 276 fol. 217 og (II)³⁾ 285 fol. 105 v.

¹⁾ II: et de anno ultra ²⁾ II: Datum Rome 17. kal. aprilis anno 3.

³⁾ Datum 5. id. martii anno 3.

1684.**4. Marts 1433.**

Mads Laurensen faar Provstiet i Vendsyssel og Sognekirken i Skallerup i Børglum Stift, skønt han forud har Prioratet i Hundslund Kloster (jfr. Nr. 1677).

Vacante prepositura rurali in Wendlia cum annexa ecclesia parrochiali in Skeldorppe Burglanensis diocesis per obitum Nicolai Morsing, Mathias Laurentii eandem cum annexa auctoritate ordinaria, sede episcopali vacante Burglanensi, est assecutus. Dubitat tamen collationem et assecutionem huiusmodi viribus non subsistere. Supplicat igitur, quatenus sibi de dicta prepositura cum annexa [fructus 4 mr.], sive quovis modo sive [per] liberam resignationem cuiusdam Olavi Nicolai clerici Vibergensis diocesis sponte factam vacet, dignemini de novo providere, non obstante prioratu conventus monialium in Huuntzlund, quem actu in commendam ad voluntatem ordinarii retinet gubernandum. Concessum in presentia pape. B. Gradensis. Datum Rome 4. non. martii anno 2.

Suppl. 276 fol. 199.

11. Marts 1433.

Se Bullen af 4. Marts (Nr. 1683).

16. Marts 1433.

Se Supplik af 28. Febr. (Nr. 1681).

1685.**24. Marts 1433.**

Optegnelse om, at Biskop Gerhard (Pedersen Gyldenstjerne) i Børglum betaler en Del af sine Servispenge til Kardinalkollegiet.

[1433] Rome dicta die [c: 24. mensis martii] Gerardus episcopus Burglanensis solvit fl. 15. Fuit promotus Rome 15. kal. aprilis anno 3; fuerunt in eius promotione card. 8.

Oblig. 65 fol. 153 v.

1686.**29. Marts 1433.**

Paven giver Adelsmanden Otto Snafs til Kjærgaard i Ribe Stift og hans Hustru Henrike van Hermskere Lov til at vælge en Skriftefader, som maa give dem Plenaraflad i deres Dødsøjeblik.

De plenaria remissione.

Nobili viro Ottoni Snafts Ripensis diocesis et nobili mulieri Heinrice van Hermskere eius uxori. Provenit etc. Datum Rome 4. kal. aprilis anno 3.

An. XVI. de Adria.

Reg. Lat. 321 fol. 275.

1687.

1. April 1433.

Biskop Gerhard Pedersen (Gyldenstjerne) lover ved sin Kapellan Mads Laurensen at betale Servispenge til det pavelige Kammer og Kardinalkollegiet.

Die 1. mensis aprilis Mathias cappellanus et procurator Gerardi Petri electi Burglanensis, ut constat ex litteris ipsius domini sigillatis, dicto procuratorio nomine obtulit camere apostolice et collegio cardinalium pro communi servitio dicte ecclesie fl. 66 et duo tertia auri de camera, ad quos dicta ecclesia reperitur taxata, quorum medietatem infra octo menses proxime venturos et reliquam medietatem infra alios octo menses ex post immediate sequentes solvere promisit . . Card. VIII. Et A. episcopus Parentinus locumtenens tulit sententias in scriptis. Actum in thesauraria . . .

Oblig. 64 fol. 141 v og 70 fol. 52 v.

1688.

1. April 1433.

Biskop Gerhard Pedersen (Gyldenstjerne) i Børglum betaler en Del af sine Servispenge til Kardinalkollegiet.

Lucidus etc., quod Gerardus episcopus Burglanensis pro parte suorum communis et minuti servitiorum, in quibus etc., ac termino nondum elapso etc. fl. auri de camera 15 nobis etc. per manus honorabilium virorum Cosme et Laurentii de Medicis etc. die date presentium solvi fecit realiter et cum effectu. De quibus etc. In quorum etc. Datum Rome die 1. mensis aprilis anno et pontificatu, quibus supra [c: 1433 pontificatus anno 3].

Oblig. 63 fol. 215.

fl. 1 gr. 2.

1689.

1. April 1433.

Biskop Gerhard Pedersen (Gyldenstjerne) i Børglum betaler en Del af sine Servispenge til det pavelige Kammer.

Universis etc. Franciscus etc. Universitati etc., quod Gerardus episcopus Burglanensis pro parte et in deductionem sui communis servitii, pro quo in camera apostolica . . ratione provisionis sibi de eadem ecclesia auctoritate apostolica facte sub certis penis et sententiis erat efficaciter obligatus, fl. auri de camera 15 ipsi camere, Angelo episcopo Parentino in thesaurarius domini pape officio locumtenente pro ea recipiente, necnon pro integra solutione unius minuti servitii nobis camerario et dicte camere clericis debiti, ipsis clericis nostro et ipsorum nominibus recipientibus, fl. similes 4 sol. 8 den. 4 monete

Romane per manus nobilium virorum Cosme et Laurentii de Medicis mercatorum Florentinorum Romanam curiam sequentium tempore debito realiter et cum effectu solvi fecit. De quibus quidem etc. prefatum Gerardum episcopum etc. perpetuo absolvimus etc. In quorum etc. Datum Rome 1433 indictione 11. die vero 1. aprilis pontificatus anno 3. fl. 1 gr. 2.

Divers. Eugenii IV (= Quietantie) 1431—34 fol. 103 v (Archivio di Stato).

1690.

30. April 1433.

Biskop Jens Pedersen (Jernskæg) i Roskilde betaler en Del af sine Servispenge til det pavelige Kammer.

Universis etc. Franciscus etc. Universitati etc., quod Johannes episcopus Roskildensis pro parte et in deductionem sui communis servitii, pro quo in camera etc. sub certis etc. obligatus, fl. auri de camera 40 ipsi camere, D[aniele] episcopo Concordiensi domini pape thesaurario pro ea recipiente, necnon pro parte et in deductionem trium minorum etc. debitorum, pro quibus in eadem camera similiter erat etc. obligatus, fl. auri de camera 10 [clericis camere] die date presentium per manus nobilium virorum Cosme et Laurentii de Medicis mercatorum Florentinorum etc. solvi fecit etc. De quibus quidem etc. prefatum Johannem episcopum perpetuo absolvimus. Demum [c: Verum] intellecta mole gravaminum pro parte eiusdem episcopi coram nobis exposita, que ipsum ad solvendum id, in quo camere pro suis communi et minutis etc. obligatus, redderant, prout reddunt etc., auctoritate apostolica etc. terminum faciende solutionis huiusmodi hinc usque ad octo menses de data presentium computandos de novo prorogamus et assignamus eidem, ita tamen etc. In quorum etc. Datum Rome 1433 indictione 11 die vero ultima mensis aprilis pontificatus anno 3.

fl. 4 gr. 4.

Divers. Eugenii IV (= Quietantie) 1431—34 fol. 108 (Archivio di Stato).

1691.

April 1433.

Optegnelse om, at Biskop Gerhard Pedersen (Gyldenstjerne) i Børglum betaler en Del af de mindre Afgifter til det pavelige Kammer.

[1433] Introitus unius minuti servitii spectantis ad camerarium et clericos camere apostolice . . in mense aprilis.

In primis recepi die 1. aprilis pro minuto Gerardi episcopi Burglanensis taxam fl. 66 et duos tertios; card. VIII in promotione fl. 4 sol. 8 et den. 4.

Introitus sacre . . . de mense aprilis.

In primis recepi die 1. aprilis pro ecclesia Burglanensi . . . in personam Gerardi fl. 1 et sol. 41 et den. 4, et tantundem receperunt servientes armorum.

Introitus sigilli . . . de mense aprilis.

In primis recepi die 1. aprilis pro quitantia Gerardi episcopi Burglanensis fl. 1.

Introitus subdiaconorum ut supra.

In primis recepi pro sacra Gerardi episcopi Burglanensis taxati ad fl. 66 . . . fl. 1 sol. 5 den. 7.

Tasse segret. 1431—40, upag. (Archivio di Stato).

1692.

1. Maj 1433.

Paven giver Væbneren Peder Oxe til Asserbo og hans Hustru Mette (Godov) Lov til at have Rejsealter og vælge en Skriftefader, som kan give dem Plenar-aflad i deres Dødsøjeblik.

Supplicat Petrus Oxa nobilis armiger dominus loci de Asurbode Roskildensis diocesis, quatinus liceat sibi habere altare portatile [etc.]. Item supplicat idem Petrus Oxa nobilis et Metta eius uxor predictae diocesis, ut confessor, quem duxerit eligendum, omnium peccatorum suorum . . . semel in mortis articulo plenam remissionem auctoritate apostolica [sibi]¹⁾ concedere valeat ut in forma. Concessum pro utroque in presentia pape. B. Gradensis. Datum Rome kal. maji anno 3.

Suppl. 279 fol. 23 v.

1693.

25. Maj 1433.

Biskop Jens Pedersen (Jernskæg) i Roskilde betaler en Del af sine Servispenge til Kardinalkollegiet.

Lucidus etc., quod Johannes episcopus Roskildensis pro parte suorum communis et minuti servitiorum, in quibus etc., ac termino nondum elapso etc. fl. auri de camera 50 nobis etc. per manus honorabilium virorum Cosme et Laurentii de Medicis etc. die date presentium solvi fecit realiter et cum effectu. De quibus etc. Verum intellecta mole gravaminum etc., hinc et usque ad octo menses proxime venturos a data presentium computandos etc. Ita tamen etc. In quorum etc. Datum Rome die 25. mensis maji anno et pontificatu supradictis [c: 1433 pontificatus anno 3].

fl. 2 gr. 2.

Oblig. 63 fol. 219 v.

¹⁾ add. Gz.

[1433] Rome die 25. mensis maji predicti Johannes episcopus Roskildensis solvit fl. 50. Fuit promotus Rome 7. id. jan. anno 1; fuerunt in eius promotione card. 12.

Oblig. 65 fol. 157 v.

1694.

26. Maj 1433.

Optegnelse om, at Biskop Jens Pedersen (Jernskæg) i Roskilde betaler en Del af sine Servispenge til det pavelige Kammer.

[1433] Dicta die [c: 26. mensis maji] prefatus D[aniel] thesaurarius habuit, recipiente dicto F[rancisco], a Johanne episcopo Roskildensi pro parte sui communis servitii usque in diem ultimam aprilis fl. auri de camera 40 per manus Cosme et Laurentii de Medicis.

Introitus et Exitus 390 fol. 39 v og 393 fol. 36 v.

1695.

26. Maj 1433.

Paven stadfæster sine Forgængere Urban VI og Martin V's Bestemmelser om Indførelse af Kristi Legemsfest og den Aflad, som de i den Anledning har udstedt, og opfordrer Gejstligheden til at vise Ærefrygt overfor Festen.

Ad perpetuam rei memoriam. Excellentissimum Corporis et sanguinis . . . Christi (*Harduin, Conciliorum Collectio VIII, 1489—90; Mansi, Sacrorum conciliorum collectio XXIX, 437—38; jfr. Rep. 6706*). Datum Rome 7. kal. junii anno 3.

Indtaget i Baselerkonciliets Stadfæstelse af 3. Juli 1434 (Nr. 1729).

1696.

Maj 1433.

Optegnelse om, at Biskop Jens Pedersen (Jernskæg) i Roskilde betaler Seglafgiften til det pavelige Kammer.

Introitus sigilli de mense maji 1433 . . .

Pro quitantia episcopi Roskildensis . . fl. 4.

Tasse segret. 1431—40, upag. (Archivio di Stato).

1697.

13. Juni 1433.

Paven befaler Abbeden i Allehelgensklostret ved Lund at overdrage Trud Jensen Has (Due) Ærkedegneembedet i Lund og Kanonikat og Præbende i Roskilde, ledige ved Jens Poulsens Død, skønt Trud Jensen i Forvejen har Kanonikat og Præbende i Lund.

Abbati monasterii Omnium sanctorum Lundensis diocesis. Dignum arbitramur (*Dipl. dioc. Lund. III, 127—28*). Datum Rome id. junii anno 3.

An. XXX. 7. id. julii anno 3. de Adria.

Reg. Lat. 321 fol. 161 v.

1698.

15. Juni 1433.

Paven befaler Biskoppen i Teramo, Provsten i Slesvig og Kantoren i Aarhus at overdrage Niels Hoffman Sognekirken i Maarslet i Aarhus Stift, skønt han forud har Sognekirken i Koldt i Aarhus Stift og et Alter i Aarhus Domkirke; Kirken i Koldt skal han saa dog opgive.

Episcopo Aprutino et preposito Slesvicensis ac cantori Arusiensis ecclesiarum. Vite ac morum honestas [etc.]. Cum itaque parrochialis ecclesia ss. Simonis et Jude apostolorum in Morslet Arusiensis diocesis ex eo vacet ad presens, quod Nicolaus Faxe olim ipsius ecclesie rector parrochiale ecclesiam b. Marie in Randrisia dicte diocesis ordinaria auctoritate sibi collatam extitit pacifice assecutus, nos, volentes Nicolao Hoffmann rectori parrochialis ecclesie b. Marie in Colte Arusiensis diocesis gratiam facere specialem, discretioni vestre mandamus, quatenus ecclesiam ss. Simonis et Jude prefatam [fructus 4 mr.] Nicolao Hoffman auctoritate nostra conferre curetis, non obstante quod ipse Nicolaus Hoffman ecclesiam in Colte predictam necnon sine cura altare s. Petri situm in ecclesia Arusiensi [fructus 4 mr.] noscitur obtinere. Volumus autem, quod, quamprimum ss. Simonis et Jude fuerit vigore presentium pacifice assecutus, in Colte ecclesias predictas, quam extunc vacare decernimus, omnino, prout ipse etiam id sponte voluit, dimittere teneatur. Datum Rome 17. kal. julii anno 3.

An. XXI. 9. kal. julii anno 3. de Adria.

Reg. Lat. 320 fol. 162.

1699.

24. Juni 1433.

Biskop Ulrik (Stygge) i Aarhus visiterer Kurien ved sin Prokurator Roskildekanniken Jens Tygesen.

Universis presentes etc. Franciscus etc. Universitati etc., quod, cum Vlricus episcopus Arusiensis teneatur singulis trienniis, Romana curia ultra mare existente, sedem apostolicam sive limina bb. Petri et Pauli apostolorum visitare, per Johannem Turonis (!) procuratorem suum ad hoc specialiter constitutum pro triennio jam currenti incepto die 7. mensis junii anni 1431 et, ut sequitur, finiendo die date presentium tempore debito ipsam sedem et eadem limina cum devotione debita visitavit. Nichil tamen ratione visitationis huiusmodi camere apostolice obtulit vel servivit. In quorum etc. Datum 1433 etc. die 24. mensis junii anno 3. fl. 1.

Arm. 29 vol. 17 fol. 187 v.

1700.

29. Juni 1433.

Kong Erik meddeler Baselerkonciliet, at han har modtaget dets Brev gennem Provsten i Breslau, Nicolaus Cimeister, og Mathias, Minoriterprovincial i Provinsen Sachsen, roser dets Iver for Reformere og Kamp mod Kætterne og erklærer, at Grunden til, at han endnu ikke har sendt Gesandter til Konciliet, er, at han ønsker deres Nærværelse ved Forhandlingerne med Hansestæderne.

Sacrosancte venerandissime Basiliensi generali sinodo
Ut in omnibus, que profectum et votivam expeditionem (*Mansi, Conciliorum Collectio XXX, 623—24; Reg. 3535*). Scriptum Koppenhane anno 1433 ipso die bb. Petri et Pauli apostolorum nostro sub secreto sigillo. Ericus . . Dacie Svecie Norvegie Sclavorum Gothorumque rex et Pomeranie dux.

1701.

9. Juli 1433.

Ærkebiskop Peder (Lykke) i Lund, Jens (Pedersen Jernskæg) i Roskilde, Siggo (Uddonis) i Skara, Thomas (Simonis) i Strengnäs, Nicolaus (Ragvaldi) i Vexiö og Jens (Jakobsen) i Oslo erklærer overfor Paven, at det er gammel Skik i de nordiske Riger, at ingen vælges til Ærkebiskopper og Biskopper uden Kongens Samtykke, endvidere, at Kong Erik er den eneste, der har Arveret til Rigerne, og er valgt enstemmigt til Konge, afviser bestemt Magister Olavus Laurentii's Paastande i modsat Retning og beder Paven om, at denne ikke maa blive Ærkebiskop i Upsala.

Sanctissimo in Christo patri et domino nostro gratiosissimo domino Eugenio Petrus archiepiscopus Lundensis, Johannes Roskildensis de regno Dacie, Siggo Scarensis, Thomas Strengensis et Nicolaus Wexionensis de regno Svecie et Johannes Asloensis de regno Norvegie ecclesiarum episcopi Ad s. v. notitiam deducimus (*Lindblom, Akter rörande ärkebiskopsvalet i Uppsala, 75—77; Reg. *5000*). Scriptum Haffnis Roskildensis diocesis 9. die mensis julii [anno 1433 nostris sub secretis].

Indtaget i Brev af 4. Aug. 1433 (Riksarkivet i Stockholm), hvorved de svenske Biskopper erklærer, at de kun har handlet af Tvang.

1702.

13. Juli 1433.

Baselerkonciliet ophæver eller indskrænker den pavelige Provisions- og Reservationsret og indskærper Prælaternes frie Valg.

Sacrosancta generalis synodus Basiliensis . . . Ad perpetuam rei memoriam. Sicut in construenda domo (*Pontoppidan, Ann. eccl. Dan. II, 557—61; Harduin, Conciliorum Collectio VIII, 1157—59; Mansi, Conciliorum Collectio XXIX, 61—64; Rep. 6631*). Datum in sessione publica eiusdem sancte synodi in ecclesia maiori [Basiliensi] celebrata 3. id. julii anno 1433.

Indtaget i Notarialinstrument af 29. Aug. 1434 (Rep. 6726).

1703.

24. Juli 1433.

Trud Jensen Has (Due) fritages for at betale Annater af Ærkedegneembedet i Lund og Kanonikat og Præbende i Roskilde.

[1433] Die 24. eiusdem [o: mensis julii] pro Trugoto Johannis, alias Haas, super archidiaconatu in ecclesia Lundensi [fructus 2 mr.] necnon super canonicatu et prebenda Roskildensibus [fructus 4 mr.] restituta sine obligatione.

Annate 1431—34 fol. 295 (Archivio di Stato). Trykt Dipl. dioc. Lund. III. 129¹⁾.

1704.

7. Aug. 1433.

Roskildekanniken Jens Tygesen, som studerer i Rom, faar Kantoriet i Roskilde, skønt han forud har Kanonikater og Præbender i Roskilde og Haderslev, et Vikariat i Aarhus og Sognekirken i Skelskør.

Supplicat Johannes Tuchonis canonicus ecclesie Roskildensis, studens universitatis alme Urbis, quatenus sibi de cantoria dicte ecclesie Roskildensis, vacante per liberam resignationem cuiusdam Johannis Brunekini in manibus ordinarii sponte factam [fructus 8 mr.], dignemini providere, non obstantibus canonicatu et prebenda predictis [fructus 4 mr.] ac ecclesia parochiali in Skelskør Roskildensis diocesis, canonicatu et prebenda in ecclesia collegiata in Hatherisloff Slesvicensis diocesis et perpetua vicaria altaris s. Laurentii in ecclesia Arusiensi [omnium fructus 8 mr.] necnon canonicatu et prebenda quindecim prebendarum in dicta ecclesia Roskildensi, cuius possessionem non habet [fructus 6 mr.]. Concessum in presentia pape. B. Gracensis. Datum Rome 7. id. aug. anno 3.

Suppl. 281 fol. 26 v.

1705.

7. Aug. 1433.

Klerken Jens Nielsen fra Odense Stift faar Kanonikat og Præbende i København, som Præstesønnen Knud Nielsen havde haft i 4 Aar sammen med et Alter, han havde indtrængt sig i ved Faderens Død.

Vacantibus canonicatu et prebenda ecclesie collegiate Haffnensis Roskildensis diocesis per resignationem Johannis Rosenboml (!) ex causa inutilis permutationis auctoritate ordinaria factam, quidam Canutus Nicolai de presbitero genitus et soluta, nulla canonica dispensatione super defectu natalium obtenta, eisdem canonicatum et prebendam unacum quodam altari ss. Pauli apostoli et Anthonii per obitum Nicolai Jntekeller presbiteri et

¹⁾ Her dog Item i Stedet for restituta.

eiusdem Kanuti genitoris immediati predecessoris vacante extitit assecutus licet de facto, unde propter premissa merito ad dicta beneficia censetur indignus, licet ultra 4 annos dicta beneficia occupavit. Supplicat igitur Johannes Nicolai clericus Ottoniensis diocesis, quatenus sibi de dictis canonicatu et prebenda Haffnensibus necnon altari [fructus 4 mr.] dignemini providere. Concessum in presentia pape. B. Gradensis. Datum Rome 7. id. aug. anno 3.

Suppl. 281 fol. 27.

1706.

26. Aug. 1433.

Klerken Ludolf Rotermund fra Slesvig Stift, som er Notar ved Kurién, faar skönt Præstesøn Dispensation til at modtage og beholde hvilkesomhelst forenelige Embeder.

Supplicat Ludolphus Rotermunt clericus Slesvicensis diocesis, in palatio apostolico causarum notarius, qui per multos annos Romanam curiam secutus est et sequitur de presenti, cum quo dudum, postquam, tacito defectu natalium, quem patitur de presbitero genitus et soluta, se alias rite clericali caractere insigniri fecerat, ut huiusmodi caractere uti et ad omnes etiam sacros ordines promoveri ac beneficium, etiam si curam haberet animarum, obtinere valeret, fuit auctoritate apostolica dispensatum, quique . . . perpetuam vicariam ad altare s. Anne situm in ecclesia b. Marie Hamburgensi Bremensis diocesis assecutus extitit, et [cum quo]¹⁾ deinde, ut canonicatum et mediam prebendam ecclesie s. Nicolai Nouifori Magdeburgensis [diocesis]¹⁾ recipere et retinere, quodque etiam perpetuam vicariam ad altare s. Catherine situm in parrochiali ecclesia b. Marie Lubicensi retinere valeret, fuit eadem auctoritate dispensatum, quatenus sibi (!), ut quecunque beneficia invicem compatiblea recipere et retinere illaque dimittere et loco dimissorum alia recipere et retinere valeat, dispensare [dignemini]. Concessum in presentia pape. B. Gradensis. Datum Rome apud s. Laurentium in Damaso 7. kal. sept. anno 3.

Suppl. 281 fol. 92 v.

1707.

1. Sept. 1433.

Baselerkonciliet indsætter Abbeden i Ryd Kloster og Provsterne i Lübeck og Schwerin til Værneherrer for Kapitlet i Slesvig.

Sacrosancta generalis synodus Basiliensis . . . abbati Rurisregii Cisterciensis ordinis Slesvicensis diocesis ac Lubecensis et

¹⁾ add. Gz.

Sverinensis ecclesiarum præpositis. Ad compescendos conatus nepharios [etc.]¹⁾ Cum autem, sicuti lamentabili querela episcopi Slesvicensis ac præpositi, archidiaconi, cantoris et capituli maioris et aliorum prælatorum canonicorum personarum et capitulorum aliarum ecclesiarum et totius cleri civitatis et diocesis Slesvicensis etiam quarumcunque personarum ecclesiasticarum civitatum et diocesum prædictarum nuper accepimus, quod nonnulli principes duces barones milites et alii sæculares potestates, earundem²⁾ constitutionum et sanxionum canonicarum [et]³⁾ legalium forsani ignari, contra ipsas ab episcopo præposito archidiacono cantore capitulo maiori et aliis prælatis canonicis personis et capitulis aliarum ecclesiarum necnon toto clero etiam quibuscunque personis ecclesiasticis civitatum et diocesium prædictarum communiter vel divisim forsani tallias et gabellas ac alias exactiones illicitas hactenus extorserunt et adhuc extorquere nituntur, ac etiam bona episcopi præpositi archidiaconi cantoris et capituli maioris et aliorum prælatorum canonicorum personarum et capitulorum aliarum ecclesiarum ac totius cleri etiam quarumcunque personarum ecclesiasticarum civitatum et diocesum prædictarum communiter vel divisim invaserunt arrestaverunt occupaverunt detinuerunt et suis usibus applicaverunt necnon occupare invadere arrestare detinere ac eadem⁴⁾ suis usibus applicare similiter de facto præsumunt in animarum suarum periculum necnon episcopi præpositi archidiaconi cantoris capituli et canonicorum maiorum et aliorum prælatorum canonicorum personarum et capitulorum aliarum ecclesiarum ac totius cleri etiam quarumcunque personarum ecclesiasticarum civitatum et diocesum prædictarum huiusmodi non modicum præjudicium atque dampnum, nos, in præmissis episcopo præposito archidiacono cantori capitulo et canonicis maioribus et aliis prælatis canonicis personis et capitulis aliarum ecclesiarum ac toti clero etiam cæteris quibuscunque personis ecclesiasticis civitatum et diocesum prædictarum . . . providere volentes, discretionis [G: -ni] vestræ tenore præsentium in virtute sanctæ obedientiæ præcipientes mandamus, quatenus . . . per vos vel alios episcopo præposito archidiacono cantori capitulo et canonicis maioribus ac aliis prælatis canonicis personis et capitulis aliarum ecclesiarum ac toti

¹⁾ Ikke gengivet her er hele den følgende Del af Brevet, som ikke vedrører Slesvig. ²⁾ de i det her udeladte omtalte. ³⁾ add. Gz. ⁴⁾ Gz. — Cod. eadsem.

clero etiam quibuscunque personis ecclesiasticis civitatum et diocesium prædictarum contra quoscunque transgressores et violatores constitutionum et sanxionum earundem, cuiuscunque status fuerint, efficaci defensionis auxilio assistentes non permittatis eos contra canones et legales sanxiones et constitutiones huiusmodi indebite molestari, necnon easdem constitutiones et sanxiones, ubi et quando expedire videretur, sollemniter publicando faciatis transgressores et violatores huiusmodi, si et prout justum fuerit, ac ubi et quoties expedierit, tamdiu excommunicatos [ac]¹⁾ anathematisatos publice nuntiari, donec ab earundem tallionum impositionum collectarumque et quarumlibet [exactionum]¹⁾ extorsione necnon honorum episcopi præpositi archidiaconi cantoris capituli et canonicorum maiorum et aliorum prælatorum canonicorum personarum et capitulorum ecclesiarum aliarum ac totius cleri et cæterarum quarumcunque [personarum]¹⁾ ecclesiasticarum civitatum ac diocesum prædictarum invasione arrestatione occupatione detentione et applicatione omnino desistant necnon etiam efficaciter restituant eisdem episcopo [etc.] occasione præmissorum per eos communiter vel divisim læsis seu gravatis tallias seu gabellas et exactiones ipsas libere ac etiam bona episcopi [etc.] arrestata occupata detenta et applicata communiter vel divisim ipsis, aut quæ per se vel alios illo prætextu quomodolibet receperint, immo verius temere et illicite usurpaverint, a se libere omnino relaxent ac in manibus vestris juraverint, quod de cætero talia non committant et ea committentibus non præsentent auxilium consilium vel favorem, contradictores [etc. som Nr. 1211]. Cæterum si forsitan huiusmodi transgressorum aut violatorum vel ea fieri mandantium [etc. som Nr. 1211 til personaliter extitissent] non obstantibus [etc. som Nr. 1211]. Cæterum volumus et decernimus, quod quilibet vestrum prosequi²⁾ valeat articulum etiam per alium inchoatum, quamvis idem inchoans nullo fuit impedimento præpeditus, quodque a data præsentium sit vobis in præmissis omnibus cæptis et non cæptis præsentibus et futuris perpetuata potestas aut interdictio attributa, ut eo vigore atque firmitate possitis in præmissis cæptis et non cæptis præsentibus et futuris etiam perpetuis temporibus pro prædictis procedere, ac si præmissa omnia coram vobis cæpta fuissent et iurisdictio vestra in prædictis omnibus per citationem vel modum alium

¹⁾ add. Gz. ²⁾ Gz. — Cod. priusquam

perpetuata legitime extitisset . . . Datum Basileæ kal. sept. sub anno 1433.

Indtaget i Brev fra Biskop Petrus i Schwerin af 13. Okt. 1509; Rep. 6640 s.

1708.

3. Sept. 1433.

Upsala Domkapitel fremstiller for Kardinalkollegiet Sammenhængen med Ærkebispervalget i Upsala og beder om dets Hjælp imod Kong Erik og Biskop Arnold i Bergen, som denne prøver paa at indtrænge i Ærkestiftet.

Reverendissimis in Christo patribus s. Romane ecclesie cardinalibus . . . Petrus archidiaconus Nicolaus decanus Olauus scolasticus et capitulum ecclesie Vpsalensis Cum debeat semperque consuevit (!) vestrum venerandum collegium (*Lindblom, Akter rörande ärkebiskopsvalet i Uppsala, 88—91*). Scriptum Vpsalie anno 1433 die 3. sept. sub sigillo capituli Vpsalensis.

Orig. paa Perg. med paatrykt Segl i Riksarkivet i Stockholm.

1709.

9. Sept. 1433.

Den af Baselerkonciliet beskikkede General-Skatmester, Biskop Matheus af Albenga, overdrager Ludolphus Robring, Kannik i Lübeck og Schwerin, Indsamlingen af Pavestolens Tilgodehavende i de tre nordiske Riger, der følgelig tilkommer Konciliet.

Matheus episcopus Albinganensis sacrosancte generalis synodi Basiliensis et ipsius camere thesaurarius generalis Ludolpho [Robring] Lubicensis et Zwerinensis ecclesiarum canonico et thesaurario. Cum ad extirpationem heresum (*Dipl. Norv. VII, 383—86; Reg. #5008*). Datum Basilie anno 1433 in dictione 11. die vero mercurii 9. mensis sept.

Indtaget i Notarialinstrument af 18. Juli 1436 (Dipl. Arn. Magn. fasc. 41 Nr. 17).

1710.

11. Sept. 1433.

Baselerkonciliet erklærer, at alt, hvad Paven har foretaget imod det eller dem, det har udnævnt, er ugyldigt, og truer de Gejstlige, der ikke vil adlyde det, med Embeds Fortabelse.

Sacrosancta generalis synodus Basiliensis . . . Ad perpetuam rei memoriam. Ut sacri concilii et suppositorum eiusdem (*Harduin, Conciliorum collectio VIII, 1165—66; Rep. 6644*). Datum in sessione publica eiusdem sancte synodi in ecclesia maiori Basiliensi solemniter celebrata 3. id. sept. anno 1433.

1711.

24. Sept. 1433.

Paven meddeler Kong Erik, at han har udnævnt Olavus Laurentii til Ærkebiskop udelukkende paa Grund af hans Fortjenester og Kapitlets enstemmige Valg og beder nu Kongen anerkende ham.

Erico regi Dacie. Dudum, cum relatum fuisset (*Lindblom, Akter rörande ärkebiskopsvalet i Uppsala, 94—95*). Datum Rome apud s. Laurentium in Damaso 8. kal. oct. anno 3.

Reg. Vat. 372 fol. 224. Indtaget i Pavebrev af 12. Okt. 1433 (trykt ibd. 97 ff).

1712.

18. Okt. 1433.

Paven beder Kong Erik, hvis venlige Sindelag overfor Pavestolen Kejser Sigismund har omtalt, om Hjælp, hvis nogen vil vække Splid paa Baseler-konciliet, og forsikrer om, at han har sammenkaldt Konciliet med de bedste Hensigter. Ærkebiskop Olavus i Upsala skal bringe nærmere Underretning.

Erico regi Dacie. Sigismundus Romanorum imperator (*Haller, Concilium Basiliense I, 320—21; Reg. 3539; Lindblom, Akter rörande ärkebiskopsvalet i Uppsala, 101—02*). Datum Rome 15. kal. nov. anno 3.

Reg. Vat. 359 fol. 72 v.

1713.

21. Okt. [1433].

Upsala Domkapitel klager til Paven over Kong Eriks Indgreb i Kapitlets Valgret og over Biskop Arnolds Indtrængen i Ærkebispeembedet.

De justitia s. v. (*Lindblom, Akter rörande ärkebiskopsvalet i Uppsala, 102—04*). Scriptum Vpsalie 21. die oct. sub sigillo capituli.

Afskrift i et Vadstenahaandskrift paa Papir (C. 578 fol. 264 v).

1714.

20. Nov. 1433.

Biskop Jens Pedersen (Jernskæg) i Roskilde betaler en Del af sine Servispenge til Kardinalkollegiet.

Lucidus etc., quod Johannes episcopus Roskildensis pro parte suorum communis et minuti servitiorum, in quibus etc., ac termino nondum elapso fl. auri de camera 171 nobis etc. per manus honorabilium virorum Cosme et Laurentii de Medicis et sociorum suorum mercatorum Florentinorum die date presentium solvi fecit realiter et cum effectu. De quibus etc. Verum intellecta mole gravaminum etc. a die 25. mensis jan. proxime venturi usque ad octo menses extunc immediate secuturos terminum sibi duximus prorogandum etc. Ita tamen etc. In quorum etc. Datum Rome die 20. mensis nov. 1433 pontificatus anno 3. fl. 3 gr. 3.

Oblig. 74 fol. 5 v.

1715.

4. Dec. 1433.

Biskop Jens Pedersen (Jernskæg) i Roskilde betaler en Del af sine Servispenge til det pavelige Kammer.

Universis etc. Franciscus etc., quod Johannes episcopus Roskildensis pro parte et in deductionem sui communis ser-

vitii, pro quo in dicta camera etc., fl. auri de camera 160 ipsi camere, A. episcopo Parentino etc. pro ipsa camera recipiente, necnon pro parte et in deductionem trium minorum servitorum familiaribus et officialibus domini nostri pape debitorum fl. auri similes 15 clericis dicte camere ipsius et familiarium et officialium nominibus recipientibus die date presentium tempore debito realiter et cum effectu solvi fecit. De quibus quidem etc. In quorum etc. Datum etc. [Ϸ: Rome] 1433 indictione 11 die 4. dec. pontificatus anno 3.

Divers. Eugenii IV (= Quietantie) 1431—34 fol. 137 v (Archivio di Stato).

1716.

9. Dec. 1433.

Optegnelse om, at Biskop Jens Pedersen (Jernskæg) i Roskilde betaler en Del af sine Servispenge til Kardinalkollegiet.

[1433] Rome die predicta [Ϸ: 9. mensis dec.] Johannes episcopus Roskildensis solvit fl. 171. Fuit promotus Rome 7. id. jan. anno 1; fuerunt in eius promotione card. 12.

Oblig. 65 fol. 171.

1717.

15. Dec. 1433.

Paven tilbagekalder de tidligere Dekreter, han har udstedt om Opløsning af Baselerkonciliet, og anerkender dette.

Ad perpetuam rei memoriam. Dudum sacrum generale Basiliense concilium (*Harduin, Conciliorum Collectio VIII, 1172—82; Mansi, Conciliorum Collectio XXIX, 78—89; jfr. Rep. 6675*). Datum Rome 18. kal. jan. anno 3.

Indtaget i Konciliets Brev af 5. Febr. 1434 (Nr. 1720).

1718.

16. Dec. 1433.

Biskop Jens Pedersen (Jernskæg) faar Udsættelse med Betalingen af Resten af sine Servispenge.

Universis etc. Franciscus etc., quod intellecta mole gravaminum pro parte Johannis episcopi Roskildensis coram nobis exposita, que ipsum ad solvendum residuum communis et minorum servitorum, pro quibus etc., reddebant, prout reddunt, verisimiliter impotentem, idcirco auctoritate etc. terminum solutionis huiusmodi fiende usque ad octo menses proxime futuros ab ultima die termini jam cur[r]entis computandos de novo prorogamus atque assignamus. Ita tamen etc. In quorum etc. Datum etc. [Ϸ: Rome] 1433 indictione 11. die vero 16. mensis dec. anno 3.

Divers. Eugenii IV (= Quietantie) 1431—34 fol. 137 (Archivio di Stato).

1719.

Dec. 1433.

Optegnelse om, at Biskop Jens Pedersen (Jernskæg) i Roskilde betaler Seglafgiften.

[1433] Introitus sigilli . . de mense dec.

Pro quitantia episcopi Roskildensis . . fl. 2.

Pro dilatione — — . . fl. 1.

Tasse segret. 1431—40, upag. (Archivio di Stato).

1720.

5. Febr. 1434.

Baselerkonciliet bekendtgør Pavens Bulle af 15. Dec. 1433 (Nr. 1717).

Sacrosancta generalis synodus Basiliensis . . . Ad perpetuam rei memoriam . . Litteris sanctissimi domini Eugenii pape quarti (*Harduin, Conciliorum Collectio VIII, 1172, 1182; Mansi, Conciliorum Collectio XXIX, 78—89; Rep. 6675*). Datum in sessione publica in ecclesia maiori Basiliensi solemniter celebrata non. febr. anno 1434.

1721.

10. Febr. 1434.

Paven befaler Ærkebiskoppen i Lund, Biskoppen i Slesvig og Ærkedegnen i Rostock at formane Biskoppen i Børglum til ikke at tynde Klostret i Vestervig med Gæsteri mere end kanonisk bestemt.

Archiepiscopo Lundensi et episcopo Slesvicensi ac archidiacono Rostockcensi in ecclesia Zwerinensi. Ex apostolice servitutis officio [etc.; jfr. Nr. 646]. Sane pro parte Nicolai Thuonis prepositi ac conventus monasterii Westerwicensis ordinis s. Augustini Burglanensis diocesis nobis nuper exhibita petitio continebat, quod Bernardus (!) episcopus Burglanensis prefatum monasterium, in quo juxta commendabilem regni Dacie, in quo prefatum consistit monasterium, consuetudinem quoad omnes ad ipsum monasterium confluentes liberalis servatur hospitalitas, quodque guerrarum turbinibus aliisque sinistris partium illarum causantibus eventibus in suis redditibus diminutum est, annis singulis cum magna et excessiva pedestrium et equestrium multitudine, videlicet equis trecentis et nonnunquam pluribus, visitare ac procurationes pro omnibus secum advenientibus recipere et inibi per longiora tempora moram trahere ipsius monasterii bona improvide dilapidando contendit in gravissimum ipsius monasterii ac pauperum ad illud declinantium prejudicium. Quare pro parte prepositi et conventus predictorum asserentium, quod ipsi prefatum episcopum ad visitationem et procurationem, prout ex juris communis dispositione tenentur, reci-

pere sunt parati, nobis fuit supplicatum, ut eorum statui ac dicti monasterii indemnitati oportune providere dignaremur. Nos igitur, qui de premissis certam notitiam non habemus, discretioni vestre mandamus, quatenus, vocatis dicto episcopo necnon aliis, qui fuerint evocandi, super premissis auctoritate nostra vos diligenter informetis et, si per informationem huiusmodi ita esse reppereritis, prefatum episcopum ad visitandum dumtaxat semel in anno dictum monasterium cum equis et personis, prout canonica desuper disponunt instituta, per censuram ecclesiasticam et alia oportuna juris remedia compellatis etiam cum auxilii brachii secularis invocatione, prout de jure fuerit faciendum . . . Datum Rome 4. id. febr. anno 3.

An. XXX. de Adria.

Reg. Lat. 322 fol. 280.

1722.

18. Febr. 1434.

Klerken Anders Pedersen fra Viborg Stift faar Sognekirken i Nøvling i Viborg Stift.

Supplicat Andreas Petri clericus Vibergensis diocesis, quatenus sibi de ecclesia b. Marie virginis in Nueling eiusdem Vibergensis diocesis, vacante per obitum Hinrici Kruse in Romana curia defuncti [fructus 2 mr.], dignemini providere, attento quod dictus supplicans in eadem parrochia dinoscitur oriundus. Concessum in presentia pape. B. Gradensis. Datum Rome apud s. Grisogonum 12. kal. martii anno 3.

Suppl. 287 fol. 116.

1723.

19. Febr. 1434.

Baselerkonciliet paalægger de tre nordiske Rigers Gejstlighed en 5 Procents Afgift, som skal bruges til Kampen mod Hussiterne, indsætter Slesvigkanniken Erik Bondesen til Kollektor med Ret til at udnævne Subkollektorer, befaler ham at opkræve, hvad der er indkommet som Følge af den Indsamling, som Kardinal Henricus af Winchester i sin Tid anordnede, forbyder den højere Gejstlighed i den Anledning at trykke den lavere med Afgifter og befaler Erik at indsende omhyggeligt Regnskab.

Sacrosancta generalis synodus Basiliensis . . . Erico Bundonis canonico ecclesie Slesvicensis. Etsi ad extirpationem heresum (*Dipl. Norv. VI, 476—80; Reg. *5024*). Datum Basilie 11. kal. martii anno 1434.

Afskrift i Vadstena Klosters Brevbog A 26 fol. 271—72.

1724.

23. Marts 1434.

Biskop Arnold i Bergen faar Dispensation til i de første fem Aar at beholde Dekanatet i Linköping og Kanonikat og Præbende i Roskilde, som han allerede har haft i tre Aar.

Acta pontificum Danica III.

Dudum s. v. Arnaldo episcopo, tunc electo, Borgensi (!) (*Dipl. Norv. XVII, 406—07*). Datum Rome apud s. Chrisogonum 10. kal. aprilis anno 4.

Suppl. 288 fol. 89.

1725.

8. Maj 1434.

Kong Erik klager til Baselerkonciliet over Ærkebiskop Olavus i Upsala og Biskop Claus Wulf i Slesvig, hvis Anerkendelse skader hans Patronatsret over sine Landes Bispestole, og beder det understøtte hans Sag hos Paven.

Sacrosancte venerandissime Basiliensi generali synodo Dignemini, quesumus, nostris sermonibus (*Lindblom, Akter rörande ärkebiskopsvalet i Uppsala, 118—20*). Scriptum apud villam nostram Haffnensem anno 1434 mensis maji die 8. nostro sub secreto.

Indtaget i Brev af 4. Marts 1435 (Riksarkivet i Stockholm).

1726.

3. Juli 1434.

Ærkebiskopperne i Lund og Trondhjem, Biskopperne i Odense, Roskilde, Oslo, Skara, Stavanger, Strengnäs, Viborg, Hamar, Børglum og paa Færøerne bønfaller de i Basel forsamlede Kirkens Fædre om et gunstigt Udfald af Birgittinerordenens Sag, da Nordens Folk har Tillid til Ordenen, og de fremkomne Beskyldninger, i al Fald for disse Landes Vedkommende, er falske.

Honorificentissimis et reverendissimis in Christo patribus ac dominis prestantissimis pro concilio generali celebrando in Spiritu sancto Basilee legitime congregatis, Petrus Lundensis, Aslaeus Nidherosiensis archiepiscopi, Naffno Ottoniensis, Johannes Roskildensis, Johannes Asloensis, Siggo Scarensis, Audoenus Staffuangrensis, Thomas Strengenensis, Hermannus Vibergensis, Petrus Hamarensis, Gerardus Burglanensis et Seuerinus Farensis ecclesiarum episcopi cum omni humilitate et reverentia Gratias agimus patri misericordiarum (*Harduin, Conciliorum collectio VIII, 1627—29; Dipl. Norv. VI, 480—82; Reg. 3554**). Datum in oppido Wordhingborg Roskildensis diocesis anno 1434 die 3. mensis julii nostris sub secretis.

I Dipl. Norv. efter Afskrift i Vadstena Klosters Brevbog A 26 fol. 273 v—274 med den sikkert urigtige Dato 2. Juli.

1727.

3. Juli 1434.

Kong Erik beder Baselerkonciliet om at vise en velvillig Holdning overfor Birgittinerordenen, hvis heldige Virksomhed i de tre nordiske Lande er højt skattet, og hvis Medlemmer nøje har levet efter de af Paven stadfæstede Regler.

Reverendissimis in Christo patribus ac dominis prestantissimis precipuo honore venerandis, pro concilio generali celebrando

in Spiritu sancto Basilee legitime congregatis, Ericus Svecie Norvegie Sclauorum Gothorumque rex et dux Pomeranie . . . Regalis preeminentie requirit dignitas (*Harduin, Conciliorum collectio VIII, 1626—27; Dipl. Norv. VI, 483—84; Reg. 3553**). Datum in castro nostro Wordingborgh anno 1434 3. die mensis julii nostro sub secreto.

Afskrift i Vadstena Klosters Brevbog A 26 fol. 274.

1728.

3. Juli 1434.

Ærkebiskopperne i Lund og Trondhjem og Biskopperne i Odense, Oslo, Skara, Stavanger, Strengnäs, Viborg, Roskilde, Hamar, Børglum og paa Færøerne forklarer for Baselerkonciliet Birgittinernes Klosterbygningers gode Indretning, hvorved ulovlig Omgang mellem Brødre og Søstre hindres.

Reverendissimis in Christo patribus [etc. som Nr. 1727] Petrus Lundensis et Aslacus Niderosiensis ecclesiarum archiepiscopi, Naffno Ottoniensis, Johannes Asloensis, Siggo Scarensis, Audoenus Staffrangensis, Thomas Strengnensis, Hermannus Vibergensis, Johannes Roskildensis, Petrus Hamarensis, Gerardus Burglanensis et Seuerimus [o: -nus] Ferensis (!) ecclesiarum episcopi Dignum arbitramur (*Dipl. Norv. VI, 484—85; Reg. *5043*). Datum ut supra.

Afskrift i Vadstena Klosters Brevbog A 26 fol. 274 v.

1729.

3. Juli 1434.

Baselerkonciliet vidimerer og stadfæster efter Opfordring af Ærkebiskop Peder (Lykke) og Kapitlet i Lund Pave Eugen IV's Bulle af 26. Maj 1433 (Nr. 1695) om Dyrkelsen af Kristi Legeme.

Sacrosancta generalis synodus Basiliensis Ad perpetuam rei memoriam . . . Plasmatori omnium (*Dipl. dioc. Lund. III, 147—48 efter Harduin VIII, 1489; Rep. 6706*). Datum Basilie 5. non. julii anno 1434.

1730.

15. Juli [1434].

Baselerkonciliet takker Kong Erik for hans Brev, som det har modtaget gennem hans Udsendinge. Biskopperne Ulrik (Stygge) i Aarhus og Nicolaus (Ragvaldi) i Vexiö, lover at gøre ham til Behag saavidt muligt, men beder ham om at lade Kirken beholde sine Rettigheder.

Sacrosancta synodus Basiliensis etc. Erico Dacie et Svecie regi . . . Serenitatis tue litteras (*Lindblom, Akter rörande ärkebiskopsvalet i Uppsala, 130*). Datum Basilie 15. die julii etc.

Afskrift i Vadstenahaandskrift C 578 fol. 265.

1731.

19. Juli 1434.

Paven giver Biskop Jens Pedersen (Jernskæg) i Roskilde Lov til at vælge en Skriftefader, som kan give ham Plenaraflad i hans Dødsøjeblik.

De plenaria remissione.

Johanni episcopo Roskildensi. Provenit etc. Datum Florentie 14. kal. aug. anno 4.

An. XIII. de Adria.

Reg. Lat. 326 fol. 299 v.

1732.

[Juli 1434.]

Kong Erik anbefaler til Paven sin Kapellan Oluf Nielsen, Kannik i Hamar og Sognepræst paa Gran, til Biskop i Bergen efter Biskop Arnold Clemenssens Død.

Cum debita filialis obedientie reverentia humillimam cervicis mee inclinationem ad devota pedum oscula beatorum. Viduata jam pridem ecclesia Bergensi (*Dipl. Norv. I, 541—42*). [Datum anno 1434.]

Afskrift i Barth. E, 624—25 efter en tabt bergensisk Codex.

1733.

[Juli 1434.]

Kong Erik beder Paven om, at den udvalgte Biskop Oluf (Nielsen) i Bergen maa beholde sine nuværende Beneficier i tre Aar, da Bergen Stift er meget fattigt.

Quemadmodum in alia littera mea (*Dipl. Norv. VII, 386—87; Reg. *5059*). Uden Dato.

Afskrift i Barth. E, 625—26 efter en tabt bergensisk Codex.

26. Aug. 1434.

En Supplik af denne Dato svarer til Bullen af 29. Okt. 1434 (Nr. 1737).

1734.

10. Sept. 1434.

Kanniken Johannes Scheppler i Ratibor i Breslau Stift faar Kanonikat og Præbende i Haderslev.

Supplicat Johannes Scheppler canonicus Rathiboriensis Wratislaviensis diocesis, quatenus sibi de canonicatu et prebenda ecclesie collegiate in Hadersleue Slesvicensis diocesis, per obitum cuiusdam Johannis Thuconis Slesvicensis diocesis vacantibus, qui in mari s. v. sequens suum diem clausit extremum, [fructus 4 mr.], dignemini providere . . . Concessum in presentia pape. C. Cerviensis. Datum Florentie 4. id. sept. anno 4.

Suppl. 291 fol. 160.

1735.

22. Sept. 1434.

Klerken Conradus Conradi fra Bremen Stift faar Kanonikat og Præbende i Haderslev, skønt han forud har forskellige (tyske) Embeder (jfr. dog Nr. 1734).

Supplicat Cunrardus Cunradi clericus Bremensis diocesis, quatenus sibi de canonicatu et prebenda ecclesie collegiate in Hadersleue Slesvicensis diocesis [fructus 4 mr.], vacantibus per obitum Johannis Thuconis presbiteri dicte diocesis, [qui] s. v. et Romanam curiam de urbe Romana sequens in mari diem vite sue clausit extremum, dignemini providere, non obstantibus quod parrochiam ecclesiam s. Dionisii in Libraden obtinet, et quandam premissariam in ecclesia parrochiali Oldenbroch ac quasdam perpetuas vicarias ad altare s. Catherine in Rondesborch necnon ad altare s. Crucis in Vlenhude necnon s. Gherdrude in cappella eiusdem extra muros opidi Kiil Bremensis et Lubicensis diocesum [omnium fructus 14 mr.] obtinet <vicarias>. Concessum in presentia pape. C. Cerviensis. Datum Florentie 10. kal. oct. anno 4.

Suppl. 292 fol. 100 v.

1736.

13. Okt. 1434.

Klerken Jens Nielsen fra Slesvig Stift faar Sognekirken i Skelskør og et evigt Vikariat i Aarhus.

Supplicat Johannes Nicolai clericus Slesvicensis diocesis, quatenus sibi de parrochiali ecclesia in Skels[k]or Roskildensis diocesis ac perpetua vicaria in ecclesia Arusiensi, vacantibus per obitum Johannis Thuconis [fructus 6 mr.], dignemini providere. Concessum in presentia pape. C. Cerviensis. Datum Florentie 3. id. oct. anno 4.

Suppl. 292 fol. 189.

1737.

29. Okt. 1434.

Paven befaler Biskopperne i Adria og Megara og Provsten i Slesvig at bekræfte Slesvigkanniken Godske Rixstorp som evig Vikar i Itzehoe, skønt han har opnaaet Embedet ved Simoni.

Adriensi et Megarensi episcopis ac preposito ecclesie Slesvicensis. Nobilitas generis, vite ac morum honestas [etc.]. Hodie siquidem nobis pro parte Godscalci Rixstorp canonici ecclesie Slesvicensis exhibita petitio continebat, quod olim, postquam Martinus papa V omnes excommunicationis suspensionis privationis et interdicti aliasque sententias penas et censuras, quas ipso facto omnem manifestum vel occultum simoniacum incur-

rere voluit, innodarat et confirmarat necnon dictarum sententiarum censurarum et penarum absolutionem et relaxationem sibi suisque successoribus preterquam in mortis articulo reseruat, perpetua vicaria ad altare b. Marie virginis situm in ecclesia monasterii in Idzeho Bremensis diocesis, quod Henricus de Odingen obtinebat, per obitum eiusdem Henrici vacante, nonnulli ipsius Gocscalci consanguinei, dicto Gocscalco suum ad hoc consensum prestante et id ratificante, cuidam laico patrono¹⁾ dicte vicarie et existenti in pacifica possessione vel quasi juris presentandi personam idoneam ad illam, quandam pecunie summam, quam ei promiserant ad hoc, ut eundem Gocscalcum ad dictam vicariam presentaret, efficaciter persolverunt, propter que dictus Gocscalculus sententias censuras et penas predictas damnabiliter incurrit, ipseque patronus prefatum Gocscalcum ad dictam vicariam quondam Wernero preposito ecclesie b. Marie Hamburgensis dicte diocesis alias infra tempus legitimum presentavit, licet de facto, ac prefatus prepositus, cum ad prepositum dicte ecclesie b. Marie pro tempore existentem ipsius persone institutio de antiqua et approbata hactenusque pacifice observata consuetudine pertineat, dictum Gocscalcum in perpetuum vicarium ad altare prefatum instituit, etiam de facto, ipseque Gocscalculus presentationis et institutionis earundem preter dictam vicariam assecutus illam aliquamdiu detinuit, prout detinet, fructus percipiendo ex eadem, similiter de facto. Quare pro parte dicti Gocscalci nobis fuit supplicatum, ut ipsum a sententiis censuris et penis predictis absolvi mandare et alias sibi eiusque statui in premissis oportune providere dignaremur. Nos [porro]²⁾ per alias nostras litteras vobis dedimus in mandatis, quantum eundem Gocscalcum, si hoc peteret, a sententiis censuris et penis predictis, quas premissorum occasione quomodolibet incurrit, auctoritate nostra hac vice dumtaxat absolveretis in forma ecclesie consueta, injunctis inde sibi pro modo culpe penitentia salutari necnon aliis, que de jure forent injungenda, omnemque inhabilitatis et infamie maculam sive notam per ipsum Gocscalcum dicta occasione contractam aboleretis, ac volumus, quod, antequam ad executionem dictarum aliarum litterarum procederetis, prefatus Gocscalculus vicariam predictam omnino dimitteret. Cum itaque vicaria huiusmodi propterea adhuc vacare noscatur, nos, volentes prefato Gocscalco³⁾, qui de militari genere ex

¹⁾ Gz. — Cod. patrono laico ²⁾ add. Gz. ³⁾ Gz. — Cod. prefatum Gocscalcum

utroque parente procreatus existit, gratiam facere specialem, discretioni vestre mandamus, quatenus, si et postquam absolute et abolitionem predictas per vos fieri contigerit, vicariam predictam, que sine cura est [fructus 4 mr.], . . . dummodo tempore date presentium non sit in ea alicui specialiter jus quesitum, eidem Gocscalco, postquam illam dimisserit(!), ut prefertur, auctoritate nostra conferre curetis . . . , non obstantibus quod dictus Gocscalco canonicatum et prebendam in dicta Slesvicensi ac unam in Borsulete et aliam in Bernehonedede dicte Bremensis et Lubicensis diocesum parochialibus ecclesiis perpetuas vicarias sine cura, que etiam de jure patronatus laicorum sunt [omnium fructus 15 mr.], noscitur obtinere, nosque dudum sibi de uno Lubicensis et alio Zwerinensis ecclesiarum, in quibus maiores medie et minores prebende fore noscuntur, [canonicatibus] cum reservatione totidem inibi maiorum prebendarum ac dignitatis personatus administrationis vel officii alterius earundem, etiam si ad dignitatem personatum administrationem vel officium huiusmodi consuevisset quis per electionem assummi(!), eique cura immineret animarum, vacantium tunc vel vacaturarum seu vacaturorum, per alias nostras litteras gratiose duximus providendum. Datum Florentie 4. kal. nov. anno 4.

B. XXV. id. oct. anno 5. Valuensis.

Reg. Lat. 327 fol. 16 v; Supplik (Concessum in presentia pape) i Suppl. 291 fol. 99¹).

1738.

14. Nov. 1434.

Baselkonciliet indsætter Provsterne i Bordesholm og Slesvig og Dekanen i Hamburg til Værneherrer for Ærkedegnen, Kapitlet og den menige Gejstlighed i Ribe Stift, der plages med ulovlige Skatter af forskellige verdslige Herrer.

Generalis synodus Basiliensis monasterii in Bordesholm et Slesvicensis prepositis ac decano b. Marie Hamburgensis Bremensis diocesis ecclesiarum. Ad compescendos [etc.]. Cum, sicuti querela archidiaconi et capituli ecclesie neenon cleri civitatis et diocesis Ripensium (*Rep. 6739*). Datum Basilee anno 1434 18. kal. dec.

1739.

1. Dec. 1434.

Klerken Godske Rixstorp fra Lübeck Stift faar Kanonikat og Præbende i Lübeck, skønt han forud har Kanonikat og Præbende i Slesvig og evige Vikariater i Itzehoe, Borsfleth og Bornhøved.

¹) Datum Florentie 7. kal. sept. anno 4.

Alias canonicatu et prebenda ecclesie Lubicensis per obitum Conradi Abbembroch vacantibus, Goeschaleus Rixstorp clericus Lubicensis diocesis ex utroque parente de militari genere procreatus eosdem canonicatum et prebendam vigore gratie expectative acceptavit et de illis sibi provideri obtinuit; dubitat tamen acceptationem et provisionem huiusmodi viribus non subsistere. Quare supplicat, quatenus sibi de eisdem canonicatu et prebenda [fructus 8 mr.] . . . dignemini providere, non obstantibus canonicatu et prebenda in Slesvicensi ac una in monasterii in Ydzeho ac in Borsolete et in Bornnehouede parrochialibus ecclesiis dicte Lubicensis et Bremensis diocesum aliis perpetuis vicariis [omnium fructus 15 mr.]. Concessum in presentia pape. C. Cerviensis. Datum Florentie kal. dec. anno 4.

Suppl. 295 fol. 203.

1740.

4. Marts 1435.

Biskopperne Canutus (Stenonis) i Linköping og Thomas (Simonis) i Strengnäs afgiver paa det svenske Rigsraads Vegne Forklaring overfor Baselerkonciliet samt Paven og Kardinalerne om Grundene til Oprøret mod Kong Erik, særlig om hans Forfølgelse mod Ærkebiskop Olavus (Laurentii) i Upsala.

Sacrosancte Basiliensi generali synodo . . . et . . . s. Romane ac universalis ecclesie summo pontifici necnon . . . s. Romane ecclesie cardinalibus Canutus Lincopensis et Thomas Strengensis ecclesiarum episcopi . . . Ex parte et de speciali mandato totius consilii regni Svecie (*Lindblom, Akter rörande ärkebiskopsvalet i Uppsala, 136–39; Reg. #5086*)¹⁾. Anno 1435 4. die mensis martii in opido Wazstenis Lincopensis diocesis.

Orig. paa Perg. med 2 Segl i Riksarkivet i Stockholm.

1741.

17. Marts 1435.

Ridderen Henrik Rixstorp og hans Hustru Abela faar Lov til at have Rejsealter.

Dignetur s. v. concedere nobili viro Henrico Rixstorp militi advocato castrorum et terrarum Adolphi ducis Slesvicensis et Holtzatie comitis Starmarie etc. et nobili mulieri Abele eius uxori altare portatile, ut in forma. Concessum in presentia pape. C. Cerviensis. Datum Florentie 16. kal. aprilis anno 5.

Suppl. 297 fol. 61.

¹⁾ Her dog med Datoen 4. April.

1742.

18. Marts 1435.

Paven tilbagekalder Martin V's Bulle, hvorved denne havde forbudt Birgittinernes Dobbeltklostre, opløser de Mandsklostre, der i Mellemtiden havde dannet sig, og indfører den tidligere Tilstand indenfor Ordenen.

Ad perpetuam rei memoriam. Licet suscepti cura regiminis (*Celse, Bullarium Sveo-Gothicum 182—84*). Datum Florentie 15. kal. aprilis anno 5.

1743.

26. Marts 1435.

Præsten Birgerus Gunnari fra Linköping Stift, som er Forstander for St. Birgittes Hospital i Rom, faar Tilladelse til at høre de nordiske Pilgrimmes Skriftemaal og give dem Syndsforladelse i deres Dødsøjeblik; endvidere faar han Tilladelse til at opsætte en Klokke i et lille Taarn paa St. Birgittes Kapel i Hospitalet.

Exponit Birgerus Gunnari presbiter Lincopensis diocesis ac rector sive provisor hospitalis s. Brigitte Rome, quod, cum dictum hospitale institutum sit et fundatum pro collectione peregrinorum venientium de tribus regnis, videlicet Svecia Dacia et Norvegia, verum huiusmodi peregrini de remotis terrarum partibus existant¹⁾, propter defectum sacerdotum eorum linguam intelligentium multotiens in dicto hospitali sine sacramentis sacrosancte matris ecclesie eosdem rebus eximi contingit ab humanis confessionesque suas nullatenus facere possunt, quia in ideomate speciales fore dinoscuntur. Supplicat igitur dictus Birgerus, quatenus . . in predictis defectibus apponere velit remedium salutare, [et], ut ipse de cetero ac alii sui successores presbiteri, qui in posterum de voluntate superiorum ordinis s. Brigitte, s. Salvatoris nuncupati, ad regendum predictum hospitale instituti fuerint ac etiam ideoma predictorum peregrinorum intellexerint, ipsorum confessiones audire ipsosque auctoritate apostolica speciali absolvere in casibus non reservatis ac omnia alia sacramenta in extremis necessaria ministrare possint, concedere dignemini, non obstantibus quod predictum hospitale situatum sit in parrochia ecclesie s. Katherine Rome in regione Arenule, et quod in ministracione huiusmodi sacramentorum plebano dicte ecclesie prejudicium aliquod fieri videtur . . . Item supplicat dictus Birgerus, quatenus in capella s. Brigitte sita in predicto hospitali post eiusdem capelle consecrationem campanam parvam in quodam campanili . . tenere valeat, non obstante quod dicta capella non sit immediate posita sive locata in terra, sed est modicum elevata per domum hospitalis inferius eandem existen-

¹⁾ Gz. — Cod. existentes

tem . . . Concessum de utroque in absentia curie et cum licentia vicarii Urbis in presentia pape. C. Cerviensis. Datum Florentie 7. kal. aprilis anno 5.

Suppl. 299 fol. 45 v.

1744.

11. April 1435.

Klerken Niels Soest fra Slesvig Stift faar Dispensation for den — ufrivillige — Del, han havde haft i, at en »Skolar« var druknet.

Exponit Nicolaus Zost clericus Slesvicensis diocesis in minoribus ordinibus constitutus, quod, cum olim tempore juventutis sue duo scolares quoddam flumen die estivali causa balnandi, ludendi et se infrigidandi intrassent, in quo flumine quedam magna navis cum corda sive fune et anchora suis ad litus erat ligata, sub qua corda una alia navicula prope ipsum litus supra arenam, ne propter velocem transitum aque a litore removeretur, erat ducta et firmata, unus ex illis scolaribus aquam profundius, quam vadare posset, per illam cordam, quam manibus suis tenebat, ab illa navicula versus magnam navem intravit super eandem cordam et cum ea in profunditate aque ludendo, ac si bene natare scivisset, alter vero scolaris socius eius prefatam naviculam sic sub corda positam, ut non remotius aquam intraret, nec illa corda profundius aquam descenderet, super arenam altius ad litus conatus ducere fuit, firmavit et stando tenuit. Exponens, a longe casualiter ibidem superveniens, ipsam naviculam in unica parte exprecatione¹⁾ scolaris eandem tenentis tenere adjuvit, cumque predictum scolarem in diversis ludis in aqua sub et supra mediante illa se exercentem²⁾ vidisset, ex actibus ipsius credidit ipsum bene scire natare, et sic non plus exponens de ipsius ludo curavit aspiciendo litus pro aliis ludis ibi peractis, suo dorso ad ipsum scolarem in aqua ludentem verso; et, cum sic per aliquod tempus stetisset, naviculam ipsam, qui dictum exponentem rogavit, dimisit, [et]³⁾ exponente vidente naviculam per alium dimissam et firme sub corda stantem, [ipse]³⁾ credens non opus ipsam diutius fore tenere absque malo proposito et preconcepto sine⁴⁾ inspectione ad illum in aqua ludentem etiam a manibus dimisit et [ut]³⁾ immediate retro spexit, dictum ludentem [in]³⁾ aqua supra dorsum per duorum passuum spatium a corda natantem, manibus aliisque membris se disponentem, ac si natare scivisset, illos in litore stantes inspicientes [c: -tem] et tamen nec corpore vel voce aliquod periculi signum ostendentem corda

¹⁾ Gz. — Cod. expectatione ²⁾ Cod. exterrentem ³⁾ add. Gz. ⁴⁾ Gz. — Cod. sine

per eundem natantem dimissa vidit; demum ipse prohdolor mansit submersus, de cuius morte ab intimis doluit, prout de presenti dolet. Quare a nonnullis asseritur ipsum exponentem irregularitatis maculam incurrisse, licet dictus exponens ad illum ludum nullum concilium(!), consensum, inortamentum vel motum¹⁾ prestitit, sed rogatus sic modo astitit, ut premittitur; creditque hodierna, sicuti alter socius, qui ipsum rogavit, in veritate sibi dixit, quod ante navicule dimissionem predictam cordam dimissit(!), quia ita cito in dimissione navicule predicta corda non potuisset se declinasse et tantum descendisse, quod eam ex necessitate dimississet, sed magis ex nimia ingressione profunditatis aque, quia, quanto magis ad profundum per cordam intravit, tanto magis illa corda a magna nave ipsum ad profundum sequebatur, et non potuisset tantum illa corda per subductionem et levationem navicule super arenam stringi, quia ad omne²⁾ minus in duarum ulnarum longitudine semper in medio spatio aque inter magnam et parvam naves in profundum pendebat, quod ipsam fortasse sic dimississet. De quibus premissis conscientiam suam de remorsu, quem patitur de ipsis, summo opere desiderat fore expurgatam, ex quo pro vero non sit, utrum ante navicule dimissionem aut post vel propria voluntate ex aparatione (!) modice distantie litoris seu alias predictam cordam dimississet. Quare supplicat ipse exponens, desiderans ex magno devotionis fervore ad omnes sacros ordines promoveri et in ipsis altissimo famulari, quatinus ipsum premissorum occasione nullam irregularitatis maculam incurrisse declarare vel saltem, si opus fuerit, ipsum ad cautelam a reatu et excessu huiusmodi absolvi secumque super irregularitate, premissorum occasione si quam incurrit, quodque nichilominus ad omnes sacros ordines promoveri et in illis ministrare necnon quecunque beneficia recipere retinereque ac litterarum expectative gratie sibi per s. v. facte plenarium, perinde ac si premissa non obsisterent, effectum sortiri valeat³⁾ ad cautelam similiter, dispensare dignemini. Concessum in presentia pape. C. Cerviensis. Datum Florentie 3. id. aprilis anno 5.

Suppl. 297 fol. 170.

1745.

7. Juni 1435.

Paven overdrager Pønitentiarskriveren Johannes Slore et evigt Vikariat i Hemma i Bremen Stift, skønt han forud har Kanonikater og Præbender i Slesvig og Bardewick foruden flere andre (tyske) Embeder.

¹⁾ Gz. — Cod. modum ²⁾ Gz. — Cod. quin ad omnem ³⁾ Gz. — Cod. valeant

Johanni Slore perpetuo vicario in parrochiali ecclesia in Hemma Bremensis diocesis. Vite ac morum honestas [etc.]. Dudum siquidem omnia beneficia apud sedem apostolicam tunc vacantia et inantea vacatura dispositioni nostre reservavimus. Cum itaque postmodum perpetua vicaria in parrochiali ecclesia in Hemma Bremensis diocesis per liberam resignationem Johannis Stulle litterarum apostolicarum abbreviatoris, nuper in dicta ecclesia perpetui vicarii, per eum de illa, quam tunc obtinebat, in manibus nostris sponte factam et per nos admissam, apud sedem ipsam vacet, nos, volentes tibi, qui litterarum penitentiarie nostre scriptor existis, gratiam facere specialem, vicariam predictam, que sine cura est [fructus 4 mr.], apostolica tibi auctoritate conferimus et de illa etiam providemus, non obstante . . . quod in Slesvicensi ac in ss. Petri et Pauli Bardewicensi canonicatus et prebendas necnon in s. Johannis baptiste Luneburgensi Verdensis diocesis unam et in s. Anscharii Bremensi ecclesiis aliam perpetuas vicarias etiam sine cura [omnium fructus 27 mr.] nosceris obtinere. Datum Florentie 7. id. junii anno 5.

Simili modo archiepiscopo Spalatensi et Lubicensis ac b. Marie Hamburgensis Bremensis diocesis ecclesiarum decanis.

An. XII. XIII. 12. kal. julii anno 5. de Adria.

Reg. Lat. 332 fol. 176.

1746.

10. Juni 1435.

Præsten Hinricus Hundeghel fra Bremen Stift faar Kanonikat og Præbende i Slesvig, skønt han forud har Sognekirken i Witswort i Slesvig Stift.

Alias canonicatu et prebenda ecclesie Slesvicensis per obitum Theoderici Duuel vacantibus, Hinricus Hundeghel presbiter Bremensis diocesis eosdem canonicatum et prebendam eorundem[que] possessionem auctoritate ordinaria fuit assecutus; dubitat tamen assecutionem huiusmodi viribus non subsistere. Quare supplicat, quatenus sibi de eisdem canonicatu et prebenda [fructus 3 mr.] de novo dignemini providere, non obstante parrochiali ecclesia in Widzwurt dicte Slesvicensis diocesis [fructus 4 mr.]. Concessum in presentia pape. C. Cerviensis. Datum Florentie 4. id. junii anno 5.

Suppl. 300 fol. 91 v.

1747.

30. Juni 1435.

Optegnelse om, at Biskop Gerhard Pedersen (Gyldenstjerne) i Børglum betaler Resten af sine Servispenge til det pavelige Kammer.

Die 30. mensis junii habuerunt ut supra pro residuo communis servitii ecclesie Burglanensis in persona Gerardi fl. auri de camera 18 sol. 16 et den. 8.

Introitus et Exitus 397 fol. 108 v.

1748.

13. Juli 1435.

Paven befaler Provsten i Pistoja og Dekanerne i Güstrow og Eutin at indføre Hermannus Nagel i Besiddelsen af et evigt Vikariat i Lübeck, hvorom han havde ført Proces ved Kurien med Klerken Henrik Skriver fra Slesvig Stift, som er dømt til at betale Procesomkostningerne og en Erstatning.

Preposito Pistoriensi et Gustrowensis et Utinensis Caminensis et Lubicensis diocesium decanis ecclesiarum. Exhibita nobis pro parte Hermanni Nagel perpetui vicarii in ecclesia Lubicensi petitio continebat, quod, licet olim ipse perpetuam vicariam in ecclesia predicta tunc per obitum Henrici Pensen vacantem vigore quarundam litterarum apostolicarum gratiose sibi concessarum, prout ex earum forma poterat, infra tempus legitimum acceptasset et de illa sibi provisum fuisset canonice, tamen Henricus Scriuer, qui se gerit pro clerico Slesvicensis diocesis, falso asserens eandem vicariam ad se spectare ac gratie necnon acceptationi et provisioni prefatis contra justitiam se opponens impedit ac facit, quominus gratia, acceptatio et provisio predictae debitum sortiantur effectum, ac dictam vicariam occupavit, prout detinet indebite occupatam, fructus percipiens ex eadem, et alias eundem Hermannum super dicta vicaria multipliciter molestavit, vexavit, perturbavit et etiam inquietavit, et nichilominus occasione gratie, acceptationis et provisionis predictarum ad sedem apostolicam appellavit, nosque causam appellationis huiusmodi et negotii principalis magistro Petro Peregrini capellano nostro et causarum palatii apostolici auditori ad instantiam dicti Hermanni audiendam commisimus et fine debito terminandam. Qui, cognitis illius meritis, de assensu coauditorum causarum dicti palatii, quibus super hiis relationem fecit fidelem, per suam diffinitivam sententiam pronuntiavit, decrevit et declaravit, prout hec omnia in libello pro parte ipsius Hermanni in huiusmodi causa exhibito petita fuerant, gratiam, acceptationem et provisionem predictas ac omnia inde secuta esse canonice suumque debitum debere sortiri effectum ac dictam vicariam ad eundem Hermannum pertinere de jure sibi que adjudicandam fore et adjudicavit, ac prefato Henrico Scriuer nullum in dicta vicaria jus competere necnon eundem Henricum

Scriuer ab occupatione et detentione vicarie predictae amovendum fore et amovit, ac prefatum Hermannum in illius corporalem possessionem inducendum fore et induxit, oppositiones quoque, occupationes detentiones molestationes vexationes perturbationes inquietationes et impedimenta predicta esse temeraria illicita injusta ac de facto presumpta, necnon prefato Henrico Scriuer super illis ac dicta vicaria perpetuum silentium imponendum fore et imposuit, necnon eundem Henricum in fructibus ex dicta vicaria a tempore motae litis huiusmodi citra perceptis et in expensis coram eo in dicta causa legitime factis condemnandum fore et condemnavit, illarum taxatione sibi imposterum reservata. Et subsequenter prefatus auditor expensas huiusmodi in 25 fl. auri de camera boni et justici ponderis provida moderatione taxavit, procuratoris ipsius Hermanni super expensis eisdem juramento secuto, prout in instrumento publico inde confecto ipsius auditoris sigillo munito dicitur plenius contineri. Cum autem . . . prefatus Hermannus dubitet, quod lite huiusmodi sic indecisa pendente aut interim aliqui in dicta vicaria se intruserint vel imposterum se intrudant, pro parte ipsius Hermanni nobis fuit supplicatum, ut sibi super hiis providere dignemur. Nos itaque . . . discretioni vestre mandamus, quatenus, per vos vel alios premissa executioni debite demandantes, eundem Hermannum vel procuratorem suum in corporalem possessionem vicarie predictae amoto exinde dicto Henrico Scriuer auctoritate nostra inducatis Datum Florentie 3. id. julii anno 5.

B. gratis pro deo. Valuensis.

Reg. Lat. 330 bis fol. 212.

1749.

28. Juli 1435.

Optegnelse om, at Biskop Gerhard Pedersen (Gyldenstjerne) i Børglum betaler Servispenge til Kardinalkollegiet.

Florentie die 28. mensis julii Gerardus episcopus Burglanensis solvit fl. 22 sol. 25. Fuit promotus Rome 15. kal. aprilis anno 3; fuerunt in eius promotione card. 8 . . .

Oblig. 65 fol. 204.

1750.

28. Juli 1435.

Biskop Gerhard Pedersen (Gyldenstjerne) i Børglum betaler Resten af sine Servispenge til Kardinalkollegiet.

Lucidus etc., quod Gerardus episcopus Burglanensis pro totali solutione suorum communis et minuti servitiorum, in qui-

bus etc., ac termino jamdiu elapso etc. fl. auri de camera 22 sol. 25 nobis etc. per manus Olai Nicolai^{a)} canonici Lundensis die date presentium solvi fecit realiter et cum effectu. De quibus etc. Et insuper etc. Secum etc. In quorum etc. Datum Florentie die 28. mensis julii 1435 pontificatus anno 5. fl. 3 gr. 3.

Oblig. 78 fol. 38 v.

1751.

Juli 1435.

Optegnelse om, at Biskop Gerhard Pedersen (Gyldenstjerne) i Børglum betaler en Del af sine Servispenge.

[1435] Introitus trium minorum . . . de mense julii.

A Gherardo episcopo Burglanensi . . . fl. 12 sol. 25.

Tasse segret. 1431—40, upag. (Archivio di Stato).

1752.

13. Sept. 1435.

Slesvigkanniken Godske Rixstorp faar Stadfæstelse paa Besiddelsen af Ærkedegneembedet i Slesvig, skønt han forud har Kanonikat og Præbende i Lübeck og evige Vikariater i Bremen og Lübeck Stifter.

Alias archidiaconatu ecclesie Slesvicensis, qui inibi dignitas est, per obitum Bartholomei Marquardi vacante, Gotschalculus Rixstarp canonicus Slesvicensis ex utroque parente de militari genere procreatus per capitulum Slesvicenses canonicè ad archidiaconatum est electus; timet tamen electionem et assecutionem huiusmodi viribus non subsistere. Quare supplicat, quatinus sibi de eodem archidiaconatu [fructus 2 mr.] de novo dignemini providere, non obstantibus canonicatu et prebenda in ecclesia Slesvicensi ac canonicatu et prebenda ecclesie Lubicensis, super quibus in palatio apostolico litigat, ac una in monasterii in Ydzeho ac in Barsuleto et in Barnehauede parrochi alibus ecclesiis dicte Lubicensis et Bremensis diocesum aliis perpetuis vicariis [omnium fructus 20 mr.]. Concessum in presentia pape. C. Cerviensis. Datum Florentie pridie kal. oct. anno 5.

Suppl. 305 fol. 297 v.

1753.

3. Nov. 1435.

Klerken Jakob Lotze fra Odense Stift faar et evigt Vikariat i Lübeck, skønt han forud har Kanonikat og Præbende i Slesvig. Provstiet i Barvidsyssel og et »elemosinaria« i Burg paa Femern.

^{a)} saaledes i Stedet for et overstreget Nicolai de Leys apostolice camere clerici.

Nuper vacante perpetua vicaria in ecclesia b. Jacobi Lubicensi per obitum Johannis Voerseman, quam Jacobus Lotzi clericus Ottoniensis diocesis vigore gratie expectative per s. v. sibi legitime [facte] acceptavit et obtinuit sibi provideri de eadem eiusque possessionem pacificam est adeptus; timens tamen dictus Jacobus dictam acceptationem et omnia inde secuta viribus non subsistere, supplicat igitur, quatenus sibi de prefata vicaria dignemini de novo providere, non obstantibus canonicatu et prebenda Slesvicensibus ac prepositura rurali in Brolzusel(!), quorum possessionem non habet, et [c: cum]¹⁾ super eis lis in concilio Basiliensi pendeat indecisa, ac quadam elemosina[ria] in ecclesia parochiali Borch Ottoniensis diocesis, [vicarie fructus 5 mr. ac canonicatus prebende prepositure et elemosinarie 5 mr.]. Concessum in presentia pape. C. Cerviensis. Datum Florentie 3. non. nov. anno 5.

Suppl. 310 fol. 187 v.

1754.

7. Nov. 1435.

Kong Eriks Kapellan, Præsten Stephanus Luce fra Vesterås Stift faar et ham tilstaaet Ventebrev paa et Beneficium m. m. fornyet til Trods for urigtige Opgivelser i den tidligere Ansøgning.

Reformatio.

Alias s. v. Stephano Luce presbitero Arosiensis diocesis gratiam fecit expectativam sub data 8. kal. maji anno 1 ad unum beneficium et ad duas collationes. . . Verum propter inadvertentiam formantis supplicationem narratum fuit in dicta supplicatione, quod dictus Stephanus quandam ecclesiam parochialem b. Marie virginis in Randers obtinebat et capellanus regis Dacie etc. continuusque commensalis erat, cum vero tempore date [gratie] predictam ecclesiam minime possidebat(!) nec capellanus et continuus esset commensalis predicti regis Dacie, licet nunc sit; timet propterea, quod dicta gratia de surreptione possit puniri. Quapropter supplicat, quatinus bulle super dicta gratia confecte et processus necnon omnia exinde secuta in omnibus valeant, ac si dictam ecclesiam tempore date gratie possedisset, similiter ac si capellanus predicti regis Dacie etc. continuusque fuisset commensalis. Concessum in presentia pape. C. Cerviensis. Datum Florentie 7. id. nov. anno 5.

Suppl. 308 fol. 127.

¹⁾ add. Gz.

1755.

17. Dec. 1435.

Optegnelse om, at Klerken Jens Andersen fra Viborg Stift indvies til Akolyt.

Ordines generales celebrati per Johannem episcopum Arhensem de mandato camerarii ex commissione etc. in ecclesia s. Marie Maioris de Florentia die sabbati quatuor temporum, qua cantatur in ecclesia dei: Veni et ostende etc., que fuit 17. dec. anno 5

Ad primam tonsuram acolitatus similiter [est admissus] Johannes Andree Vibergensis diocesis.

Libri formatarii 1434—46 fol. 21 (Archivio di Stato).

1756.

18. Dec. 1435.

Præsten Oluf Jensen fra Roskilde Stift faar Lov til at vælge en Skriftefader, som kan give ham Plenaraflad i hans Dødsøjeblik.

De plenaria remissione.

Olauo Johannis presbitero Roskildensis diocesis. Provenit etc. Datum Florentie 15. kal. jan. anno 5.

An. XIII. de Adria.

Reg. Lat. 334 fol. 288 v.

1757.

27. Dec. 1435 (14. Jan. 1436).

Klerken Jens Andersen fra Viborg Stift, som er Sognepræst i Mov (?) og som for Tiden opholder sig i Rom, faar Tilladelse til at lade sig indvie til de højere Grader dør i Stedet for i Danmark.

Exponitur pro parte Johannis Andree clerici Vibergensis diocesis, qui nuper in camera apostolica admissus, dum ordines ultimatim de mandato s. v. in curia celebrabantur, in acolitatum extitit ordinatus, quod beneficium jure obtinuit in diocesi Vibergensi curam habens animarum, cum onus¹⁾ huiusmodi beneficii requirat ipsum, ut infra annum se faciat ad sacros ordines promoveri; verum cum propter nimiam locorum distantiam et viarum discrimina ad diocesanum suum²⁾ pro suscipiendis huiusmodi ordinibus commode non potest (!) habere recursum, temporisque lapsus immineat infra breve, supplicat igitur, quatinus, ut ipse a quocunque antistite catholico . . . subdiaconatus, diaconatus et presbiteratus ordines in Romana curia infra quin-

¹⁾ II: Exponit Johannes Andree clericus Vibergensis, quod parrochiam ecclesiam in Norem curam habentem animarum auctoritate ordinaria extitit assecutus et onus

²⁾ II: . . . suum infra quattuor menses pro . . .

denam in diebus dominicis vel festivis successive recipere et in eis, postquam promotus fuerit, licite ministrare valeat, concedere dignemini. Concessum in primis temporibus successive ab ordinario, in presentia pape. C. Ariminensis. Datum Florentie 6. kal. jan. anno 5.

Suppl. 312 fol. 125 v; en lignende 310 fol. 272 (II) Datum 19. kal. febr. anno 5.

1758.

5. Febr. 1436.

Paven befaler Officialen i Schwerin at bandlyse Fru Helene (Eversdatter Moltke), Enke efter Ridderen Anders Jakobsen (Lunge), og Thyra, Enke efter Jens Jansen, hvis de vægrer sig ved at tilbagegive den forældreløse Niels Tymmesen de Ejendele, de uretmæssig havde berøvet ham.

Officiali Zwerinensi. Humilibus supplicum votis [etc.]. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Nicolai Thimesson pauperis orphani Roskildensis diocesis petitio continebat, quod olim ipse contra nobilem mulierem Helenam Andree Jacobi domicellam et Thiram Johannis Janson laici relictam viduam in dicta diocesi commorantes, que super quibusdam bonis ac pecuniarum summis injuriantur eidem, apostolicas super hiis, cum ipsarum domicelle et vidue potentiam merito perhorrescens eas infra civitatem Roskildensem seu dictam diocesim nequiret convenire secure, ad archidiaconum Rostoccensem in ecclesia Zwerinensi, eius proprio nomine non expresso, in communi forma litteras impetravit ac dictas domicellam et viduam, que tempore impetrationis litterarum earundem et etiam tunc nonnulla in dicta diocesi consistentia immobilia communiter detinebant indebite occupata sibi que quedam mobilia bona, pecuniarum summas et res alias tunc expressa ex causis tunc expressis dare et solvere legitime tenebantur, ipsas super hoc petendo immobilia sibi adjudicari et super illis domicelle et vidue prefatis perpetuum silentium imponi easque ab occupatione et detentione dictorum bonorum immobilium amoveri seque in illorum possessionem induci necnon dictas domicellam et viduam condemnari et compelli ad solvendum pecuniarum summas et dandum sibi res alias huiusmodi, coram Johanne Meynesti archidiacono Rostockensi in dicta ecclesia ipsarum vigore litterarum fecit ad justitiam evocari, et deinde prefatus archidiaconus domicellam et viduam predictas pro eo, quod in certo peremptorio, quem ipsis ad id prefixerat, competenti termino coram ipso contumaciter non comparuerunt, reputans eas, prout erant, exigente justitia

merito contumaces, propter contumaciam huiusmodi excommunicationis sententia¹⁾ innodavit et fecit excommunicatas publice denuntiari. Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, domicella et vidua prefate excommunicationis sententiam huiusmodi damnabiliter vilipendentes eam per annum et amplius sustinerint et adhuc sustine[a]nt animis induratis, redire non curantes ad ecclesie unitatem, in animarum suarum periculum dictique orphani prejudicium et scandalum plurimorum, pro parte orphani prefati nobis fuit supplicatum, ut ei super hiis providere dignaremur. Nos itaque discretioni tue mandamus, quatinus, si domicella et vidua predictae eandem excommunicationis sententiam, postquam, ut desuper juri pareant, a te monite fuerint, per mensem pertinaciter toleraverint, ipsas extunc, donec super hiis condigne satisfecerint, singulis diebus dominicis et festivis, campanis pulsatis et candelis accensis pariter et extinctis, excommunicatas publice nunties et facias ab aliis in locis, quibus expedire videris, nuntiari necnon ab omnibus arctius evitari . . . Datum Florentie non. febr. anno 5.

An. gratis pro deo. Adria.

Reg. Lat. 333 fol. 267 v.

1759.

30. Marts 1436.

Ribepreæsten Mogens Madsen faar Provstiet i Salling i Viborg Stift, skønt han forud har Sognekirken i Fjaltring i Ribe Stift.

Cum dudum prepositura ruralis Saling Vibergensis diocesis unacum provincia Frelstherret vulgariter nuncupata eiusdem Vibergensis, que sine cura est [fructus 4 mr.], per liberam resignationem cuiusdam Nycolai alias Smerichand presbiterum [c: -ri] ad manus Lougonis bone memorie episcopi Vibergensis sponte factam et ipsa resignatione per eundem episcopum admissa vacaverat (!), prout vacat, supplicat Magnus Mathie presbiter Ripensis diocesis, qui de utroque parente de nobili genere procreatus existit, quatenus sibi [de] dicta prepositura dignemini providere, non obstante parrochiali ecclesia Fieltringh Ripensis diocesis, quam possidet [fructus 4 mr.]. Concessum in presentia pape. C. Ariminensis. Datum Florentie 3. kal. aprilis anno 6.

Suppl. 314 fol. 236 v.

1760.

14. April 1436.

Paven befaler Abbeden i Tvis Kloster og Provsterne i Børglum og Vestervig at undersøge, om det er med Rette. Biskop Herman (Rynkeby) i Viborg

¹⁾ Gz. — Cod. sententiam

har bandlyst Viborgkanniken Eggert og nogle af Viborg Kapitels Bønder, og foreløbig hæve Bandet, hvis de finder, at det er paalagt med Urette.

Abbati monasterii Tute vallis Ripensis diocesis et Burglanensis ac Westerwicensis Burglanensis diocesis ecclesiarum prepositis. Humilibus supplicum votis [etc.]. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Martini Sparek prepositi et capituli ac Eggardi canonici ecclesie Vibergensis ordinis s. Augustini petitio continebat, quod olim Hermannus episcopus Vibergensis, nulla subsistente causa rationabili, sed ex arrupto et de facto, dictum canonicum et nonnullos terrarum eiusdem capituli colonos excommunicationis sententia innodavit et fecit excommunicatos publice nuntiari, propter que prepositus, capitulum et canonicus predicti, sentientes exinde indebite se gravari, ad sedem apostolicam appellarunt nobisque supplicarunt, ut causam appellationis huiusmodi et negotii principalis aliquibus in partibus illis committere ipsosque canonicum et colonos ab eadem excommunicationis sententia ad cautelam absolvi mandare . . . dignaremur. Nos itaque discretioni vestre mandamus, quatenus, vocatis dicto episcopo necnon aliis, qui fuerint evocandi, canonico et colonis predictis, si hoc petierint, recepta prius ab ipsis cautione idonea super eo, quo excommunicati habentur, quod, si dictam excommunicationis sententiam in eos latam vobis constiterit fore justam, vestris et ecclesie mandatis parebunt, absolutionis beneficium ad cautelam ab excommunicationis sententia huiusmodi auctoritate nostra impendatis, prout de jure fuerit faciendum, super aliis vero, auditis hincinde propositis, quod justum fuerit, appellatione remota decernatis, facientes, quod decreveritis, per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Datum Florentie 18. kal. maji anno 6.

B. XX. Valuensis.

Reg. Lat. 342 fol. 200.

1761.

14. April 1436.

Baselerkonciliet tilstaar alle dem, der giver Bidrag til Grækernes Omvendelse. samme Aflad, som de vilde opnaa ved at besøge Rom i et Jubelaar eller deltage i et Korstog.

Sacrosancta generalis synodus Basiliensis Universis Christi fidelibus. Vox illa jucunditatis (*Harduin, Conciliorum collectio VIII, 1217—21; Rep. 6815*). Datum in sessione publica huius sancte synodi solemniter celebrata in maiori ecclesia Basiliensi 18. kal. maji anno 1436.

1762.

18. Maj 1436.

Paven befaler Dekanen ved Mariekirken i Hamburg at overdrage Sognekirken i Garding i Slesvig Stift til Johannes Stenveld, som Biskoppen i Slesvig allerede havde indsat, skønt han forud har et evigt Vikariat i Oldesloe i Lübeck Stift.

Decano ecclesie b. Marie Hamburgensis Bremensis diocesis. Dignum arbitramur etc. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Johannis Stenueld perpetui vicarii in parrochiali ecclesia de Odoslo Lubicensis diocesis petitio continebat, quod olim, parrochiali ecclesia in Gherdingen¹⁾ Slesvicensis diocesis, quam Siffridus Scaken obtinebat, per eiusdem Siffridi obitum vacante, nobilis vir Adolphus dux Slesvicensis, verus patronus ipsius ecclesie in Gherdingen et existens in pacifica possessione vel quasi juris presentandi personam idoneam in rectorem ipsius ecclesie in Gherdingen, cum vacat, prefatum Johannem ad eandem ecclesiam in Gherdingen Nicolao episcopo Slesvicensi infra tempus legitimum presentavit, idemque episcopus prefatum Johannem ad presentationem huiusmodi in rectorem diete ecclesie in Gherdingen instituit, idemque Johannes vigore presentationis et institutionis earundem eandem ecclesiam in Gherdingen extitit assecutus. Cum autem prefatus Johannes dubitet presentationem et institutionem predictas viribus non subsistere, et dicta ecclesia in Gherdingen adhuc vacare noscatur, nos discretioni tue mandamus, quatinus, si per diligentem examinationem eundem Johannem ad hoc idoneum esse reppereris, ecclesiam in Gherdingen predictam [fructus 4 mr.] prefato Johanni auctoritate nostra conferas, non obstante quod dictus Johannes quandam perpetuam vicariam sine cura in dicta ecclesia de Odeslo [fructus etiam 4 mr.] noscitur obtinere. Datum Bononie 15. kal. junii anno 6.

B. XXI. 17. kal. oct. anno 6. Valuensis.

Reg. Lat. 341 fol. 90 v; ogsaa Supplik (Concessum in presentia pape. C. Ariminensis) i Suppl. 315 fol. 16 v.

1763.

21. Maj 1436.

Paven giver Ærkebiskop Peder Lykke i Lund, som overfor Kardinal Lucidus (de Comite) ved sin Prokurator, Klerken Jens Grote fra Slesvig Stift, havde nedlagt sit Embede, en aarlig Pension paa 300 Kammergylden, der skal betales af Ærkebiskopsbordet.

¹⁾ Den tilsvarende Supplik stadig Gherden.

Petro archiepiscopo olim Lundensi. Personam tuam (*Dipl. dioc. Lund. III, 170—71*). Datum Bononie 12. kal. junii anno 6.

An. XX. XXII. de Adria.

Reg. Lat. 345 fol. 275.

1764.

21. Maj 1436.

Optegnelse om, at Dekanen Hans Laxmand i Lund udnævnes til Ærkebiskop sammesteds, og at Peder Lykke faar en aarlig Pension paa 300 Gylden.

Die lune 12. kal. junii anno predicto [Ϸ: pontificatus anno 6] ad relationem cardinalis s. Marcelli provisum fuit ecclesie Lundensi vacanti per renuntiationem Petri olim archiepiscopi Lundensis factam in manibus pape de persona Johannis Laxamani decani eiusdem ecclesie ad ipsam promoti, et fuit reservata eidem Petro olim archiepiscopo pensio 300 fl. auri de camera, quoad vixerit, super fructibus ipsius ecclesie sub penis et censuris.

Oblig. 66 fol. 26. (Trykt Dipl. dioc. Lund. III, 171).

1765.

21. Maj 1436.

Paven udnævner Dekanen i Lund Hans Laxmand til Ærkebiskop.

Johanni Laxman electo Lundensi. Divina disponente clementia (*Dipl. dioc. Lund. III, 171—73*). Datum Bononie 12. kal. junii anno 6.

Simili modo Capitulo ecclesie Lundensis.

Clero civitatis et diocesis Lundensis.

Populo — — — —

Universis vassallis ecclesie —

Universis suffraganeis — —

Erico regi Dacie.

Ja. XXIII. XII. XII. XII. XII. XII. Aprutinus.

Reg. Lat. 346 fol. 114.

1766.

21. Maj 1436.

Kanniken i Lübeck Godske Rixstorp faar Lov til, skønt han er Ærkedegn i Slesvig, ikke at lade sig indvie til de højere gejstlige Grader i de første 10 Aar, medens han studerer i Udlandet.

Supplicat Gotscalcus Ri[x]storp canonicus Lubicensis ecclesie, qui pro certis suis negotiis promovendis in Romana curia proponit remanere vel litterarum studio immorari, quatenus cum eo, qui acolitus existit, ratione archidiaconatus ecclesie Slesvicensis, qui curatus ac dignitas non tamen principalis in dicta ecclesia existit, et quem obtinet [fructus 4 mr.], necnon cuiusvis alterius beneficii curati seu alias aliquem ex certis ordinibus

requirentis ad aliquem ex huiusmodi ordinibus promoveri minime teneatur infra decennium exnunc inantea computandum, dispensare dignemini. Concessum in studio in presentia pape. C. Ariminensis. Datum Bononie 12. kal. junii anno 6.

Suppl. 316 fol. 253.

1767.

30. Maj 1436.

Paven tillader den udvalgte Ærkebiskop Hans Laxmand i Lund at lade sig indvie af hvilkensomhelst Biskop.

Johanni electo Lundensi. Cum nos nuper (*Dipl. dioc. Lund. III, 173*). Datum Bononie 3. kal. junii anno 6.

An. XVI. de Adria.

Reg. Lat. 345 fol. 267.

1768.

2. Juni 1436.

Optegnelse om, at Morten Dalmer fra Roskilde Stift modtager den første Tonsur og Sognepræsten Jens Andersen i Mov (?) i Viborg Stift indvies til Diakon.

Ordines generales celebrati per Johannem episcopum Arbensem de mandato Francisci etc. camerarii ex commissione etc. in ecclesia s. Petronii de Bononia die sabbati quatuor temporum, qua cantatur in ecclesia dei: Caritas dei, que fuit 2. mensis junii 1436 pontificatus anno 6.

Primo ad primam tonsuram . . . Martinus Dalmeri Roskildensis

Ad diaconatus Johannes Andree rector parrochialis ecclesie Moren Vibergensis diocesis.

Libri formatarii 1434—46 fol. 31 og 33 (Archivio di Stato).

1769.

19. Juni 1436.

Ærkebiskop Hans Laxmand i Lund lover ved Klerken Jens Grote fra Slesvig Stift at betale Servispenge til det pavelige Kammer og Kardinalkollegiet:

[1436] Die martis 19. mensis junii Johannes Grote clericus Slesvicensis diocesis procurator et procuratorio nomine Johannis electi Lundensis, de cuius procurationis mandato constat publico instrumento confecto manu Johannis Nicolai clerici Roskildensis diocesis imperiali auctoritate notarii in camera apostolica producto et dimisso, necnon suo proprio et privato nomine et tamquam principalis et privata persona vice et nomine ipsius electi obtulit camere apostolice et collegio cardinalium pro suo communi servitio fl. auri de camera 2000, ad quos dicta ecclesia Lundensis taxata reperitur, et quinque minuta servitia consueta.

Eorundem autem communis et minorum servitorum medietatem infra sex menses proxime futuros et aliam medietatem infra alios sex menses exopt proxime sequentes solvere promisit nominibus supradictis; preterea, quia mandatum, de quo supra fit mentio, non dicitur fore sufficiens ad suprascripta et infrascripta facienda, idem Johannes Grote promisit producere sufficientiorem (!), videlicet instrumentum ratihabitionis huiusmodi obligationis facte nomine eiusdem electi ab ipso electo factum infra terminum octo mensium proxime futurorum etc. Obligavit etc., submitit etc., renuntiavit etc. et juravit in forma. Et camerarius supradictus tulit sententias excommunicationis in scriptis. Actum Bononie in thesauraria apostolica . . .

Eisdem anno die mense loco . . . Antonius della Casa mercator Florentinus pro se ipso ac vice et nomine nobilium virorum Cosme et Laurentii de Medicis et sociorum suorum Romanam curiam sequentium ex certa scientia confessus fuit se habuisse, prout in veritate manualiter per manus Roselli clerici dicte camere habuit in depositum, bullas provisionis dicte ecclesie facte de persona dicti Johannis et illas tenere ad instantiam camere et collegii predictorum usque ad octo menses predictos, quo in termino aut solvere dictis camere et collegio fl. 1000 de camera et producere dictam ratihabitionem aut restituere camere predictae dictas bullas, pro quibus etc., obligavit, submitit etc., renuntiavit etc., et juravit in forma etc., ut supra. Qua versa vice prefatus camerarius et dicti clerici camere promiserunt dicto Antonio dictis nominibus stipulantibus et recipientibus adveniente casu restitutionis dictarum bullarum ut prefertur fiende restituere ipsi Antonio ut supra recipienti unum ex quinque dictis minutis servitiis, quod habuisse et recepisse confessi fuerunt, pro quibus omnibus obligarunt se ipsos et eorum heredes ac dictam cameram et submitterunt etc. ut supra. Die 8. jan. 1437 Antonius de la Casa infrascriptus produxit mandatum ratihabitionis huiusmodi obligationis publicatum et subscriptum per Johannem Nicolai clericum Roskildensis diocesis publicum imperiali auctoritate notarium. Actum ut supra

Obblig. 70 fol. 147 og 64 fol. 223 v (uden større Forskelligheder). (Trykt Dipl. dioc. Lund. III, 174—75 og 179.)

1770.

26. Juni 1436.

Paven udnævner Niels Stensen til Sognepræst i Aker i Oslo Stift efter Sven Daci (?), som var død i Castro Fanano i Modena Stift.

Nicolao Stenonis rectori parrochialis ecclesie in Aker Asloensis diocesis. Vite ac morum honestas (*Dipl. Norv. XVII, 429—30*). Datum Bononie 6. kal. julii anno 6.

An. gratis pro deo. 12. kal. aug. anno 6. de Adria.
Reg. Lat. 340 fol. 110 v.

1771.

30. Juni 1436.

Klerken Johannes Liseman fra Mainz Stift, som har været i Kong Eriks Tjeneste, faar Lov til, under sin midlertidige Fraværelse fra Kurien, dog at nyde Kurialernes Privilegier.

Ut Johannes Liseman clericus Maguntine diocesis, qui per plures annos Romanam curiam secutus est, pro eo, quod dudum in obsequiis Erici Dacie Svecie et Norvegie regis necnon Nicolai de Leys camere apostolice clericus [o: -ci], cuius domesticus prout fuit, prout de presenti est, familiaris, extra Romanam curiam, animo tamen redeundi, se absentaret, non minus specialibus curialium dictam curiam pro tempore sequentium in assecutione beneficiorum, que vigore gratie expectative sibi facte quomodolibet noscuntur expectare, juxta quasdam s. v. desuper factas ordinationes antelationum favoribus prosequatur et prerogativis, supplicat, quatinus sibi, ut a die ultima mensis aprilis proxime preteriti, quo ad ipsam curiam reversus fuit, in assecutione beneficiorum, que vigore gratie expectative sibi facte quomodolibet noscitur expectare, inter curiales juxta ordinationem huiusmodi includatur ac omnibus antelationibus et prerogativis huiusmodi possit gaudere in omnibus, perinde ac si tantum tempus, quantum pro curialibus vere presentibus huiusmodi computari opus sit, in eadem curia continue resedisset et se ab illa nullatenus absentasset, indulgere dignemini. Concessum, postquam compleverit alios duos menses, in presentia pape. C. Ariminensis. Datum Bononie pridie kal. julii anno 6.

Suppl. 318 fol. 15 v.

1772.

Juni 1436.

Optegnelse om, at Ærkebiskop Hans Laxmand i Lund betaler forskellige mindre Afgifter til det pavelige Kammer.

Introitus unius minuti spectantis ad camerarium et clericos camere apostolice recepti de mense junii 1436: A Johanne episcopo (!) Lundensi pro uno minuto dicte ecclesie Lundensis fl. 142 sol. 42 den. 10.

Introitus sacre spectantis solum ad camerarium et clericos camere . . . de mense junii 1436: A Johanne episcopo (!) Lundensi pro sacra fl. 50.

Introitus sigilli . . de mense junii 1436: A Johanne episcopo (!) Lundensi fl. 2.

Introitus subdiaconorum . . . de mense junii 1436: A Johanne episcopo (!) Lundensi pro subdiacono fl. 33 sol. 16 den. 8.

Tasse segret. 1431—40, upag. (Archivio di Stato). (Trykt Dipl. dioc. Lund. III. 175—76.)

1773.

23. Aug. 1436.

Roskildekanniken Erik Akselsen (Thott), som studerer i Padua, faar, skønt han kun er 18 Aar gammel, Dekanat, Kanonikat og Præbende i Lund, ledige ved Hans Laxmands Valg til Ærkebiskop.

Cum decanatus ac canonicatus et prebenda ecclesie Lundensis (*Dipl. dioc. Lund. III, 178*). Datum Bononie 10. kal. sept. anno 6.

Suppl. 324 fol. 85.

1774.

22. Sept. 1436.

Optegnelse om, at Klerken Jens Andersen fra Viborg Stift indvies til Præst ved Kurien.

Ordines celebrati per Valentinum episcopum Montisflacone Ortanum in ecclesia s. Francisci de Bononia ex commissione Eugenii pape IV die sabbati quatuor temporum, qua cantatur in ecclesia dei »Venite adoremus«, que fuit 22. mensis sept. 1436 pontificatus anno 6.

. . . . Ad presbiteratus Johannes Andree Vibergensis diocesis.

Libri formatarii 1434—46 fol. 35 v. 36 v.

8. Jan. 1437.

Se 19. Juni 1436 (Nr. 1769).

1775.

31. Jan. 1437.

Paven befaler Biskoppen, Provsten og Dekanen i Camin efter at have undersøgt Sagen at overdrage Klerken Simon Techel fra Roskilde Stift Jakobskirken i Greifswald, som Indehaveren Johannes Nienkerke havde forbrudt.

Episcopo Caminensi et preposito et decano ecclesie Caminensis. Vite ac morum honestas [etc.]. Ad nostram siquidem audientiam, Symone Techel clerico Roskildensis diocesis referente, pervenit, quod Johannes Nienkerke rector parrochialis ecclesie s. Jacobi Gripeswaldensis Caminensis diocesis suorum salutis status et honoris immemor maligno spiritu ductus in Johannem Arensberg clericum Coloniensis diocesis manus injecit ausu sacrilego temere violentas ac eum quodam vase vitreo, quod tunc in manibus gestabat, in ipsius faciem usque ad non

modicam sanguinis effusionem vulneravit, necnon mala malis accumulans in ipsum Johannem Arensberg animo et intentione eum gravius ledendi irruit ac in insultu huiusmodi, cum propter quosdam inibi astantes, qui id fieri prohibebant, animum suum huiusmodi explere non posset, ipsius Johannis Arensberg vestem, qua tunc indutus erat, plurimum scidit. Et deinde absque eo, quod ab excommunicationis sententia, quam propter premissa incurrerat, debitam absolutionem obtinuisset, omni dei timore postposito ad subdiaconatus ordinem se promoveri fecit et in illo ministravit seu verius prophanavit in anime sue periculum ac perniciosum exemplum et scandalum plurimorum. Nos igitur, attendentes, quod, veris existentibus supradictis, idem Johannes Nienkerke dicta ecclesia indignum se reddidit, ac volentes prefato Symoni gratiam facere specialem, discretioni vestre mandamus, quatinus, si predictus Symon eundem Johannem Nienkerke super premissis coram vobis accusare seque in forma juris inscribere voluerit, postquam illum accusaverit seque inscripserit, ut prefertur, vocatis eodem Johanne Nienkerke et aliis, qui fuerint evocandi, de premissis inquiratis auctoritate nostra diligentius veritatem et, si per inquisitionem huiusmodi ea vel ipsorum aliquod, quod ad id sufficiat, inveneritis veritate subniti, prefatum Johannem Nienkerke dicta ecclesia eadem auctoritate privetis et amove[a]tis realiter ab eadem, prout de jure fuerit faciendum, et nichilominus, si vigore presentium privationem et amotionem huiusmodi per vos fieri contigerit, ut etiam prefertur, eandem ecclesiam [fructus 4 mr.], sive per privationem et amotionem huiusmodi tunc sive alias quovis modo . . . vacet . . ., eidem Symoni auctoritate predicta conferre curetis, non obstante quod nos dudum dicto Symoni de beneficio cum cura vel sine cura consueto clericis secularibus assignari ad collationem abbatis et conventus monasterii s. Egidii Brunswicensis ordinis s. Benedicti Halberstadensis diocesis pertinente vacante tunc vel vacaturo per alias nostras litteras mandavimus gratiose provideri. Volumus autem, quod, quamprimum idem Symon vigore presentium predictam ecclesiam fuerit pacifice assecutus, prefate alie littere et processus habiti per easdem ac quecunque inde secuta quoad ipsum curatum dumtaxat sint cassa et irrita nulliusque roboris vel momenti. Datum Bononie pridie kal. febr. anno 6.

An. XII. residuum pro deo. kal. martii anno 7. de Adria.
Reg. Lat. 335 fol. 170.

1776.

3. Febr. 1437.

Magister Bernardus de Zutvelde faar Terminen for Udfærdigelsen af Brevet paa det ham tildelte Dekanat i Lund, ledigt ved Hans Laxmands Valg til Ærkebiskop, forlænget for yderligere een Maaned.

Nuper s. v. Bernardo de Zutuelde in artibus magistro ac studenti in jure canonico de decanatu ecclesie Lundensis (*Dipl. dioc. Lund. III, 181*). Concessum ad mensem in presentia pape. Jo. de Mella. Datum Bononie 3. non. febr. anno 6.

Suppl. 325 fol. 94.

1777.

24. Febr. 1437.

Magister Bernardus de Zutvelde faar det Kanonikat og Præbende i Lund, som Erik Akselsen (Thott) havde, før han fik det Kanonikat og Præbende sammesteds, som den udvalgte Ærkebiskop Hans Laxmand havde haft, skønt Bernardus forud har Kanonikater og Præbender i Lund og Roskilde.

Dudum s. v. Erico Absolonis canonico Lundensi (*Dipl. dioc. Lund. III, 182*). Concessum in presentia pape. Jo. de Mella. Datum Bononie 6. kal. martii anno 6.

Suppl. 325 fol. 189 v.

1778.

9. Marts 1437.

Magister Bernardus de Zutvelde faar paany bevilget det Kanonikat og Præbende i Lund, som Erik Akselsen (Thott) havde haft.

Postquam nuper (*Dipl. dioc. Lund. III, 183*). Concessum in presentia pape. Jo. de Mella. Datum Bononie 7. id. martii anno 6.

Suppl. 325 fol. 274 v.

1779.

16. Marts 1437.

Optegnelse om Betaling af Servispenge fra Ærkebiskop Hans Laxmand.

[Anno 1437] Bononie dicta die [16. mensis martii] Johannes episcopus Lundensis solvit fl. 380. Fuit promotus Bononie 12. kal. junii pontificatus anno 6; fuerunt in eius promotione card. 11 . . .

Oblig. 65 fol. 237. (Trykt *Dipl. dioc. Lund. III, 184*.)

1780.

21. Marts 1437.

Klerken Simon Techel fra Roskilde Stift faar et evigt Vikariat ved Domkirken i Schwerin.

Alias quadam perpetua vicaria in ecclesia Zwerinensi vacante, Eghardo Stenhus presbitero Raseburgensis diocesis extitit provisum de eadem. Cum autem dictus Eghardus juxta quandam s. v. factam constitutionem¹⁾ infra huiusmodi (!) necnon quarundam prorogationum tempora per eum desuper obten-

¹⁾ Teksten her korrump.

tarum litteras apostolicas super dicta gratia conficiendas non expedierit . . .¹⁾ et ex eo dicta vicaria jam de facto vacare dinoscitur (!), supplicat igitur Symon Techel clericus Roskildensis diocesis, quatenus sibi de prefata vicaria . . . [fructus 4 mr.] dignemini providere. Concessum in presentia pape. Jo. de Mella. Datum Bononie 12. kal. aprilis anno 7.

Suppl. 329 fol. 109.

1781.

2. April 1437.

Præsten Mogens Madsen i Fjaltring i Ribe Stift faar fornyet Provision paa Provstiet i Sallingsyssel, skønt han i sin tidligere Ansøgning havde fortiet, at Kirken i Tøndering var Anneks dertil.

Dudum s. v. Magno Mathie rectori parrochialis ecclesie de Fieltring Ripensis diocesis de utroque parente de nobile (!) genere procreato de prepositura rurali de Salinghsozel per suas litteras sub data Florentie 3. kal. aprilis anno 6 [Nr. 1759] gratiose providit. Cum autem in dictis litteris propter ignorantiam nulla fuerit mentio facta de parrochiali ecclesia in Conderingh (!) dicte (!) Vibergensis diocesis, cui dicta prepositura ruralis in Salinghsozel unita esse dicitur [fructus 4 mr.], et propterea ipse Magnus dubitat (!) priores litteras de surreptionis vitio impugnari seque super parrochiali ecclesia in Tonderingh necnon prepositura rurali eidem unita supradictis imposterum molestari posse, supplicat idem Magnus Mathie, quatinus sibi concedere dignemini, quod priores littere predictæ ab earum data ac processus habiti per easdem et quecunque inde secuta perinde valeant per omnia, ac si in eis de huiusmodi aliis posterioribus litteris expressa mentio fuisset facta. Concessum in presentia pape. Jo. de Mella. Datum Bononie 4. non. aprilis anno 7.

Suppl. 326 fol. 154.

1782.

9. April 1437.

Paven befaler Abbeden i Øm Kloster og Kantoren i Aarhus at føre Kapitlet i Viborg tilbage til dets gamle Skikkelse, kassere Sækularisationen (jfr. Nr. 1512) og genindføre det regelbundne Liv for Kannikerne.

Abbati monasterii Care insule Arusiensis diocesis et cantori ecclesie Arusiensis. Cunctis orbis ecclesiis [etc.]. Sane pro parte prepositi et capituli ecclesie Vibergensis ordinis s. Augustini nobis nuper exhibita petitio continebat, quod, dudum pro parte Erics regis Dacie et bone memorie Lagonis episcopi Vibergensis

¹⁾ Teksten her korrump: expetierit Gz.

Martino pape V suggesto, quod, licet olim ipsa ecclesia largitione fidelium possessionibus, bonis, fructibus pro preposito predicto necnon canonicis et aliis personis sub regulari observantia divinis laudibus deditis sufficienter dotata fuisset, regularisque ibidem castimonia per ipsos canonicos et personas in sacra contemplatione viguisset, tamen, temporum crescente malitia et hominum frigescente devotione, religionis huiusmodi zelo neglecto, possessiones bona fructus huiusmodi, quibusdam ex eis distractis et aliis penitus alienatis, adeo decreverant, quod ex hiis debitus personarum numerus per plura tempora non potuerat congrue sustentari, omnisque detestabiliter prospiciebatur plurimum religio decrevisse, nec quisquam utilis inibi habitum vellet assumere regularem, quodque canonici et persone tunc eiusdem ecclesie pauci numero sic senio gravarentur, quod pro dicte ecclesie et illius status reformatione penitus inutiles censerentur, nec spes certa foret eam per ipsius ordinis professores ad statum debitum posse reduci, dictus predecessor huiusmodi suggestionem circumventus per suas litteras archiepiscopo Lundensi, eius proprio nomine non expresso, dedit in mandatis, ut de premissis se diligenter informaret et, si ita fore repperiret sibi expedire videretur, canonicis et aliis personis dicti ordinis inibi tunc residentibus, de communibus eiusdem ecclesie proventibus, quoad viverent, portionibus eis congruis assignatis, cedentibus vel decedentibus, ordineque predicto per eum suppresso, collegium canonicorum secularium sub certo numero canonicalium et prebendarum juxta dicte ecclesie facultatum exigentiam cum dignitatibus, personatibus, officiis aliisque beneficiis ad instar aliarum ecclesiarum cathedralium illarum partium in eadem ecclesia in secularem per ipsum erigenda institueret ac faceret ad canonicatus et prebendas, dignitates, personatus, officia necnon beneficia huiusmodi illos, quibus ea conferrentur, ut moris esset, admitti, prout in ipsis litteris plenius continetur. Postmodum vero, sicut exhibita nobis nuper pro parte dictorum prepositi et capituli petitio continebat, eis ad id non vocatis, bone memorie Petrus archiepiscopus Lundensis ad ipsarum executionem litterarum dicitur processisse. Cum autem de dicti regis, infra cuius temporale dominium ipsa ecclesia consistit, voluntate nullatenus extiterit vel ad presens sit, quod suppressio, erectio et institutio huiusmodi quomodolibet fierent, ipsaque ecclesia etiam tempore date litterarum earundem congruenti canonicorum et personarum dicti ordinis numero fulcita fuerit, pluresque reperirentur dictim,

qui in canonicos eiusdem ecclesie recipi ac prefatum ordinem inibi profiteri vellent, si littere ac executio predictae non emanassent et, si predictarum suppressionis, erectionis et institutionis omnimodus¹⁾ prodierit effectus, gravia verisimiliter in partibus illis inconvenientia et scandala subsequenter, pro parte prepositi et capituli predictorum asserentium, quod interim prefatus episcopus de medio sublatus est, ac de persona Hermanni episcopi Vibergensis dicte ecclesie auctoritate apostolica provisum extitit, nobis fuit supplicatum, ut eis ac ipsi ecclesie super hiis oportune providere dignaremur. Nos itaque, qui de huiusmodi nobis expositis certam notitiam non habemus, discretioni vestre mandamus, quatinus, si et postquam, vocatis Hermannus episcopo predicto necnon aliis, qui fuerint evocandi, vobis de premissis expositis legitime constiterit, omnes lites, si que premissorum occasione indecise pendeant, penitus auctoritate nostra extinguentes, litteras predictas et quecunque inde secuta auctoritate predicta cassetis necnon ecclesiam prepositum et capitulum predictos adversus litteras et executionem huiusmodi in statum pristinum, quo videlicet erant, antequam dicte littere emanarent, ita etiam, quod quevis ecclesiastice sententie, si que forsitan dicta occasione contra prepositum predictum necnon singulares ex ipsis capitulo personas late sint, pro nullis et sublatis habeantur, eadem auctoritate restituatis. Datum Bononie 5. id. aprilis anno 7.

An. LXXX. de Adria.

Reg. Lat. 353 fol. 64 og i Suppl. 329 fol. 162; ogsaa Supplik (Concessum in presentia pape) i Suppl. 326 fol. 256 v.

1783.

9. April 1437.

Magister Bernardus de Zutvelde, der studerer i Bologna, faar motu proprio Kanonikat og Præbende samt Dekanatet i Lund (Indtægt 20 Mr.), ledige ved Hans Laxmands Valg til Ærkebiskop. Han giver samtidig Afkald paa Dekanatet i Roskilde.

Motu proprio Bernardo de Zutuelde magistro in artibus in nostra civitate Bononiensi in jure canonico studentii (*Dipl. dioc. Lund. III, 184*). Concessum in presentia pape. Jo. de Mella. Datum Bononie 5. id. aprilis anno 7.

Suppl. 326 fol. 257 v.

1784.

16. April 1437.

Paven giver Magister Bernardus de Zutvelde Kanonikat og Præbende i Roskilde, skønt han forud har Kanonikat og Præbende samt Dekanatet i Lund.

¹⁾ omnimodis Gz.

Bernardo de Zutuelde canonico Roskildensi magistro in artibus. Litterarum scientia, vite ac morum honestas [etc.]. Dudum siquidem omnes canonicatus et prebendas, que promovendi per nos ad quarumcunque ecclesiarum cathedralium regimina tempore promotionum huiusmodi obtinerent, inantea vacatura dispositioni nostre reservavimus. Cum itaque postmodum canonicatus et prebenda ecclesie Roskildensis, quos Johannes episcopus(!) Lundensis¹⁾ tempore promotionis per nos facte de persona sua ad ecclesiam Lundensem obtinebat, per promotionem huiusmodi et munus consecrationis sibi extra Romanam curiam impensum vacet, nos tibi, qui Bononie in iure canonico studes, canonicatum et prebendam predictos [fructus 7 mr.] conferimus et de illis etiam providemus, non obstante quod nos nuper tibi de canonicatu et prebenda [fructus 4 mr.] ac decanatu ecclesie Lundensis, qui dignitas inibi non tamen maior post pontificalem existit, et ad quem quis per electionem assumitur [fructus 16 mr.], tunc vacantibus et antea dispositioni apostolice reservatis gratiose duximus providendum. Datum Bononie 16. kal. maji anno 7.

Simili modo Aprutino et Zwerinensi ac Slesvicensi episcopis.

An. X. XII. pridie id. maji anno 7. de Adria.

Reg. Lat. 354 fol. 12.

1785.

16. April 1437.

Klerken Martinus Sander fra Schwerin Stift faar Kanonikat og Præbende og Dekanatet i Roskilde.

Supplicat Martinus Sander Zwerinensis diocesis clericus, quatinus sibi de canonicatu et prebenda ac decanatu, qui dignitas maior ac curatus et electivus existit ecclesie Roskildensis [fructus 20 mr.], per obitum Laurentii sive alias . . . vacent, dignemini providere. Concessum de utroque in presentia pape. Jo. de Mella. Datum Bononie 16. kal. maji anno 7.

Suppl. 329 fol. 69.

1786.

24. April 1437.

Paven befaler Abbeden i Holme Kloster i Odense Stift at bekræfte det af Odensepræsten Peder Jensen nyoprettede Hospital i Odense og dertil give Grund og Gods, som har tilhørt det tidligere, nu ødelagte Hospital.

Abbati monasterii de Insula dei Ottoniensis diocesis. Ad ea, que hospitalium [etc.]. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Petri Johannis presbiteri Ottoniensis petitio continebat, quod

¹⁾ rettet fra Roskildensis

olim ipse, pie considerans hospitale civitatis Ottoniensis, in quo pauperes peregrini infirmi et alie miserabiles persone recipi consueverant, destructum et solo equatum existere et aliud, ad quod huiusmodi pauperes et persone miserabiles ad civitatem confluentes eandem declinare possent, hospitale non esse, quoddam aliud tam de propriis quam a Christi fidelibus acquisitis bonis in alio loco infra dictam civitatem ad id magis congruo et honesto Naffnonis episcopi Ottoniensis accedente licentia ad honorem dei et b. Marie virginis gloriose sub vocabulo s. Spiritus ac ss. Antonii et Olavi cum capella et cimiterio pro inibi decedentium pauperum et infirmorum tumulandis corporibus hospitale construxit, huiusmodique cimiterium et capellam per episcopum prefatum consecrari obtinuit, ac nonnulla alia bona pro lectis, lectisterniis et aliis ad usum pauperum huiusmodi acquisivit, proponens etiam alia acquirere domino concedente. Quare pro parte dicti presbiteri nobis fuit supplicatum, ut constructioni, consecrationi et rerum bonorumque acquisitioni huiusmodi robur apostolice confirmationis adjicere necnon solum, in quo hospitale destructum huiusmodi situm erat, et alia bona quecumque ad illud spectantia necnon legata per Christi fideles eidem destructo hospitali facta et pro tempore facienda prefato de novo hospitali erecto concedere dignaremur. Nos itaque . . . discretioni tue mandamus, quatenus, si per summariam informationem per te super hiis auctoritate nostra habendam inveneris ita esse, constructionem et consecrationem necnon bona eidem novo hospitali huiusmodi cum supradictis [acquisita]¹⁾ ac justo titulo acquirenda auctoritate nostra predicta, parochialis et cuiuslibet alterius ecclesie jure salvo, appropries et confirmes, concessionem quoque soli et aliorum bonorum destructi hospitalis ac legatorum eidem factorum, et que pro tempore fieri contigerint, prefati et pro tempore existentis Ottoniensis episcopi consilio et consensu accedentibus, prefato novo hospitali auctoritate nostra predicta appropries et concedas. Datum Bononie 8. kal. maji anno 7.

An. X. de Adria.

Reg. Lat. 353 fol. 4 v.

1787.

4. Maj 1437.

Paven giver Aflad til dem, der paa bestemte Dage besøger Ribe Domkirke, som er brændt og paa Grund af Krige og andre Ulykker endnu ikke opbygget; Brevet gælder i 20 Aar.

¹⁾ add. Gz.

Universis Christi fidelibus presentes literas inspecturis. Etsi propheta docente dominum (*Terpager, Ripæ Cimbrica, 366—67*¹⁾; *Reg. 3603; Rep. 6913*). Datum Bononie 4. non. maji anno 7.

An. XXXV. de Adria.

Reg. Lat. 351 fol. 224. Ogsaa Supplik (Concessum de anno pluri in forma in presentia pape. C. Ariminensis) i Suppl. 328 fol. 59 v.

1788.

4. Maj 1437.

Ribekanniken Henrik Stangeberg faar Provstiet i Vardesyssel, hvorimod han saa er rede til at opgive Provstiet i Jellingsyssel; Ribekanniken Jens Nielsen faar et evigt Vikariat i Ribe Domkirke.

Dudum Nicolaus Petri canonicatum et prebendam ecclesie Ripensis necnon quandam perpetuam vicariam ad altare s. Jacobi in eadem, cui cura imminet animarum, obtinens preposituram in Wardesyssel in eadem, que personatus sive dignitas inibi et incompatibilis est, extilit assecutus necnon vicariam et preposituram predictas per mensem et ultra post et contra constitutionem Johannis pape XXII, que incipit *Execrabilis*, detinuit, prout detinet; et quia dicta prepositura per constitutionem eandem vacare censetur, supplicat Henricus Srankenverch (!) canonicus Ripensis, quatinus sibi de dicta prepositura [fructus 8 mr.] providere dignemini, non obstante quod dictus Henricus canonicatum et prebendam necnon preposituram in Jelingsyssel, que etiam personatus in dicta ecclesia est, etiam si curata et electiva sit [omnium fructus 6 mr.], obtinet. Paratus est autem dictus Henricus pefatam preposituram in Jelingsyssel dimittere, quamprimum etc. [c: vigore presentium preposituram predictam in Wardesyssel fuerit assecutus].

Item, cum dicta vicaria per assecutionem eiusdem prepositure in Wardesyssel vacare noscatur, supplicat Johannes Nicolai canonicus Ripensis, quatinus sibi de dicta vicaria, que curata est [fructus 3 mr.], providere dignemini, non obstante quod idem Johannes canonicatum et minorem prebendam dicte ecclesie Ripensis, in qua minores et majores prebende fore noscuntur [fructus 2 mr.], obtinet. Concessum pro utroque in presentia pape. C. Ariminensis. Datum Bononie 4. non. maji anno 7.

Suppl. 328 fol. 126 v.

¹⁾ Her dog med ufuldstændig Datering.

1789.

10. Maj 1437.

Præsten Henneke Hemmingsen faar pavelig Stadfæstelse paa det tidligere oprettede Helligaandshus i Aalborg og paa, at der skal gives Aflad til dem, som besøger eller støtter dette Hospital.

Exponitur pro parte Henekini Hemmingi presbiteri Vibergensis diocesis, quod olim consulatus et Christi fideles opidi in Aleborgh dicte diocesis, provide considerantes, quod nec in dicto opido nec etiam in partibus vicinis hospitalia pro pauperibus ac miserabilibus personis colligendis constructa erant, et propterea pauperes et persone predicti gravibus miseriis et incommoditatibus ac necessitatibus afficiebantur, pro illorum refocillatione de consilio et licentia ordinarii ac capitanei ibidem Erici regis Dacie quoddam hospitale in honorem et sub vocabulo s. Spiritus necnon b. Marie ac ss. Johannis Evangeliste, Martini et Lucie cum Christi fidelium, qui etiam adjutrices ad hoc porrexerunt manus, presidio cum domibus et locis pro receptatione pauperum et personarum predictorum et aliis commoditatibus aptatum construi fecerunt, in quo etiam ad presens diversi pauperes eo¹⁾ confluentes recipiuntur et secundum ipsius hospitalis facultates pie et humaniter tractantur ita, quod multorum erga dictum hospitale fidelium devotio ferventius et amplius continuo excitatur, premissorum omnium ordinaria auctoritate confirmationibus subsequitis. Ut igitur prefatum hospitale ad dei laudem et gloriam necnon pauperum et personarum predictorum consolationem et refugium copiosius incrementum suscipiat, necnon persone illius regimini preessentes ritibus et habitu decentibus utantur, supplicat igitur dictus Henekinus, qui unius ex primivis dicti hospitalis fundatoribus filius et propterea ad s. v. destinatus est, quatinus foundationem constructionem confirmationem predictas ac quecunque inde secuta ex certa scientia confirmare, quodque rectores dicti hospitalis pro tempore existentes ac illi, qui ad serviendum inibi venerint utriusque sexus, ritui ac habitui rectoris hospitalis s. Spiritus Lubicensis necnon aliorum inibi viventium et famulantium se conformare et ad instar illorum vestimentorum incedere necnon in prefato hospitali sive cimiterio ibidem decessentium corpora ecclesiastice sepulture tradi possint²⁾, concedere dignemini. Concessum in presentia pape. C. Ariminensis.

Item, ut pauperes ad dictum hospitale confluentes eo hu-

¹⁾ Cod. adeo ²⁾ Gz. — Cod. posse

manius et melius tractari valeant, ac prefatum hospitale citius in suis structuris perfici necnon decentius conservari possit, supplicat prefatus Henekinus, quatinus omnibus Christi fidelibus ad prefatum hospitale confluentibus sive illius ecclesiam, que de licentia ordinarii cum cimiterio consecrata est, visitantibus et ad perfectionem ac conservationem huiusmodi vel ipsorum pauperum et personarum subventionem adjutrices manus porrigentibus seu alias pias elemosinas inibi erogantibus septem annorum et totidem quadragenarum indulgentias, que tractu temporis non expirent, concedere dignemini. Concessum in forma in presentia pape. C. Ariminensis. Datum Bononie 6. id. maji anno 7.

Suppl. 328 fol. 233.

1790.

11. Maj 1437.

Magister Bernardus de Zutvelde lover at betale Annater af Dekanatet samt Kanonikat og Præbende i Lund (jfr. Nr. 1783).

[1437] Dicta die [5: 11. mensis maji] Bernardus de Zutuelde principalis obligavit se camere super annatis canonicatus et prebende ac decanatus ecclesie Lundensis [fructus 20 mr.], vacantium per promotionem Johannis ad ecclesiam Lundensem et munus consecrationis eidem impensum, collatorum eidem Bononie 5. id. aprilis anno 7.

Annate 1436—38 fol. 84 (Archivio di Stato). (Trykt Dipl. dioc. Lund. III, 185.)


1791.

21. Maj [1437] (?).

Baselerkonciliet giver Provsten og Konventet i Viborg Bekræftelse paa alle deres Privilegier¹⁾.

Sacrosancta generalis synodus Basiliensis in spiritu sancto legitime congregata universalem ecclesiam representans preposito et conventui monasterii Vibergensis ordinis canonicorum regularium s. Augustini. Cum a nobis petitur, quod justum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter, vestris justis postulationibus grato occurrentes assensu, omnes libertates et immunitates de Romanis pontificibus sive per privilegia seu alias indulgentias vobis ac monasterio vestro concessas necnon libertates et exemptiones secularium exactionum a regibus et principibus et aliis Christi fidelibus

¹⁾ Brevet er vist aldrig afsendt; det hele er overstreget, og i Marginen er tilføjet: Sic cassatum in originali. B.



vobis et monasterio vestro predicto indultas, sicut ea juste et pacifice obtinetis, vobis et per vos eidem monasterio auctoritate universalis ecclesie confirmamus, non obstantibus in premissis quibuscunque constitutionibus apostolicis contra privilegia et ordinationes dicti ordinis quomodolibet concessis, per quas regularis observantia dicti monasterii in aliquo censi possit suppressa vel extincta. Datum Basilee 12 kal. junii (!).

Suppl. 329 fol. 163 v.

1792.

23. Maj 1437.

Bernardus de Zutvelde lover ved Ærkedegnen Godske Rixstorp at betale Annater af Kanonikat og Præbende i Roskilde (jfr. Nr. 1784).

[1437] Dicta die [c: 23. mensis maji] Bernardus de Zutuelde principalis obligavit se camere super annata canonicatus et prebende ecclesie Roskildensis [fructus 7 mr.], vacantium per promotionem Johannis ad ecclesiam Lundensem et munus consecrationis eidem impensum, collatorum eidem Bononie 16. kal. maji anno 7. Item eadem die Gotschalcus Rixstorp archidiaconus Slesvicensis tamquam principalis et privata persona obligavit se nomine dicti Bernardi ad solvendum dictam annatam in curia infra 4 menses a die adeptæ possessionis pacifice incipiendos.

Annate 1436—38 fol. 90 v (Archivio di Stato).

1793.

30. Maj 1437.

Biskop Herman i Viborg og Sækulærkannikerne sammesteds faar det overdraget til Ærkebiskoppen i Lund, at han skal kassere Pavens Brev af 9. April (Nr. 1782) og lade Viborg Domkapitel vedblivende være sækulært.

Licet prefatus archiepiscopus¹⁾ ad litterarum predecessoris huiusmodi executionem rite processisset, ac omnia in eis contenta veritate subnixa sint, et in dicta ecclesia due dignitates ac decem canonicatus et totidem prebende instituti et de illis personis notabilibus provisum extiterit, et exinde divinus cultus non modicum incrementum suscepit, tamen Martinus Spargh occasione supradictarum litterarum synodi Basiliensis exorbitanter inibi expeditarum, videlicet cum clausula »non obstantibus etc.«, pacificum prelatorum et canonicorum secularium statum temerarie et scandalose turbare nisus est, aspirans, quod dicta ecclesia, que jam secularis effecta fuit, iterum regularis fieret, et ipse illius prepositus existeret, ut unacum duobus vel tribus canonicis regu-

¹⁾ Foran findes Bullerne Nr. 1512 (3. Nov. 1426), 1782 (9. April 1437) og 1791 (21. Maj 1437).

laribus, quos ipse ad nutum suum haberet, omnia emolumenta ipsius ecclesie, ex quibus, ut prefertur, duo prelati et etiam canonici seculares ad ipsius ecclesie decorem honeste deo servirent et divinum cultum peragerent, solus perciperet, et cultus huiusmodi minus debite fieret, et propterea ad Romanam curiam misit s. v. circumveniendo [et] ab e. s. supradictas litteras extorsit suggerendo illi multa, que omnino veritate carent, et, si eidem s. expressisset, quod a concilio Basiliensi illius litteras impetrasset et illarum pretextu tot et tanta scandala successissent, e. s. prefatas suas litteras nullatenus concessisset, ex quibus dissensiones, animarum pericula, ipsius ecclesie deformatio, divini cultus diminutio et inter Christi fideles partium illarum infinita scandala subsequenter, nisi per e. s. provideatur aut¹⁾ provisum est, quod littere predecessoris in vigore remaneant, et e. s. littere cassentur. Quare supplicant Hermannus episcopus Vibergensis et seculares canonici dicte ecclesie, quatinus super hiis paterne consulentes litteras e. s. predictas et quecumque inde secuta cassare necnon litteras predecessoris huiusmodi et ex illis secuta apostolica auctoritate et ex certa scientia cum suppletione defectuum etc. confirmare ipsosque seculares canonicos in statum pristinum, in quo, antequam littere e. s. emanarent, quomolibet erant, ad hoc etiam, quod littere predecessoris huiusmodi executionem habeant et effectum sortiantur ac viribus subsistant, restituere dignemini . . . Concessum et committatur metropolitano in presentia pape. C. Ariminensis. Datum Bononie 3. kal. junii anno 7.

Suppl. 329 fol. 161 -64 v.

1794.

30. Maj 1437.

Paven befaler Erkebiskoppen i Lund at kassere Brevet af 9. April (Nr. 1782) og lade Viborg Domkapitel vedblivende være sekulært.

Archiepiscopo Lundensi. Etsi Romanus pontifex [etc.]. Dudum siquidem Martino pape V pro parte Erici Dacie regis ac bone memorie Lagonis episcopi Vibergensis exposito [som Nr. 1782 indtil prout in ipsis litteris plenius continetur], et deinde, sicut exhibita nobis nuper pro parte Hermanni episcopi Vibergensis, de cuius persona interim dicte ecclesie apostolica auctoritate provisum extitit, necnon secularium canonicorum Vibergensium petitio continebat, supradictus Petrus archiepiscopus ad ipsarum litterarum executionem procedens, quia per dili-

¹⁾ Gz. — Cod. et

gentem per ipsum super expositis premissis habitam informationem ea reppererat¹⁾ veritate fulciri, assignationem suppressionem erectionem et institutionem fecit easdem. Et successive pro parte prepositi et canonicorum regularium eiusdem ecclesie nobis . . . falso suggesto, quod dictus Petrus archiepiscopus, preposito et canonicis regularibus dicte ecclesie ad hoc non vocatis, ad ipsarum litterarum executionem processerat ac de ipsius regis, infra cuius temporale dominium dicta ecclesia existit, voluntate nullatenus extitit [som Nr. 1782 indtil subsequenter], nos, huiusmodi suggestionibus circumventi, abbati monasterii Care-insule Arusiensis diocesis et alteri ipsius in ea parte college, eorum²⁾ propriis nominibus non expressis, per alias nostras litteras dedimus in mandatis, ut, si et postquam, vocatis dicto Hermanno episcopo necnon aliis, qui forent evocandi, ipsis de premissis suggestis legitime constaret, omnes lites, si que premissorum occasione indecise pendebant, penitus extinguerent ac litteras predecessoris huiusmodi necnon quecunque inde secuta cassarent necnon prepositum et regulares canonicos predictos adversus litteras et executionem huiusmodi in statum pristinum, in quo, antequam dicte littere ipsius predecessoris emanarent, quomodolibet fuerant, ita etiam, quod quevis ecclesiastice sententie, si que forsan contra prepositum et regulares canonicos predictos late fuerant, pro nullis et sublatis haberentur, restituerent. Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, in dicta ecclesia auctoritate litterarum predecessoris huiusmodi due dignitates necnon decem canonicatus et totidem prebende instituti et de illis personis notabilibus provisum fuerit, et exinde divinus cultus non modicum susceperit incrementum, necnon Martinus Spareh, qui se gerit pro preposito dicte ecclesie, illius prelatorum et secularium canonicorum statum pacificum temerarie et scandalose turbare nisus fuerit, ad hoc aspirans, quod dicta ecclesia, que secularis fuit effecta, iterum regularis ipseque illius prepositus existerent, ut unacum duobus vel tribus canonicis regularibus, quos ipse ad nutum suum ibidem assumeret, omnia emolumenta ipsius ecclesie, ex quibus, ut prefertur, duo prelati et decem seculares canonici ad ipsius ecclesie decorem honeste servirent altissimo et cultum divinum peragerent, solus perciperet, ac multa in eiusdem nobis litteris³⁾ suggeruntur, que omnino carent veritate, et ex ipsis nostris litteris, ad quarum executionem non-

¹⁾ Gz. — Cod. reppererit ²⁾ Cod. eorumque ³⁾ Gz. — Cod. eisdem nostris

dum est processum, varia dissensiones, animarum pericula et ipsius ecclesie deformatio ac eiusdem cultus diminutio et inter partium illarum Christi fideles scandala sequerentur, pro parte Hermanni episcopi ac secularium canonicorum predictorum nobis fuit supplicatum, ut super hiis oportune providere dignaremur. Nos itaque, scandalis singulorum, quantum cum deo possumus, obviare cupientes, fraternitati tue mandamus, quatenus, vocatis preposito et regularibus canonicis predictis necnon aliis, qui fuerint evocandi, super premissis auctoritate nostra te diligenter informes et, si per informationem huiusmodi tibi de expositis pro parte Hermanni episcopi et secularium canonicorum predictorum legitime constiterit, quodque ex aliis nostris litteris prefatis, si effectum sortirentur, dissensiones pericula deformatio diminutio et scandala premissa verisimiliter succederent, ipsas litteras nostras et quecunque inde secuta eadem auctoritate casses, ac predecessoris litteras huiusmodi et ex illis secuta necnon ea, que circa executionem predictam rite gesta sint, eadem auctoritate confirmes ac prefatos seculares canonicos in statum pristinum, in quo, antequam dicte alie littere nostre emanarent, quomodolibet erant, dicta auctoritate restituas. Datum Bononie 3. kal. junii anno 7.

An. L. de Adria.

Reg. Lat. 353 fol. 278.

1795.

4. Juni 1437.

De, der paa bestemte Dage besøger St. Mikkels Kirke i Odense, hvortil Ridderen Bjørn Olufsen (Bjørn) til Stensgaard har skænket Gods, faar tilstaaet Aflad.

Olim bone memorie Bero Olavi miles Ottoniensis diocesis de bonis a deo sibi collatis nonnulla possessiones et bona immobilia in certis locis, in cancellaria apostolica in confectione litterarum apostolicarum, si opus fuerit, exprimenda et [in] prefata diocesi consistentia et ad eum legitime pertinentia, ad altare s. Andree situm in capella ecclesie s. Michaelis Ottoniensis ordinis s. Johannis Jerusalemiani, quod quidem altare nullos redditus habuit, pro una missa singulis diebus in capella prefata per presbiteros dicte ecclesie pro anima ipsius Beronis imperpetuum celebratura (!), loci ordinarii confirmatione subsecuta, pia largitione donavit, prout in quodam instrumento publico exinde confecto plenius continetur. Ne igitur propter possessionum et honorum huiusmodi exilitatem, que annuatim ultra 1¹/₂ mr. non valent seu usufructant, tam pium opus imposterum pereat et

negligatur, sed potius ut presbiteri predicti onera sibi ratione misse prelibate incumbentia commodius supportare possint, necnon devotio Christi fidelium augeatur, dignetur s. v. omnibus vere penitentibus et confessis, qui in singulis per dictam cancellariam dari solitis festivitibus earumque octavis vel in aliqua alia speciali die in litteris apostolicis desuper conficiendis exprimenda capellam prefatam devote visitaverint annuatim et ad conservationem dicte perpetue misse manus adiutrices porrexerint necnon pro anima dicti Beronis oraverint, aliquam uberem et, que tractu temporis non expiret, indulgentiam sive de injunctis eis penitentiis relaxationem elargiri. Concessum in forma in presentia pape. C. Ariminensis. Datum Bononie 2. non. junii anno 7.

Suppl. 329 fol. 268.

1796.

6. Juni 1437.

Paven befaler Biskoppen i Børglum at bekræfte Indstiftelsen af et Helligaandshus i Aalborg (jfr. Nr. 1789).

Episcopo Burglanensi. Ex paterne caritatis officio [etc.]. Sane pro parte Henikini Henningi presbiteri Vibergensis diocesis nobis nuper exhibita petitio continebat, quod dudum de consensu et auxilio Hermanni episcopi Vibergensis ac consulatus et communitatis opidi Aleborgh dicte diocesis quondam Henningus Petri laicus ipsius Hennikini genitor quandam habitationem cum eius fundo in dicto opido consistentem pro usu infirmorum et pauperum ac aliarum personarum inibi deo famulantium sub nomine hospitalis sive domus s. Spiritus pie donavit, cui etiam consulatus et communitas predicti quendam fundum cum ceteris libertatibus attribuuerunt, ipseque episcopus, attendens, quod pauperes et persone predicti in prefato hospitali benigne recipiebantur et humaniter tractabantur, quodque in dicto opido et locis vicinis talia hospitalia constructa non fuerant, donationem et attributionem predictas ordinaria auctoritate confirmavit ac ipsius hospitalis ecclesiam in honorem dei et gloriose b. Marie virginis eius genitricis necnon ss. Johannis Evangeliste, Martini et Lucie consecravit ac voluit, quod dicti hospitalis persone se in illo ad perpetuo ibidem permanendum voto offerentes ad instar personarum hospitalis s. Spiritus Lubicensis incedant ac ipsis in ritu et habitu [se] conforment, et deinde prefatum hospitale infra trium proxime elapsorum annorum spatium ignis voragine quasi totaliter fuit

disolatam, sed interim piis Christi fidelium amminiculis illius edificia fuerunt plurimum reparata ita, quod ad presens in eo diversi pauperes et infirmi ac persone miserabiles colliguntur. Quare pro parte dieti Henikini nobis fuit supplicatum, ut donationi attributioni confirmationi consecrationi voluntati predictis pro firmiori illarum subsistentia robur apostolice confirmationis adicere dignaremur. Nos itaque, qui de premissis certam notitiam non habemus, fraternitati tue mandamus, quatenus super premissis omnibus auctoritate nostra te diligenter informes et, si per informationem huiusmodi tibi de donatione attributione confirmatione consecratione voluntate [predictis]¹⁾ legitime constiterit, tu illas et quecunque inde secuta necnon omnia in premissis rite gesta eadem auctoritate confirmes . . ., et nichilominus dicto Henikino, quod in eadem ecclesia eucharistie sacramentum necnon sanctum oleum²⁾ pro usu dictorum infirmorum cum debitis honore et reverentia in locis congruis et honestis conservari possint, eadem auctoritate concedas . . . Datum Bononie 8. id. junii anno 7.

An. XXII. de Adria.

Reg. Lat. 353 fol. 276; ogsaa Supplik (Concessum in presentia pape) i Suppl. 329 fol. 286.

1797.

1. Aug. 1437.

Klerken Simon Techel fra Roskilde Stift faar et evigt Vikariat i Greifswald i Camin Stift.

Supplicat Symon Techel clericus Roskildensis diocesis, quatenus sibi de quadam perpetua vicaria in parrochiali ecclesia Gripeswaldensi Caminensis diocesis sita, vacante per obitum Nicolai Rubenowe [fructus 3 mr.], dignemini providere, non obstante quod alias [sibi]¹⁾ per e. s. de parrochiali ecclesia s. Jacobi Gripeswaldensi fuit mandatum provideri et in jus cuiusdam Bernardi Droeghe surrogari, cuius lamen possessionem non est adeptus, sed super eadem in causarum palatio apostolico litigat. Concessum in presentia pape. C. Ariminensis. Datum Bononie kal. aug. anno 7.

Suppl. 332 fol. 299.

1798.

17. Sept. 1437.

Paven indsætter Biskopperne i Lübeck og Vexiö og Ærkedegnen i Rostock til Værneherrer for Lunde Ærkebiskop; Brevet skal gælde for 10 Aar.

¹⁾ add. Gz. ²⁾ Cod. oleoum

Lubicensi ac Vexionensi episcopis ac archidiacono Rostoccensi in ecclesia Zwerinensi. Ad hoc nos deus pretulit [etc. som Nr. 126]. Sane Johannis archiepiscopi Lundensis conquestione percepimus . . . (*Dipl. dioc. Lund. III, 189*), presentibus post decennium minime valituris. Datum Bononie 15. kal. oct. anno 7.

An. L. de Adria.

Reg. Lat. 364 fol. 268 v.

1799.

Sept. 1437.

Optegnelse om, at Ærkebiskop Hans Laxmand i Lund betaler Servispenge til Kardinalkollegiet.

[1437] Bononie die . . .¹⁾ mensis sept. Johannes episcopus (!) Lundensis solvit fl. 100. Fuit promotus Bononie 12. kal. junii anno 6. Fuerunt in eius promotione card. 11.

Oblig. 69 fol. 3 v. (Trykt *Dipl. dioc. Lund. III, 188*.)

1800.

5. Nov. 1437.

Klerken Bernardus de Zutvelde fra Schwerin Stift faar Kanonikat og Præbende samt Provstiet i Strengnäs, skønt han forud har Kanonikat og Præbende samt Dekanetet i Lund og et Præbende i Roskilde.

Supplicat Bernardus de Zutuelde clericus Zwerinensis diocesis, magister in artibus ac studens in vestra civitate Bononiensi in jure canonico, quatenus sibi de canonicatu et prebenda ac prepositura, que dignitas maior ac curata et electiva existit, ecclesie Strengenensis [fructus canonicatus et prebende 4 mr. ac prepositure 7 mr.] per obitum Brigeri [vacantibus] . . . dignemini providere, non obstantibus canonicatu et prebenda ac decanatu ecclesie Lundensis necnon prebenda Roskildensi, si que actu habeat [fructus omnium 26 mr.] . . . Concessum in presentia pape. C. Ariminensis. Datum Bononie non. nov. anno 7.

Suppl. 335 fol. 184 v.

1801.

15. Nov. 1437.

Paven befaler efter Ansøgning af Ærkebiskop Hans Laxmand Biskoppen i Vexiö inden eet Aar at reformere de Klostre i Lunde Stift, hvor Munkene føre et letsindigt Liv, da Ærkebiskoppen ikke selv er i Stand til at faa Bugt med Uordenen.

Episcopo Vexionensi. Inter curas multiples (*Dipl. dioc. Lund. III, 189—91*). Datum Bononie 7. kal. dec. anno 7.

An. LX. de Adria.

Reg. Lat. 357 fol. 271.

¹⁾ Staar mellem af 4. og 18. Sept.

1802.

2. Dec. 1437.

Paven befaler Ærkebiskoppen i Lund, Abbeden i Allehelgenskloster ved Lund og Kantoren i Lund at indsætte Domprovsten, Kongens Kapellan Peder Akselsen (Thott), der studerer i Bologna, til Provst og Prior i Dalby, for saa vidt hans Beskyldninger mod den nuværende Prior Hagen Friis, der havde brugt Vold mod en Præst, viser sig at være rigtige.

Archiepiscopo Lundensi et abbati monasterii Omnium sanctorum prope Lundis ac cantori ecclesie Lundensis. Nobilitas generis, vite ac morum honestas (*Dipl. dioc. Lund. III, 191—93*). Datum Bononie 4. non. dec. anno 7.

An. XXXX. 16. kal. jan. anno 7. de Adria.

Reg. Lat. 357 fol. 281 og (ufuldstændig) Reg. Lat. 335 fol. 320 v.

1803.

10. Dec. 1437.

Prioren og Kapitlet ved Domkirken i Odense faar pavelig Bekræftelse paa deres Privilegier og Innocens IV's Stadfæstelse af dem.

Dudum Innocentius papa IV ad humilem supplicationem prioris et capituli ecclesie Oltoniensis ordinis s. Benedicti ecclesiam ipsam sub b. Petri et sua protectione gratiose suscepit et privilegio apostolico communivit, in primis statuens, ut ordo monasticus, qui secundum deum et s. Benedicti regulam in eadem ecclesia institutus dinoscebatur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observaretur, preterea quascunque possessiones quecunque bona ipsa ecclesia tunc juste et canonice possidebat aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis prestante domino poterat adipisci, firma eisdem priori et capitulo et successoribus suis et illibata permanerent, in quibus propriis vocabulis duxit exprimendum, videlicet locum ipsum, in quo prefata ecclesia sita erat, cum omnibus pertinentiis suis curiam Veronis cum balneo coloni¹⁾ et molendinis ac aquarum decursibus, prata que dicuntur Bromath Pamath Akamath, silvam que dicitur Thorlund, redditus ad fabricam ipsius spectantes, qui denarii sancte (!) [Marie]²⁾ dicuntur etc., prohibens insuper inter alia, ut infra parrochie eorundem religiosorum fines nullus sine assensu diocesanæ episcopi et ipsorum religiosorum cappellam seu oratorium de novo constituere auderet, salvo privilegio Romanorum pontificum etc., ac alia privilegia concessit. Et ne de premissis ab aliquibus hesitetur, et pro illorum subsistentia firmiori pro parte modernorum prioris et capituli dicte ecclesie supplicatur, qua-

¹⁾ add. Gz. ²⁾ Jfr. Innocens IV's Bulle (trykt Dipl. Arna-Magn. I, 148).

tenus omnia privilegia, ut prefertur, concessa necnon dictas apostolicas litteras et quecunque inde secuta ex vestra certa scientia confirmare et corroborare seu etiam innovare, et nichilominus pro augmentatione et utilitate ipsius ecclesie ei[s]dem priori fratribus et capitulo, ut festum reliquiarum dicte ecclesie in proximo die dominico ante festum Corporis Christi annuatim inibi celebrari debeat, quodque prior, fratres et religiosi ipsius ecclesie extra annua officia togas et capucia honestas et honesta, quas et que per plures annos deferre consueverant, licite deferre possint, necnon quecunque possessiones et bona dicta ecclesia juste et canonice legitima prescriptione nunc obtinet et imposterum obtinere¹⁾ contigerit, eisdem [priori]²⁾ fratribus et religiosis et successoribus [suis]²⁾ firma et illibata permaneant, nullusque quod infra fines parochialium ecclesiarum dicte ecclesie cathedrali subjectarum campanile sive aliud edificium in prejudicium et gravamen ipsius ecclesie cathedralis edificare presumat, perpetuo concedere dignemini. Concessum de confirmatione et exhibeantur, in presentia pape. C. Ariminensis. Datum Bononie 4. id. dec. anno 7.

Suppl. 335 fol. 127 v.

1804.

10. Dec. 1437.

Klerken Mikkel Makenis fra Roskilde Stift, som er Notar ved Kuriem, skal nyde de Kurialerne tildelte Privilegier, skønt han nogen Tid har været paa en Rejse hjem (i Kuriens Tjeneste).

Cum Michael Makenisse clericus Roskildensis diocesis sacri palatii apostolici causarum notarius, postquam per plures annos Romanam curiam continue secutus fuerit et ad partes pro executione certarum litterarum apostolicarum facienda iverit et jam ultimo ad eandem curiam reversus intendat in eadem remanere, supplicat igitur idem Michael, quatenus sibi, ut premissa absentia sua a dicta curia non obstante privilegiis sequentibus dictam curiam concessis et concedendis, ac si ab eadem curia se minime absentasset eamque continue secutus fuisset, gaudere possit, concedere dignemini. Concessum ad futura, in presentia pape. C. Ariminensis. Datum Bononie 4. id. dec. anno 7.

Suppl. 335 fol. 95 v.

1805.

16. Dec. 1437.

Optegnelse om, at Biskop Jens (Pedersen Jernskæg) i Roskilde betaler en Del af sine Servispenge til Kardinalkollegiet.

¹⁾ Gz. — Cod. obtineri ²⁾ add. Gz.

[1437] Bononie die 16. mensis dec. Johannes episcopus Roskildensis solvit fl. 60 sol. 16 den. 8. Fuit promotus Rome 7. id. jan. anno 1. Fuerunt in eius promotione card. 12.

Oblig. 69 fol. 8 v.

1806.

18. Dec. 1437.

Biskop Jens (Pedersen Jernskæg) i Roskilde betaler en Del af sine Servispenge til Kardinalkollegiet og faar Eftergivelse af Resten.

Angelottus etc. [sacri collegii . . camerarius], quod, cum Johannes episcopus Roskildensis pro resta suorum communis et minuti servitiorum summam fl. auri de camera 120 sol. 33 den. 4 camere dicti collegii etc. solvere teneatur et existat efficaciter obligatus, hinc est, quod dictum collegium etc. similes fl. 60 sol. 16 den. 8 de eius liberalitate remisit etc., quos nos de consensu et voluntate unanimi prefatorum cardinalium, illorum presertim, quorum interest, remittimus et donamus etc., qua remissione sic facta prefatus Johannes episcopus pro residuo et complemento eorundem communis et minuti servitiorum, in quibus etc. ac termino jam diu elapso etc., solvit (!) fl. similes 60 sol. 16 den. 8 nobis etc. per manus honorabilium virorum Cosme et Laurentii de Medicis et sociorum suorum etc. die date presentium solvi fecit realiter et cum effectum. De quibus etc. Et insuper etc. Secum etc. In quorum etc. Datum Bononie die 18. mensis dec. pontificatus anno 7. fl. 4 gr. 4.

Oblig. 68 fol. 5.

1807.

3. Jan. 1438.

Klerken Simon Techel fra Roskilde Stift faar en Maanedes Udsættelse med Udstedelsen af Provisionsbrevet paa St. Jakobs Kirken i Greifswald i Camin Stift.

Nuper s. v. Symoni Techel clerico Roskildensis diocesis de parrochiali ecclesia s. Jacobi Gripeswaldensi Caminensis diocesis gratiose concessit provideri; et, quia tempus de expediendis litteris satis in brevi instare videatur, quare supplicat prefatus Symon, quatenus prefatum tempus usque ad unum mensem a fine dicti temporis inantea computandum prorogare dignemini. Concessum in presentia pape. C. Ariminensis. Datum Bononie 3. non. jan. anno 7.

Suppl. 336 fol. 27.

1808.

10. Jan. 1438.

Paven befaler Prioren i Dalum Kloster og Provsten i Odense at kassere Brevet af 24. April 1437 (Nr. 1786), da Grunden tilhører Kapitelsbordet.

Priori monasterii in Dalum Ottoniensis diocesis et preposito ecclesie Ottoniensis. Sedis apostolice providentia [etc.]. Dudum siquidem pro parte Petri Johannis presbiteri Ottoniensis nobis exposito, quod olim ipse, pie considerans hospitale civitatis Ottoniensis . . .¹⁾ destructum et solo equatum existere . . .¹⁾, quoddam aliud tam de propriis quam a Christi fidelibus acquisitis bonis in alio loco infra dictam civitatem ad id magis congruo et honesto de licentia Naffnonis episcopi Ottoniensis cum capella et cimiterio . . .¹⁾ hospitale construxerat huiusmodique capellam et cimiterium per dictum episcopum consecrari obtinuerat . . .¹⁾, nos tunc per alias nostras litteras certo dedimus iudici in mandatis, ut constructionem et consecrationem . . .¹⁾ confirmaret, necnon solum, in quo prefatum destructum hospitale situm erat, et alia bona quecunque ad illud spectantia et legata per Christi fideles eidem destructo hospitali facta tunc et extunc inantea facienda prefato de novo erecto hospitali concederet. Cum autem, sicut exhibita nobis nuper pro parte prioris et capituli ecclesie Ottoniensis ordinis s. Benedicti petitio continebat, prefatum antiquum hospitale cum solo predicto ad ecclesiam predictam sive eius capitularem mensam pertineat ac per eisdem capitulum infra septa seu emunitates dicte ecclesie fundatum fuerit, de quo in dictis litteris nulla mentio facta extitit, ac propterea ille in non modicum prioris et capituli necnon ecclesie et mense prefatorum prejudicium emanaverint, pro parte ipsorum prioris et capituli nobis fuit supplicatum, ut super hoc eorum ac dictorum (!) ecclesie et mense statui et indemnitati oportune consulere dignaremur. Nos igitur, de premissis certam notitiam non habentes, discretioni vestre mandamus. quatenus, si vocatis dicto presbitero et aliis, qui fuerint evocandi, vobis legitime constiterit, quod hospitale antiquum cum solo et aliis bonis, ut prefertur, pertineat, quodque illud infra septa seu emunitates huiusmodi fundatum existat, litteras predictas in ea parte dumtaxat, in qua priori et capitulo necnon mense et ecclesie predictis prejudiciales existant, etiam si ad illarum executionem processum sit, huiusmodique processus ac omnia inde secuta auctoritate predicta cassetis necnon prefatos priorem, capitulum, ecclesiam et mensam in omni jure, quod tempore date litterarum huiusmodi in hospitali antiquo necnon solo aliisque

¹⁾ Som ovenfor Brevet af 24. April 1437 (Nr. 1786).

bonis predictis habebant, restituatis. Datum Bononie 4. id. jan. anno 7.

An. XXV. de Adria.

Reg. Lat. 352 fol. 147. Jfr. Rep. udat. 430.

1809.

10. Jan. 1438.

Paven befaler Abbeden i Holme Kloster i Odense Stift at bekræfte Odensekapitlets Privilegier, som allerede tidligere er bekræftede af Ærkebiskop Peder (Lykke) i Lund.

Abbati monasterii de Insula dei Ottoniensis diocesis. Ex debito ministerii pastoralis [etc.]. Sane pro parte prioris et capituli ecclesie Ottoniensis ordinis s. Benedicti nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim bone memorie Petrus archiepiscopus Lundensis Svecie primas et apostolice sedis legatus, provide attendens et ex relatione prioris et capituli predictorum informatus, quod nonnulli satellites sacre religionis emuli priorem et canonicos dicte ecclesie in suis juribus et libertatibus impedire ac per diversa damna, incommoda et disturbia vexare et assidue gravare non verebantur, ecclesiam predictam ac illius priorem et canonicos sub sua ac sedis metropolitane protectione specialiter recepit defendendos ac omnia litteras et privilegia super quibuscunque gratiis tam a predecessoribus suis archiepiscopis Lundensibus quam episcopis Ottoniensibus necnon aliis prelatis [et]¹⁾ principibus quibuscunque dictis priori et canonicis concessa ex certa scientia confirmavit. . . . Quare prior et canonici predicti nobis supplicarunt, ut receptioni [et] confirmationi predictis ac aliis premissis robur apostolice confirmationis adjicere et alias eis super hiis oportune providere dignaremur. Nos itaque, qui de premissis certam notitiam non habemus, discretioni tue mandamus, quatenus super premissis omnibus auctoritate nostra te diligenter informes et, si per informationem huiusmodi ita esse reppereris, receptionem, confirmationem ac quecunque inde secuta auctoritate nostra et ex certa scientia confirmes. . . . Datum Bononie 4. id. jan. anno 7.

An. XXX. de Adria.

Reg. Lat. 352 fol. 166.

1810.

18. Jan. 1438.

Slesvigkanniken Conrad fra Kiel faar Lov til at modtage og beholde to ellers uforenelige Beneficier for et Tidsrum af 5 Aar.

Supplicat Conradus de Kiil canonicus ecclesie Slesvicensis licentiatus in decretis, quatinus secum, ut quecunque duo bene-

¹⁾ add. Gz.

ficiā cum cura aut alias incompatibilia, . . . si sibi canonice conferantur . . ., recipere et insimul, quoad vixerit, retinere eaque dimittere et loco dimissorum duo se (!) invicem incompatibilia beneficia recipere et retinere libere valeat, dignemini dispensare. Concessum ad quinquennium, in presentia pape. C. Ariminensis. Datum Bononie 15. kal. febr. anno 7.

Suppl. 337 fol. 139.

1811.

20. Febr. 1438.

Klerken Simon Techel fra Roskilde Stift faar forlænget Fristen med Udstedelse af et Provisionsbrev paa St. Jakobs Kirke i Greifswald med endnu een Maaned (jfr. Nr. 1807).

Nuper s. v. tempus de expediendis litteris super parrochiali ecclesia s. Jacobi Gripeswaldensi Caminensis diocesis alias vacatura pro Symone Techel clerico Roskildensis diocesis conficiendis ad unum mensem inclusive a fine dicti temporis de expediendis litteris inantea computando prorogavit . . . Cum autem finis eiusdem mensis in proximo et satis in brevi instare videatur, et dictus Symon propter graves sibi supervenientes occasiones litteras apostolicas super ipsa ecclesia conficiendas in tam brevi instanti tempore expedire absque eo, quod tempus huiusmodi sibi non currat, non valeat, dignetur igitur e. s. prefatum mensem a fine eius computando ad unum medium mensem ulterius prorogare. Concessum ad secundum mensem in presentia pape. C. Ariminensis. Datum Ferrarie 10. kal. martii anno 7.

Suppl. 337 fol. 124 v.

1812.

11. Marts 1438.

Slesvigkanniken Conrad Cordes faar Lov til at faa udstedt et Brev paa Kanonikat og Præbende i Lübeck med Angivelse af, at han har Sognekirken i Lebrade og evige Vikariater i Oldenburg, Rendsborg og Flemhude.

Dignetur s. v. litteras apostolicas pro Conrado Curdes, in decretis cum rigore examinis licentiato canonico Slesvicensi, super quadam commissionis gratia sibi per s. v. de canonicatu et prebenda ecclesie Lubicensis gratiose facta cum expressione, quod idem Conradus parrochialem ecclesiam in Libraden et unam in de Oldenborch Lubicensis diocesis et aliam in de Rendesborch necnon etiam aliam in de Vleirehude Bremensis et Slesvicensis diocesum parrochialibus ecclesiis perpetuas sine cura vicarias [omnium fructus 18 mr.] obtinet, in cancellaria

apostolica expediri mandare. Concessum in presentia pape. C. Ariminensis. Datum Ferrarie 5. id. martii anno 8.

Suppl. 338 fol. 75 v.

1813.

11. Marts 1438.

Klerken Morten Dalmer fra Roskilde Stift faar et Ventebrev af 11. Marts 1437 udstrakt til at gælde for to Beneficier.

Pridem s. v. Martino Dalmari clerico Roskildensis diocesis sub data 5. id. martii anno 7 gratiam fecit expectativam... Verum quia prefatus Martinus propter pluralitatem expectantium exilitatemque beneficiorum [ac]¹⁾ plerisque aliis de causis nullum ex gratia ipsa sperat posse consequi fructum, supplicat igitur Martinus predictus, quatinus litteras apostolicas super ipsa gratia conficiendas sub data 5. id. martii anno 7. ad duo beneficia expediri mandare dignemini. Concessum in presentia pape. C. Ariminensis. [Datum Ferrarie 5. id. martii anno 8.]

Suppl. 327 fol. 162 v.

1814.

5. April 1438.

Klerken Nicolaus de Bucken fra Bremen Stift faar et tidligere bevilget Ventebrev udvidet til at gælde Kanonikat og Præbende i Slesvig Domkirke.

Dignetur s. v. litteras apostolicas super gratia expectativa Nicolao de Bucken clerico Bremensis diocesis ad duas collationes et unum beneficium facta [conficiendas]¹⁾ ad canonicatus et prebendas cathedralis ecclesie Slesvicensis expediri mandare gratiose. Concessum in presentia pape. C. Ariminensis. Datum Ferrarie non. aprilis anno 8.

Suppl. 327 fol. 186 v.

1815.

5. April 1438.

Oslokanniken Jakob Olufsen, som var bleven valgt og derefter ved pavelig Provision udnævnt til Dekan i Roskilde, faar en ny Udnævnelse, da den forrige ikke var bleven gjort gældende i Tide.

Alias s. v. Jacobo Olau canonico Asloensi (*Dipl. Norv. XVII, 431*). Concessum in presentia pape. C. Ariminensis. Datum Ferrarie non. aprilis anno 8.

Suppl. 341 fol. 146.

1816.

5. Juli 1438.

Klerken Joar Eskilsen fra Oslo Stift faar Ret til skønt uægte født at befördres til højere gejstlige Værdigheder i de tre nordiske Riger og forene indtil 5 Embeder. Det oplyses, at han i fem Aar har studeret »in artibus« og nu vil studere kanonisk Ret.

¹⁾ add. Gz.

Supplicat Joarus Eschilli clericus Asloensis diocesis (*Dipl. Norv. XVII, 431—32*). Concessum in presentia pape. C. Ariminensis. Datum Ferarie 3. non. julii anno 8.

Suppl. 342 fol. 189 v.

1817.

21. Juli 1438.

Klerken Joar Eskilsen fra Oslo Stift faar fornyet Ret til skønt uægte født at kunne befordres til højere gejstlige Værdigheder i de tre nordiske Riger, da en pavelig Forordning har givet disse en Undtagelsesstilling.

Cum s. v. Joaro Eschilli clerico Asloensis diocesis (*Dipl. Norv. XVII, 434—35*). Concessum in presentia pape. C. Ariminensis. Datum Ferarie 12. kal. aug. anno 8.

Suppl. 327 fol. 203 v.

1818.

5. Sept. 1438.

Paven befaler en dansk Biskop at stadfæste Oprettelsen af Birgittinerklostret i Maribo og de Gaver, Kong Erik havde skænket dertil.

..... [expo]sita fuerint, loco quorum narrari debuisset, quod olim prelibatus rex zelo fidei et devotione accensus cupiens prime institutricis Lincopensis diocesis sub regula s. Augustini a sede predicta approbatum magis augmentari et pre[honorari in emunitate ecclesie Skemminge] episcopi et dicte] ecclesie rectoris licentia et consensu pro sua et clare memorie Margarete dictorum regnorum regine ac aliorum s. includendis in uno et in alio locis omnino ab invicem distinctis et separatim firmissime munitis, videlicet in [una magna curia pro v] officia pro tempore celebraturis ac certis conversis etiam includendis et in dicto ordine s. Salvatoris juxta instituta [morem et regulam monasterii in Wazsteno huiusmodi conventualiter et] separata et munita edificia necessaria cum nova ecclesia cimiterio campanili campana ortis ortaliciis et aliis n[ecessariis officinis, que ipse rex monasterium et conventum in Mariebo nominaverit] cum parrochiali ecclesia huiusmodi ac certa possessiones loca et bona quamplurima tunc expressa, predicta portione pro [dicto rectore modo premissa reservata, eidem monasterio in Mariebo, abbatisse, monialibus, confessori, fratribus et conventui] donaverat ac alias ipsum monasterium in Mariebo sufficienter dotaverat, et, sicut eadem petitio subjungebat, prenominatus rex juxta dicte rei veritatem suprapositam emendari et convalidari, pro parte eiusdem regis nobis fuit humiliter supplicatum, ut in pre [Nos igitur huius-

modi] supplicationibus inclinati fraternitati tue mandamus, quatinus, si est ita, prefatis abbatisse monialibus confess[ori] et per omnia valeant plenamque roboris firmitatem optineant, ac si in eis premissa rite ac veraciter exposita fuissent, si qui forsan intervenerint in eisdem, et insuper, si huiusmodi concessionem et suppletionem per te presentium vigore fieri contigerit, membra extunc inantea perpetuis futuris temporibus omnibus privilegiis [a] sede concessis plene et libere in omnibus integre valeant gaudere, sicut dicti monasterii loca et persone [Datum] Ferrarie 1438 non. sept. pontif[icatus anno 8]¹⁾.

Optaget i et Exekutionsbrev fra Biskoppen af 27. Maj 1439 (R. A. Maribo; over Halvdelen af Brevet er bortskaaret. L. Dipl.; Uddrag i Rep. 7009).

1819.

6. Sept. 1438.

Paven giver Generalkonfessoren og Munkene i Maribo Kloster Ret til at modtage Skriftemaal af og give Syndsforladelse til Besøgende af Klostret.

Confessori generali et monachis, fratribus nuncupatis, monasterii in Marienbo, per confessorem generalem in spiritualibus gubernari soliti, ordinis s. Augustini, s. Salvatoris nuncupati, Ottoniensis diocesis presentibus et futuris. Sacre religionis [etc.]. Cum itaque, sicut exhibita nobis nuper pro parte vestra petitio continebat, tam ad monasterii vestri, quod in insula quadam maribus altis undique circumdata situm est, et in cuius certa parte a vestri habitatione muris altis mediantibus semota penitus et distincta, nonnullae ipsius monasterii moniales cum earum et illius abbatissa sub perpetua clausura pieque vite studio in spiritu humilitatis pro tempore divinis²⁾ deservire non cessant, quam ad parrochiam in Skemminge dicte diocesis in eadem insula similiter consistentem ac ipsi monasterio canonice annexam ecclesias illarumque ac eiusdem monasterii emunitates quam pluri utriusque sexus Christicole causa devotionis certis singulorum annorum temporibus convenire et ibidem etiam aliquando, maris tempestate et aliis impedimentis causantibus³⁾, per non modicum tempus moram trahere sint soliti, necnon interim huiusmodi devotionis fervore succensi etiam quandoque ex eis infirmi confessionis et eucharistie sacramenta in monasterio ecclesiis et emunitatibus predictis a vobis recipere concupiscant, nos, qui cunctorum fidelium salutem querimus animarum, vobis, ut tu,

¹⁾ Prikkerne betegner Lakuner og det i [—] satte er taget fra Exekutionsbrevet. ²⁾ Cod. divino ³⁾ Gz. — Cod. cessantibus

fili confessor, et singuli alii ex vobis presbiteri idonei, quos ad hoc tu, fili confessor, duxeris eligendos, omnium utriusque sexus fidelium ad monasterium, ecclesias et emunitates huiusmodi causa devotionis, ut prefertur, pro tempore convenientium et dicta sacramenta humiliter et devote requirentium confessionibus, quotiens opus fuerit, diligenter auditis, eis pro commissis etiam in casibus episcopalibus debitam absolutionem impendere et penitentiam salutarem injungere ipsisque huiusmodi eucharistiam per vicarios a vobis in eadem parrochiali ecclesia pro tempore constitutos ministrare, vota quoque, si qua idem confitentes emiserint, que impedimento obstante legitimo commode adimplere non poterunt, in casibus videlicet tantummodo, in quibus episcopi auctoritate ordinaria commutandi potestatem habent, in alia pietatis opera, prout illorum animarum saluti expedire videritis, commutare libere valeatis . . ., tenore presentium indulgemus, jure tamen parrochiali et quolibet alieno in omnibus semper salvo. Datum Ferrarie 8. id. sept. anno 8.

Afskrift (indtaget i Vidimation af 28. Sept. 1444) i Vadstena Klosters Kopibog A 19 (tidl. A 23) fol. 119 v (Riksarkivet i Stockholm).

1820.

22. Sept. 1438.

Kong Erik fritages for at betale Annater for en pavelig Bekræftelse paa Oprettelsen af [et Kloster i Vadstena?]

[1438] Die 22. eiusdem [mensis sept.] una bulla perinde valere pro Erico rege Dacie Sclauorum et Gothorum rege super quadam confirmatione unius erectionis alias facte per Urbanum V et Gregorium XI. Restitutum sine obligatione de mandato dominorum de camera.

Annate 1438—42 fol. 320 v (Archivio di Stato).

1821.

24. Sept. 1438.

Beboerne i Maribo Kloster faar bevilget, at deres Skriftefader kan give dem Syndsforladelse i en Række Tilfælde.

Supplicant abbatissa et moniales necnon confessor generalis et fratres perpetuo incluse et inclusi monasterii in Mariebo ordinis s. Salvatoris Ottoniensis diocesis, quatenus ipsis et eorum sororibus et fratribus etiam ab extra eis servientibus presentibus et futuris, ut eorum confessor predictus et alii ex dictis fratribus, qui pro tempore fuerint, presbiteri per eum deputandi ipsarum vel ipsorum quamlibet vel quemlibet semel tantum ab omnibus peccatis, etiam si talia forent, de quibus sedes aposto-

lica esset merito consulenda, absolvere possint, qui etiam confessor pro tempore existens per se vel eligendum ab eo quemlibet fratrem presbiterum pro presenti professum et in futurum perpetuis temporibus professurum prefati monasterii a quibuscunque excommunicationis, suspensionis et interdicti sententiis sive ab homine sive a jure in eum generaliter latis ac etiam prefate sedi reservatis necnon censuris et penis aliis ecclesiasticis quavis occasione per eum in officiis, administrationibus sive ordinibus contractis¹⁾ absolvat etiam semel ipsique penitentiam debitam et possibilem injungat, ac secum similiter semel super irregularitate et inabilitate quomodocunque contractis dispenset, homicidio, bigamia et mutilatione membri dumtaxat exceptis, omnesque inabilitatis et infamie maculas circa eum penitus aboleat, insuper a censuris, quas ex inadvertentia vel ignorantia quemlibet fratrum predictorum incurrere contingeret, quotiens opus fuerit, etiam absolvere, necnon [secum]²⁾ super irregularitate celebrando divina ex talibus censuris contracta dispensare, ac in casibus episcopo reservatis etiam, quotiens opus fuerit, absolvere possit, item etiam, ut confessor eorum predictus vel ab eo deputandi omnium peccatorum suorum, de quibus corde contriti et ore confessi fuerint, semel tantum in mortis articulo plenam remissionem ipsis fratribus et sororibus presentibus et futuris in sinceritate fidei, unitate s. Romane ecclesie ac obediencia et devotione v. s. vel successorum vestrorum . . . canonicè intrantium persistentibus auctoritate apostolica concedere valeat, et insuper, quod singulis ebdomadibus per unum annum ultra jejunia juxta regulam dicti monasterii per eos observanda septem psalmos penitentiales ex injuncta eis penitentia dicere teneantur, quos confessor prefatus secundum personarum conditionem ac, prout animarum ipsarum saluti expedire viderit, commutare valeat in alia opera pietatis, proviso quod, si persone huiusmodi, quod absit, ex confidentia remissionis prefate aliqua forsitan illicita committerent, quoad illa dicta remissio nullatenus suffragetur, [concedere dignemini]²⁾. Concessum de omnibus, quamdiu fuerint in observantia regulari, in presentia pape. Cristoforus Ariminensis. Et quod huiusmodi supplicationis signatura sola sufficiat absque eo, quod apostolice desuper littere conficiantur. Concessum. C. Ariminensis. Datum Ferarie 8. kal. oct. anno 8.

Original paa Papir i Upsala Univ.-Bibl. (Cod. C. 46. Benz. fol. 78).

¹⁾ Gz. — Cod. commissis ²⁾ add. Gz.

1822.

19. Dec. 1438.

Prioren Hagen Friis i Dalby faar bevilget, at der maa blive udnævnt Dommere, der kan genindsætte ham i Embedet, hvis det ved forudgaaende Undersøgelse viser sig, at Domprovsten Peder Akselsen (Thott) er gaaet ulovligt frem mod ham. Denne havde nemlig faaet Lov til at bemægtige sig Prioratet, hvis det viste sig, at en Række graverende Beskyldninger mod Hagen Friis var sande, men havde i Stedet trængt sig ind i dette uden lovlig Undersøgelse.

Dudum pro parte cuiusdam Petri Absolonis (*Dipl. dioc. Lund. III, 196—97*). Concessum in presentia pape. C. Ariminensis. Datum Ferarie 14. kal. jan. anno 8.

Suppl. 346 fol. 97.

1823.

31. Dec. 1438.

Hagen Friis faar ny Provision paa Prioratet i Dalby Kloster. Han oplyser, at dette i 1428 blev ledigt ved Knud Jensens Resignation, og at dernæst Ærkebiskop Peder Lykke efter Klosters Valg stadfæstede ham, der i Forvejen var Kannik der, som Prior. I denne Stilling havde han skaffet Klosteret nogle afhændede Ejendomme tilbage. 2. Dec. 1437 (Nr. 1802) havde Paven, i Tillid til nogle falske Anklager fra Provsten Peder Akselsen (Thott) i Lund, overdraget Ærkebiskoppen og Kantoren i Lund samt Abbeden i Allehelgensklostret ved Lund at undersøge disse Anklager og, hvis de var sande, overdrage Peder Akselsen Prioratet [Indtægt 25 Mr.]. Hagen Friis, der i Kong Eriks Ærinde var paa Vejen til Rom, erfarede dette i Nürnberg. Han forestiller nu Paven, at han er Kongens Kapellan, og at han ikke i sin Alder (60 Aar) bør tvinges til at tigge; desuden har Peder Akselsen, der i Forvejen besidder mange Præbender, indtrængt sig i Prioratet uden Undersøgelse. Udnævnelsen af Peder Akselsen kasseres derfor. Det oplyses, at Hagen Friis i Forvejen har Ret til Provstiet i Vestervig [Indtægt 20 Mr.].

Vacante dudum de anno 1428 prioratu monasterii Dalbiensis (*Dipl. dioc. Lund. III, 198—200*). Concessum de restitutione et nova provisione constituto de intrusione adversarii supplicante non vocato, in presentia pape. C. Ariminensis. Datum Ferarie pridie kal. jan. anno 8.

Suppl. 346 fol. 172 v.

1824.

[1438.]

Ærkebiskop Hans (Laxmand) i Lund anmoder Baselerkonciliet om, at en norskfødt Biskop (Thorlav i Viborg) og en danskfødt Biskop (Jens i Oslo) maa bytte Embeder og hver komme til sit Fødeland, da de som Udlændinge ikke er Almuen til Behag.

Sacrosancte generali synodo in spiritu sancto congregata . . . Johannes archiepiscopus Lundensis . . . Alma mater ecclesia (*Dipl. Norv. VII, 406—07; Reg. *5218*). Scriptum etc.

Afskrift i Bartholin D. 848—50.

1825.

Jan. 1439.

Paven meddeler Kong Erik, at han paa Grund af Pesten i Ferrara har maattet flytte Konciliet til Tilvejbringelsen af Unionen med Grækerne til Florens, hvortil han samme Dag er ankommen. Han opfordrer derfor Kongen til at sende sine Udsendinge til Florens.

Erico regi Dacie. Cum varie nobis multiplices (*Raynaldus (Luca 1752) IX, 286—87; Reg. 3616*)¹⁾. Datum Florentiæ anno 1438.

Reg. Vat. 367 fol. 67.

1826.

9. April 1439.

Klerken Nicolaus de Bucken fra Bremen Stift faar St. Laurentius Kapellet i Slesvig Dømkirke, som han allerede forud havde haft Ventebrev paa.

Nuper vacante perpetuo beneficio curato, capella sive choro s. Laurentii in ecclesia Slesvicensi nuncupato, per obitum Conradi Valuatoris, Nicholaus de Bucken clericus Bremensis diocesis vigore sue gratie expectative sibi per s. v. facte dictam capellam sive chorum s. Laurentii acceptavit ac sibi de eadem obtinuit provideri, acceptationemque et provisionem insinuavit. Dubitat tamen idem Nicholaus acceptationem et provisionem et insinuationem huiusmodi viribus non subsistere. Supplicat igitur . . . quatenus sibi de dicta capellania sive choro s. Laurentii [fructus 10 mr.] dignemini providere de novo, non obstante perpetua vicaria in parrochiali ecclesia Lundensi Bremensis diocesis [fructus 4 mr.], cuius possessionem habere dubitat . . . Concessum in presentia pape. C. Ariminensis. Datum Florentie 5. id. aprilis anno 9.

Suppl. 350 fol. 165 v.

1827.

15. April 1439.

Hagen Friis lover at betale Annater af Prioratet i Dalby Kloster.

[1439] Dicta die [v: 15. mensis aprilis] Haquinus Friis principalis obligavit se camere super annata prioratus monasterii Dalbyensis ordinis s. Augustini Lundensis diocesis [fructus 25 mr.], vacantis per modum nove provisionis, collati eidem Florentie anno ut supra 14. kal. aprilis anno 9.

Annate 1438—42 fol. 55 (Archivio di Stato). Trykt Dipl. dioc. Lund. III, 201.

1828.

19. April 1439.

Søren Iversen lover gennem sin Prokurator Erik Torgersen at betale Annater af Provstiet i Vestervig.

¹⁾ Med Aaret 1438 og flere Fejl.

[1439] Dicta die [5: 19. mensis aprilis] Ericus Turgeri procurator et nomine procuratorio, prout publico instrumento constabat, obligavit se camere nomine Seuerini Iuari super annata prepositure ecclesie Westerwicensis ordinis s. Augustini diocesis Burglanensis [fructus 16 mr.], vacantis per modum nove provisionis, collate eidem Florentie anno ut supra 4. id. aprilis anno 9.

Annate 1438—42 fol. 59 (Archivio di Stato).

1829.

22. April 1439.

Søren Iversen betaler Annater af Provstiet i Vestervig ved Kanniken Erik Torgersen.

Universis etc. Angelus etc. Universitati, quod Seuerinus Ywari prepositus monasterii Westerwicensis ordinis s. Augustini Burglanensis diocesis pro totali et integra solutione annate seu medii fructus etc., in quibus camere apostolice sub certis penis etc. extitit efficaciter obligatus, ad summam 32 fl. auri de camera cum prefata camera apostolica composuit etc., quos etc., F. de Padua etc. pro ipsa camera recipiente, per manus Erici Turgerii canonici dicti monasterii solvi fecit realiter etc. De quibus quidem etc. In quorum etc. Datum Florentie die 22. mensis aprilis anno 9.

Quietantie 1437—41 fol. 80 v. (Archivio di Stato).

1830.

26. Juni (8. Juli) 1439.

Kanniken Jakob Olufsen i Oslo faar Dekanatet i Roskilde [Indtægt 30 Mark], ledigt ved Laurens Niensens Død og forud tildelt ham af Biskoppen i Roskilde, skønt han forud har Kanonikater og Præbende og et Alter i Oslo.

Alias Jacobus Olauus canonicus Asloensis (*Dipl. Norv. XVII, 432—33*, men der med det urigtige Aar 1438). Concessum in presentia pape. C. Ariminensis. Datum Florentie 6. kal. julii anno 9.

Suppl. 357 fol. 235 v og II (Datum 8. id. julii) 352 fol. 201 v.

1831.

30. Juni 1439.

Klerken Simon Techel fra Roskilde Stift faar Dekanatet i København.

Supplicat Symon Techel clericus Roskildensis diocesis, quatenus sibi de decanatu ecclesie Haghenensis eiusdem diocesis, qui inibi dignitas principalis existit, necnon prebenda eius, per obitum Symonis Prep in vestra civitate Bononiensi defuncti vacante [fructus 7 mr.], dignemini providere. Concessum in presentia pape. C. Ariminensis. Datum Florentie pridie kal. julii anno 9.

Suppl. 353 fol. 108 v.

8. Juli 1439.

Se Brevet Nr. 1830 (26. Juni 1439).

1832.**8. Juli 1439.**

Kongens (Kong Eriks?) Kapellan Jens Pedersen faar Dekanatet i København, skønt han forud har Kanonikat og Præbende sammesteds.

Supplicat Johannes Petri regis Dacie etc. capellanus, quatenus sibi de decanatu ecclesie collegiate Haffnensis Roskildensis diocesis, qui dignitas principalis et curata in eadem ecclesia ac de jure patronatus dicti regis existit [fructus 7 mr.], vacante ad presens per obitum Simonis Prip in civitate Bononie defuncti, dignemini providere, non obstantibus canonicatu et prebenda ecclesie Haffnensis dicte diocesis [fructus 1 mr.]. Concessum in presentia pape. C. Ariminensis. Datum Florentie 8. id. julii anno 9.

Suppl. 353 fol. 121 v.

1833.**8. Juli 1439.**

Klerken Peder Poulsen fra Roskilde Stift faar Kanonikat og Præbende i Aarhus.

Supplicat Petrus Pauli clericus Roskildensis diocesis, quatenus sibi de canonicatu et prebenda ecclesie Arusiensis [fructus 15 fl. auri de camera], vacantibus per obitum Symonis Prip in civitate Bononiensi defuncti, dignemini providere. Concessum in presentia pape. C. Ariminensis. Datum Florentie 8. id. julii anno 9.

Suppl. 352 fol. 177 v.

1834.**12. Juli 1439.**

Klerken Peder Poulsen fra Roskilde Stift faar Kanonikat og Præbende i Lund, ledige ved Præsten Simon Prips Død, skønt han i Forvejen har Ret til Kanonikat og Præbende i Aarhus.

Supplicat Petrus Pauli clericus Roskildensis diocesis (*Dipl. dioc. Lund. III, 202—03*). Concessum in presentia pape. C. Ariminensis. Datum Florentie 4. id. julii anno 9.

Suppl. 352 fol. 217 v.

1835.**14. Juli 1439.**

Biskop Jens Pedersen (Jernskæg) i Roskilde visiterer Kurien ved Klerken Peder Poulsen fra Roskilde Stift.

Universis etc. Franciscus etc. Universitati etc. quod, cum Johannes episcopus Roskildensis teneatur singulis trienniis, Ro-

mana curia citra montes existente, sedem apostolicam sive limina bb. Petri et Pauli apostolorum visitare, per Petrum Pauli clericum Roskildensis diocesis ipsius episcopi familiarem et nuntium ad hoc specialiter deputatum pro duobus trienniis proxime preteritis et die 19. mensis jan. anni domini 1438 finitis necnon pro duobus aliis trienniis dicta die 19. mensis jan. inceptis et, ut sequitur, finiendis eadem limina et sedem ipsam cum devotione debita visitavit. Nichil tamen visitationis huiusmodi causa camere apostolice obtulit vel servivit, ipsumque a reatu perjurii, quod incurrit propter retardationem visitationis prefatorum duorum terminorum, ut preferitur, supradicta die 19. mensis jan. 1438 finitorum non facte in termino constituto tenore presentium absolvimus et reddimus penitus absolutum. In quorum etc. Datum Florentie indictione 2. die martis 14. mensis julii anno 9.

Arm. 29 vol. 20 fol. 84 v.

1836.

15. Juli 1439.

Klerken Nicolaus de Bucken fra Bremen Stift faar ny Provision paa et Kapel i Slesvig Domkirke, hvorom han har ført Proces med Olavus Vrese.

Cum, lite et causa pendentibus in palatio apostolico coram certo illius causarum auditore inter Nicolaum de Bucken clericum Bremensis diocesis et Olavum Vrese, alias Horneboghe, assertum presbiterum super capella curata in ecclesia Slesvicensi, de qua nuper, per obitum Conradi Valuatoris vacante, fuit eidem Nicolao auctoritate apostolica provisum, et in causa huiusmodi ad nonnullos actus processo, a nonnullis asseratur neutri dictorum litigantium in ipsa capella jus competere, supplicat igitur dictus Nicolaus, quatenus auditori cause committere dignemini, ut, si per eventum litis huiusmodi sibi constiterit neutrum predictorum litigantium in prefata capella jus habere [fructus 10 mr.], capellam sibi conferre [curet], non obstante quod dudum eidem Nicolao de perpetua vicaria in parrochiali ecclesia Lundensi dicte Bremensis diocesis [fructus 4 mr.] provisum fuit. Concessum in presentia pape. C. Ariminensis. Datum Florentie id. julii anno 9.

Suppl. 354 fol. 88 v.

1837.

4. Aug. 1439.

Paven befaler Biskoppen i Roskilde efter forudgaaende Undersøgelse at overdrage Lundekanniken Trud Has (Due) Dekanatet i Lund [Indtægt 10 Mark], ledigt ved Bernardus de Zutveldes Resignation. Den sidste havde opnaaet det, efter at Hans Laxmand var bleven Ærkebiskop, men var ikke bleven anerkendt.

Episcopo Roskildensi. Dignum arbitramur (*Dipl. dioc. Lund. III, 203—04*). Datum Florentie pridie non. aug. anno 9.

An. XXV. 14. kal. jan. anno 9. de Adria.

Reg. Lat. 369 fol. 9 v; ogsaa Supplik (Concessum in presentia pape. C. Ariminensis) i Suppl. 353 fol. 232.

1838.

8. Aug. 1439.

Klerken Simon Techel fra Roskilde Stift faar ny Provision paa Dekanetet i København, skønt hans tidligere Opgivelse af dets Indtægt var lavere end den virkelige.

Alias s. v. Simoni Techel clerico Roskildensis diocesis de decanatu et prebenda Haufnensibus eiusdem diocesis per obitum cuiusdam Simonis Prep vacantibus concessit gratiose provideri, prout in petitione desuper signata plenius continetur, expresso in petitione huiusmodi fructus eorundem decanatus et prebende valorem annum 7 mr. non excedere. Qui tamen fructus, ut creditur, dictum valorem excedunt; et, ne apostolice super dicta petitione conficiende littere de surreptione notentur, supplicat dictus Simon Bechel (!), quatenus illas absque expressione 7 mr. huiusmodi et cum expressione, quod iidem fructus 10 mr. non excedunt, expediri mandare dignemini. Concessum in presentia pape. C. Ariminensis. Datum Florentie 6. id. aug. anno 9.

Suppl. 354 fol. 154 v.

1839.

21. Aug. 1439.

Jakob Olufsen lover at betale Annater af Dekanetet i Roskilde.

[1439] Dicta die [21. mensis aug.] Johannes Slore litterarum sacre penitentiarie scriptor ut principalis et privata persona obligavit se camere nomine Jacobi Olauui super annata decanatus ecclesie Roskildensis [fructus 30 mr.], vacantis per modum nove provisionis, collati eidem Florentie 8. id. julii anno 9.

Annate 1438—42 fol. 94 (Archivio di Stato)¹.

1840.

7. Sept. 1439.

Klerken Bernardus de Zutvelde fra Schwerin Stift faar Provstiet i Camin med tilhørende Kanonikat og Præbende, skønt han forud har Kanonikat og Præbende i Lund.

Supplicat Bernardus de Zuetuelde clericus Zwerinensis diocesis, magister in artibus et in jure canonico licentiatus, quatenus sibi de prepositura ecclesie Caminensis necnon canonicatu

¹) I Margen tilføjet: Solvit ex compositione fl. 60.

ac prebenda dicte ecclesie sibi adnexis [fructus 40 mr.] . . . dignemini providere, non obstantibus canonicatu et prebenda ecclesie Lundensis [fructus 4 mr.]. Concessum in presentia pape. C. Ariminensis. Datum Florentie 7. id. sept. anno 9.

Suppl. 355 fol. 289 v.

1841.

10. Sept. 1439.

Jakob Olufsen betaler Annater af Dekanetet i Roskilde.

Universis etc. Daniel etc. Universitati etc. quod Jacobus Olauí decanus ecclesie Roskildensis pro totali et integra solutione annate seu medii fructus primi anni decanatus dicte ecclesie, in quibus camere apostolice sub certis penis etc. extitit efficaciter obligatus, ad summam 60 fl. auri de camera cum prefata camera apostolica composuit etc., quos etc., F. de Padua etc. pro ipsa camera recipiente, per manus nobilium virorum Cosme et Laurentii de Medicis etc. die date presentium solvi fecit realiter etc. De quibus quidem etc. In quorum etc. Datum Florentie ut supra [c: die 10. mensis sept. 1439 pontificatus anno 9].

Quietantie 1437—41 fol. 104 v (Archivio di Stato).

1842.

24. Okt. 1439.

Klerken Simon Techel fra Roskilde Stift faar ny Provision paa Dekanetet i København, skønt han ikke, som Kirkens Sædvaner fordrer, har et større Præbende sammesteds.

Alias s. v. Symoni Techel clerico Roskildensis diocesis de decanatu et prebenda ecclesie Haufnensis dicte diocesis, quos Symon Prep, dum vixit, obtinebat, concessit provideri, prout in petitione desuper signata continetur. Verum quia, dicte ecclesie statutis et consuetudinibus forsitan obstantibus, quibus, ut creditur, caveri dicitur, quod nullus inibi dignitatem, nisi actu canonicus maiori prebenda prebendatus existat, assequi aut maiorem prebendam, nisi de minori etc. per optionem ascendat, possit habere, idem Symon, cum de hoc in dicta petitione eisdem statutis et consuetudinibus derogando nullam fecerit mentionem, apostolicas super eadem petitione conficiendas litteras timet de surreptione notari; ne igitur ipse littere apostolice de surreptione notentur, supplicat dictus Symon, quatenus illas cum expressione clausule derogationis statutorum et consuetudinum predictorum expediri mandare dignemini. Con-

cessum in presentia pape. C. Ariminensis. Datum Florentie 9. kal. nov. anno 9.

Suppl. 356 fol. 211 v.

1843.

10. Nov. 1439.

Paven stadfæster efter Opfordring af Franciskanernes Generalminister Guilelmus de Casati et Privilegiebrev, udstedt 21. Juli 1265 af Pave Clemens IV.

Ad perpetuam rei memoriam. Licet debitum pastoralis officii (*Dipl. Norv. X, 130—31*). Datum Florentie 4. id. nov. anno 9.

Afskrift i [Nicolaus Jordanis Privilegiesamling og derefter i] Barth. D, 206—07, 222—23.

1844.

9. Jan. 1440.

Trud Has (Due) lover at betale Annater af Dekanatet i Lund.

[1440] Die 9. eiusdem [o: mensis jan.] Bernardus de Zvtuelt canonicus ecclesie Lundensis ut principalis et privata persona obligavit se camere nomine Trugoti Hass super annata decanatus ecclesie Lundensis [fructus 10 mr.], vacantis per liberam resignationem dicti Bernardi factam, collati eidem Florentie pridie non. aug. anno 9.

Annate 1438—42 fol. 125 v (Archivio di Stato). Trykt *Dipl. dioc. Lund. III. 206*.

1845.

20. Febr. 1440.

Optegnelse om, at Jens Nielsen, evig Vikar i Lund, indvies til Subdiakon.

Ordines celebrati per Amicum episcopum Aquilanum de mandato Ludouici etc. camerarii etc. ex commissione etc. in ecclesia s. Pauli de Florentia die sabbati quatuor temporum, qua cantatur in ecclesia dei Intret in conspectu etc., que fuit 20. mensis febr. anno 9.

. . . . Ad subdiaconatus . . . Johannes Nicolai perpetuus vicarius in ecclesia Lundensi.

Libri formatari 1434—46 fol. 81 v, 82.

1846.

24. Febr. 1440.

Klerken Godske Rixstorp fra Lübeck Stift faar Provstiet i Slesvig, hvortil Kapitlet havde valgt ham, skønt han forud har Kanonikat og Præbende i Slesvig og evige Vikariater i Itzehoe, Borsfleth og Bornhøved i Bremen og Lübeck Stifter.

Supplicat Godscalcus Rixstorp clericus Lubicensis diocesis, ex utroque parente de militari genere procreatus, per capitulum ecclesie Slesvicensis in illius prepositum electus concorditer,

quatenus sibi de prepositura, que dignitas maior post pontificalem curata et electiva est ecclesie predictae, per obitum Johannis Osse vacante [fructus 14 mr.] dignemini providere, non obstante quod ipse Godscalcus canonicatum et prebendam in predicta ac unam in monasterio monialium in Ydzeho ordinis s. Benedicti et aliam in Borsulete et aliam in Bornehouede Bremensis et Lubicensis diocesum parrochialibus perpetuas vicarias sine cura, que de jure patronatus laicorum existunt [omnium fructus 15 mr.], obtinet. Concessum in presentia pape. C. Ariminensis. Datum Florentie 6. kal. martii primo anno 9.

Suppl. 355 fol. 122.

1847.

26. Febr. 1440.

Klerken Simon Techel fra Roskilde Stift faar paa ny 1 Maanedes Udsættelse med Udstedelsen af Provisionsbrevet paa Dekanatet og et Præbende i København.

Licet nuper s. v. Symoni Teghel clerico Roskildensis diocesis tempus de expediendis litteris de decanatu et prebenda ecclesie Haufnensis dicte diocesis, de quibus e. s. alias sibi gratiose concessit provideri, ad duos menses successive prorogaverit. ., tamen finis eorundem mensium satis in brevi instare videtur. Quare supplicat prefatus Symon, quatenus huiusmodi menses aut finem illorum, qui nondum est elapsus, ad duos alios menses a fine dictorum mensium computando prorogare dignemini. Concessum ad mensem in presentia pape. C. Ariminensis. Datum Florentie 4. kal. martii anno 9.

Suppl. 357 fol. 107.

1848.

5. Marts 1440.

Dekanen i Lund Trud Has (Due) faar en Maanedes Udsættelse med Udstedelsen af Provisionsbrevet paa Kanonikat og Præbende i Roskilde (jfr. Nr. 1697).

S. v. Trugoto Hass decano ecclesie Lundensis (*Dipl. dioc. Lund. III, 207—08*). Concessum ad mensem in presentia pape. C. Ariminensis. Datum Florentie 3. non. martii anno 9.

Suppl. 357 fol. 65.

1849.

12. Marts 1440.

Optegnelse om, at Jens Nielsen, evig Vikar i Lund, indvies til Diakon.

Ordines celebrati per B. episcopum Valuensem de mandato Ludouici etc. camerarii ex commissione etc. in ecclesia s. Pauli de Florentia die sabbati immediate post dominicam de Laetare,

qua cantatur in ecclesia dei Sitien[tes] etc., que fuit 12. martii anno 10.

. . . . Ad diaconatus Johannes Nicolai perpetuus vicarius in ecclesia Lundensi.

Libri formatari 1434—46 fol. 82 v. 83 v.

1850.

12. Marts 1440.

Paven reserverer Kanonikat og Præbende i Slesvig for Klerken Martinus Silchow fra Schwerin Stift, skønt han forud har adskillige andre (nordtyske) Embeder.

Martino Silchow clerico Zwerinensi. Vite ac morum honestas [etc.]. Cum itaque canonicatus et prebenda ecclesie Slesvicensis, quos Nicolaus Sachow electus Lubicensis tempore promotionis per nos facte de persona sua ad ecclesiam Lubicensem obtinebat, prout obtinet, per huiusmodi promotionem et munus consecrationis impendendum eidem electo vacare sperentur, nos, volentes tibi, qui Juliani tituli s. Sabine presbiteri cardinalis familiaris continuus commensalis existis, gratiam facere specialem, canonicatum et prebendam predictos [fructus 4 mr.] donationi apostolice reservamus, non obstantibus quod nos dudum tibi de beneficio cum cura vel sine cura ad abbatis et conventus in Dubberan necnon abbatisse et conventus in Ribbennis Cisterciensis et s. Clare ordinum Zwerinensis diocesis monasteriorum collationem, provisionem, presentationem seu quamvis aliam dispositionem pertinente, vacante tunc vel vacaturo, per alias nostras litteras mandavimus provideri primo et deinde de perpetua vicaria in ecclesia Bardewicensi Verdensis diocesis [fructus 7 mr.] concessimus provideri gratiose. Datum Florentie 4. id. martii anno 10.

Simili modo episcopo Tiburtino et Lubicensis et Verdensis ecclesiarum prepositis.

An. gratis pro deo. kal. aprilis anno 11. de Adria.

Reg. Lat. 377 fol. 170 v. Supplik (Concessum in presentia pape. C. Ariminensis) i Suppl. 358 fol. 24.

1851.

22. Marts 1440.

Lundekanniken Trud Has (Due) faar Kanonikat og Præbende i Roskilde, som Bernardus de Zutvelde, der havde faaet dem ved Hans Laxmands Udnævnelser til Ærkebiskop, resignerer.

Cum Barnardus de Zutuelde magister in artibus et in jure canonico licentiatus (*Dipl. dioc. Lund. III, 208—09*). Datum Florentie 11. kal. aprilis anno 10.

Suppl. 358 fol. 146.

1852.

4. April 1440.

Klerken Simon Techel fra Roskilde Stift faar paa ny en Maanedes Udsættelse med Udstedelsen af Provisionsbrevet paa Dekanat og Præbende i København (jfr. Nr. 1847).

Nuper s. v. Symoni Techel clerico Roskildensis diocesis tempus de expediendis litteris super decanatu et prebenda ecclesie Haffnensis Roskildensis diocesis prorogavit successive ter. Sed quia finis ultimi mensis satis in brevi instare videtur, quare supplicat prefatus Symon, quatenus tempus huiusmodi, quod nondum est elapsum, ad unum alium mensem a fine dicti temporis inantea computandum prorogare dignemini, attento quod idem Symon non habet de presenti, unde litteras huiusmodi expedire possit. Concessum in presentia pape. C. Ariminensis. Datum Florentie pridie non. aprilis anno 10.

Suppl. 358 fol. 146.

1853.

23. Maj 1440.

Baselerkonciliet befaler Biskopperne i Slesvig og Aarhus at undersøge og paakende en Klage fra Kapitlet i Ribe mod Ridderen Erik Nielsen (Gyldenstjerne) til Tim, hans Søn Væbneren Erik Eriksen og andre Lægmand fra Ribe Stift, som vil berøve Kapitlet nogle Grundejendomme i Reval Stift samt Penge m. m., og som dette ikke kan faa Ret overfor i Ribe By og Stift paa Grund af deres store Indflydelse.

Sacrosancta generalis synodus Basiliensis Slesvicensi et Arusiensi episcopis. Conquestum est nobis capitulum ecclesie Ripensis (*Liv-, Esth- und Curl. Urkundenbuch IX, 434; Reg. 3648³³; Rep. 7080*). Datum Basilee 10. kal. junii anno 1440.

MODPAVE FELIX V

valgt 5. Nov. 1439, viet 24. Juli 1440, resignerer 7. April 1449.

1854.

20. Aug. 1440.

Klerken Martinus Silchow fra Schwerin Stift faar en Maanedes Udsættelse med Udstedelsen af Provisionsbrevet paa Kanonikat og Præbende i Slesvig (jfr. Nr. 1850).

Quia, licet alias s. v. Martino Silchow clerico Zwerinensis diocesis de quibusdam canonicatu et prebenda Slesvicensibus, quos Nicolaus Sachow episcopus Lubicensis . . . inibi obtinebat, concessit provideri, tamen tempus de expediendis litteris super

eisdem canonicatu et prebenda, quod nondum est effluxum, in brevi instare videtur, supplicat igitur prefatus Martinus, quatenus huiusmodi tempus a fine illius inantea computando ad tres menses ulterius prorogare dignemini. Concessum ad mensem in presentia pape. C. Ariminensis. Datum Florentie 13. kal. sept. anno 10.

Suppl. 359 fol. 223.

1855.

15. Sept. 1440.

Klerken Simon Techel fra Roskilde Stift, som havde ført Proces ved Kurien om St. Jakobs Kirken i Greifswald i Camin Stift, faar det overdraget til Auditøren i denne Proces at give ham ny Provision derpaa i Formen Si neutri.

Alias lite et causa in vestro sacro palatio causarum apostolico coram Geminiano de Prato eiusdem palatii causarum auditore inter Symonem Techel clericum Roskildensis diocesis actorem et quendam Bernardum Droghe ac Johannem Nienkerke reum et possessorem assertos clericos de parrochiali ecclesia s. Jacobi Gripeswaldensi Caminensis diocesis, quam s. v. per privationem de ipso Johanne fiendam prefato Symoni mandavit conferri, in prima, in qua idem Geminianus pro dicto Johanne et contra prefatum Symonem diffinitivam tulit sententiam, et nunc coram Petro Martini de Caveisrubeis auditore in secunda vertitur [c: -tente] instantiis, coram quo in causa huiusmodi ad singulos actus judiciales usque ad conclusionem inclusive processu, asseritur a quibusdam neutri partium predictarum in dicta ecclesia jus competere. supplicat igitur prefatus Symon, quatenus prefato Petro mandare dignemini, ut, si sibi constiterit neutri dictarum partium in dicta ecclesia jus competere, eam . . . prefato Symoni conferat seu provideat de eadem. Concessum in presentia pape. C. Ariminensis. Datum Florentie 17. kal. oct. anno 10.

Suppl. 360 fol. 163 v.

1856.

20. Sept. 1440.

Bernardus de Zutvelde faar paa ny en Maanedes Udsættelse med Udstedelsen af Provisionsbrevet paa Kanonikat og Præbende i Lund (jfr. Nr. 1840).

Nuper s. v. Bernardo de Zutuelde canonico ecclesie Lundensis (*Dipl. dioc. Lund. III, 211—12*). Concessum in presentia pape. C. Ariminensis. Datum Florentie 12. kal. oct. anno 10.

Suppl. 364 fol. 249 v.

1857.**5. Okt. 1440.**

Klerken Simon Techel fra Roskilde Stift faar Dekanatet og et Præbende i København, skønt han forud fører Proces ved Kurien om St. Jakobs Kirken i Greifswald.

Supplicat Symon Techel clericus Roskildensis diocesis, quatenus sibi de decanatu et prebenda collegiate ecclesie Haffnensis eiusdem Roskildensis diocesis, qui decanatus inibi dignitas principalis existit, vacantibus per obitum Symonis Prep, in vestra civitate Bononiensi defuncti, et [qui] a tanto tempore vacaverint, quod eorum collatio ad sedem apostolicam est devoluta [fructus 10 mr.], dignemini providere, non obstantibus parrochiali ecclesia s. Jacobi Griepswaldensi Cameracensis [c: Caminensis] diocesis . . . , super qua litigat ac illius possessionem non habet, necnon statutis et consuetudinibus dicte ecclesie Haffnensis . . . [som Nr. 1842]. Concessum in presentia pape. C. Ariminensis. Datum Florentie 3. non. oct. anno 10.

Suppl. 361 fol. 235.

1858.**17. Nov. 1440.**

Bernardus de Zutvelde faar ny Provision paa Kanonikat og Præbende i Lübeck, skønt han forud har Kanonikat og Præbende i Lund.

Nuper s. v. Bernardo de Zutuelde, magistro in artibus necnon in jure canonico licentiatu ac canonico ecclesie Lundensis, de canonicatu et prebenda ecclesie Lubicensis concessit gratiose provideri. Verum quia dictus Bernardus timet dictam sibi factam gratiam viribus non subsistere, quare supplicat prefatus Bernardus, litterarum apostolicarum abbreviator etiam existens, quatenus sibi dictos canonicatum et prebendam de novo concedere dignemini, non obstantibus canonicatu ac prebenda ecclesie Lundensis predictis [fructus 5 mr.], quos obtinet, licet non pacifice. Concessum in presentia pape. C. Ariminensis. Datum Florentie 15. kal. dec. anno 10.

Suppl. 364 fol. 250.

1859.**8. Marts 1441.**

Klerken Martinus Silchow fra Schwerin Stift faar en Maanedes Udsættelse med Udstedelsen af Provisionsbrevet paa Kanonikat og Præbende i Slesvig (jfr. Nr. 1854).

Licet alias s. v. Martino Silchow clerico Zwerinensis diocesis de certis canonicatu et prebenda ecclesie Slesvicensis per promotionem cuiusdam Ni[colai] Zachow electi Lubicensis va-

cantibus concessit provideri, tamen tempus de expediendis de-
super litteris satis in brevi instabit. Quare supplicat dictus
Martinus, quatenus huiusmodi tempus, quod nundum (!) est
effluxum, a fine eiusdem computando ad tres alios menses in-
antea computandos prorogare dignemini. Concessum ad mensem
in presentia pape. C. Ariminensis. Datum Florentie 8. id. martii
anno 10.

Suppl. 364 fol. 231.

1860.

21. April 1441.

Nicolaus (de Tudisco), »Kardinalpresbyter af SS. Apostoli«, giver Adels-
manden Otte Nielsen (Rosenkrantz) til Bjørnholm og hans Hustru Else (Krognes)
Tilladelse til at vælge en Skriftefader, som kan give dem Aflad i Tilfælde, der
ikke hører ind under Pavestolen.

Nicolaus tituli ss. 12 Apostolorum presbiter cardinalis, Pan-
ormitanus vulgariter nuncupatus, maior primarius per sacro-
sanctam generalem synodum Basiliensem . . . deputatus nobili
Otto[ni] Nicolai et Else eius uxori Arusiensis diocesis. Solet
annuere (*Rep.* 7166). Datum Basilee anno 1441 11. kal. maji.

1861.

19. Juni 1441.

Baselerkonciliet giver Aflad til dem, der paa bestemte Dage besøger Dom-
kirken i Slesvig og giver Bidrag til dens Bygning, da den har lidt meget ved
en Ildebrand, ligesom den er bleven fattig ved Krige og Oversvømmelser, som
har opslugt 60 Kirkesogne. Brevet gælder i 20 Aar.

Sacrosancta generalis synodus Basiliensis, universalem ec-
clesiam representans. Ecclesiarum fabrice (*Rep.* 7178). Datum
Basilee anno 1441 13. kal. julii.

1862.

18. Febr. 1442.

Bernardus de Zutvelde faar Kanonikat og Præbende i Schwerin og Ærke-
degneembedet i Trubnitz i Schwerin Stift, skønt han forud har Kanonikater og
Præbender i Lund og Lübeck (jfr. Nr. 1856 og 1858).

Supplicat Bernardus de Zutuelde . . . , quatenus sibi de ca-
nonicatu et prebenda ac archidiaconatu Tribucensi ecclesie Zwe-
rinensis . . . dignemini providere, non obstante jure, quod habet
seu habere credit in canonicatibus et prebendis Lundensis et
Lubicensis ecclesiarum . . . Concessum in presentia pape. C. Ari-
minensis. Datum Florentie 12. kal. martii anno 11.

Suppl. 373 fol. 271.

1863.

14. Maj 1442.

Paven overdrager Magister Bernardus Zutvelde, som er Abbreviator ved Kurien, Kanonikat og Præbende i Schwerin og Ærkedegneembedet i Trubnitz, skønt han forud har Kanonikater og Præbender i Lund og Lübeck.

Bernardo Zutuelde canonico ecclesie Zwerinensis ac archidiacono Tribucensi in eadem, magistro in artibus ac doctori in decretis necnon litterarum apostolicarum abbreviatori. Litterarum scientia, vite ac morum honestas [etc.]. Dudum siquidem, videlicet 15. kal. maji anno 11, intendentes de canonicatu et prebenda ecclesie Zwerinensis ac archidiaconatu Tribucensi in eadem, quos Gherardus Rolleff obtinebat, quamprimum illi per ipsius Gherardi cessum vel decessum seu alias quovis modo vacarent, persone idonee providere, eosdem canonicatum et prebendam ac archidiaconatum dispositioni nostre eadem die specialiter reservavimus . . . Cum itaque postmodum canonicatus et prebenda ac archidiaconatus predicti per obitum ipsius Gherardi . . . vacaverint et vacent ad presens . . ., nos, volentes tibi, qui magister in artibus ac in jure canonico doctor cum rigore examinis necnon litterarum abbreviator existis, . . . gratiam facere specialem, canonicatum et prebendam et . . . archidiaconatum predictos [fructus archidiaconatus 4 mr. et prebende 4 mr.] . . . tibi conferimus et de illis etiam providemus, . . . non obstante quod dudum tibi de Lundensis et Lubicensis ecclesiarum canonicatibus et prebendis, quos non possides, [fructus 10 mr.] . . . tunc vacaturis apostolica fuit auctoritate provisum . . . Datum Florentie 2. id. maji anno 12.

Reg. Vat. 360 fol. 176.

1864.

6. Juli 1443.

Sognepræsten Jens Stenveld i Garding faar, skønt Præstesøn, ny Provision paa et evigt Vikariat i Hamburg (jfr. Nr. 1762).

Vacante alias perpetua vicaria sine cura ad altare s. Crucis in collegiata ecclesia b. Marie Hamburgensi Bremensis diocesis situm per liberam resignationem ex causa permutationis in cancellaria exprimende in manibus ordinarii facte nuper factam, Johannes Stenueld presbiter et rector parochialis ecclesie in Berdinghen (!) Slesvicensis diocesis eandem vicariam ex collatione ordinaria extitit assecutus et eam possidet de presenti. Verum dubitat collationem et assecutionem huiusmodi viribus non subsistere, ideoque supplicat, quatinus sibi de dicta perpetua vicaria [fructus 3 mr.] . . . dignemini de novo providere,

non obstantibus defectu natalium, quem patitur de presbitero genitus et soluta, et dispensatione per ipsum desuper obtenta in cancellaria [s. v.] latius declaranda dictaque parrochiali ecclesia in Gerdinghen, quam etiam obtinet [fructus similiter 3 mr.]. Concessum in presentia pape. C. Ariminensis. Datum Senis pridie non. julii anno 13.

Suppl. 384 fol. 115.

1865.

15. Jan. 1444.

Paven befaler Biskoppen i Ribe at overdrage Lundekanniken Trud Has (Due) det Kanonikat og Præbende i Lund, som efter Hans Laxmands Valg til Erkebiskop var tildelt Bernardus de Zutvelde, men som denne nu giver Afkald paa. Trud Has har i Forvejen Dekanetet [Indtægt 14 Mark].

Episcopo Ripensi. Dignum arbitramur etc. (*Dipl. dioc. Lund. III, 271—72*). Datum Rome 18. kal. febr. anno 13.

An. XXII. sed gratis in bulla et registro de mandato pape. id. junii anno 14. de Adria.

Reg. Lat. 401 fol. 48 v. Ogsaa Supplik (Concessum in presentia pape. C. Ariminensis) i Suppl. 387 fol. 288 v og 388 fol. 126.

1866.

12. Jan. 1445.

Paven udsender Franciskanermunken Antonius de Troja som Nuntius til Danmark, Provinsen Sachsen og andre Dele af Tyskland for at indsamle Penge til at dække de store Udgifter, han har haft for at hjælpe Konstantinopel, Ungarn, Cypern og Rhodos mod Tyrkerne.

Antonio de Troja ordinis Minorum professori, nuntio nostro. Pia mater ecclesia (*Wadding, Annales Minorum XI, 215*). Datum Rome pridie id. jan. anno 14.

Ex. arch. superior. (α: Franciskanerarkivet) lib. 22 Bull. fol. 255.

1867.

13. Jan. 1445.

Paven udsteder Pas og Anbefalingsskrivelse for Antonius de Troja med nogle andre Franciskanere og to verdslige Ledsagere. Brevet gælder paa ubestemt Tid.

Universis patriarchis [etc.]. Cum fratrem Antonium Trojanum (*Wadding, Annales Minorum XI, 214—15*). Datum Rome id. jan. anno 14.

Ibd. fol. 253.

1868.

18. Febr. 1445.

Bernhardus (de la Planche), »Kardinalpresbyter af SS. Quatuor Coronati«, befaler under »Kardinal« Nicolaus (de Tudiscos) Fraværelse Biskop Antonius (de Roterhan) i Bamberg at give Kong Christoffer og Dorothea, Datter af Markgreve

Johan af Brandenburg, der er beslægtede i tredje Grad, Tilladelse til at indgaa Ægteskab. Det anføres som Grund, at de nordiske Riger stadig angribes af de Vantro.

Episcopo Bambergensi vel eius vicario in spiritualibus Bernhardus tituli ss. Quatuor Coronatorum presbiter cardinalis, Aquensis vulgariter nuncupatus. Universalis ecclesie providentia circumspecta (*Rep. 7483*). Datum Basilee 12. kal. martii anno 1445.

Indtaget i Brev af 10. Marts fra Biskoppen i Bamberg.

1869.

3. April 1445.

Paven befaler Abbeden i Øm Kloster at bekræfte Ridderen Henrik Knudsen (Gyldenstjerne) til Boller i Aarhus Stift som Patron for Sønderholm og Frejlev Kirker i Viborg Stift, da det oprindelige Privilegium er gaaet tabt.

Abbati monasterii in Eem Arusiensis diocesis. Humilibus supplicum votis (*Rep. 7492*). Datum Rome 3. non. aprilis anno 15.

An. XVI. de Adria.

Reg. Lat. 418 fol. 119 v; Supplik (Concessum prout de jure in presentia pape. Jo. Abbas) i Suppl. 397 fol. 206.

1870.

3. April 1445.

Præceptoren og Brødrene i Dueholm Kloster faar Bekræftelse paa Biskop Svend i Børglums Gave af St. Clemens Kirke i Nykøbing paa Mors og Tilladelse til at indlemme det paabegyndte Helligaandshus i Nykøbing under Klostret.

Dudum bone memorie Sweno episcopus Burdegalensis (!) zelo devotionis, quem ad religionem s. Johannis Jerosolimitani semper gessit, accensus fundandi¹⁾ loci Duholm in Morsee dicte diocesis in hunc finem, ut ibidem fratres dicte religionis domum eiusdem religionis sub vocabulo s. Johannis baptiste et s. Marie Magdalene, in qua divina officia debite altissimo persolverentur, edificarent, licentiam concessit, et eidem domui parrochiam ecclesiam s. Clementis in Nykobingh in insula Moorsee prefate diocesis unacum certis bonis, videlicet molendino et domibus leprosorum elemosinisque et subventionem, vulgariter huspening, cum an[n]ona, spedelskoorn nuncupata, necnon bonis s. Georgii in Morsee insula dicte diocesis situatis ubicumque, quorum loca, designationes et confines presentibus pro expressis [habere dignemini], pro sustentatione fratrum auctoritate ordinaria univit, et deinde preceptor et fratres prefati vigore [unionis] eiusdem possessionem corporalem omnium bonorum etc. prefatorum fuerunt pacifice assecuti illaque pluribus annis possederunt, prout etiam

¹⁾ Gz. — Cod. fundum

possident. Ne igitur ratione unionis et aliorum premissorum imposterum per quempiam molestentur, supplicant preceptor et fratres prefate domus in Duholm, quatenus omnia premissa ex certa scientia confirmare et, in quantum opus sit, ecclesiam s. Clementis, bona etc. omnia predicta domui Duholm prefate de novo unire, et nichilominus preceptori et fratribus, qui sunt et erunt pro tempore in dictis domibus ac ecclesiis unitis, ut omnibus privilegiis, quibus ordo et religio s. Johannis Jerosolimitani gaudent, similiter gaudere possint, concedere dignemini. Concessum in forma in presentia pape. Jo. Abbas.

Item, cum infra limites parrochialis ecclesie s. Clementis in Nykobingh in Moorse Burdegalensis (!) diocesis noviter incepta sit capella nondum completa sub vocabulo s. Spiritus, preceptor[que] et fratres domus religionis s. Johannis Jerosolimitani in Droholm (!) dicte diocesis cupiant dictam capellam, ita tamen, quod ipsa de cetero a dicta domo dependeat, erigere illamque edificare et dotare, licentia s. v. et sedis apostolice ad id accedente, supplicant igitur preceptor et fratres prefate domus, quatenus, attento quod dicta parrochialis ecclesia s. Clementis dicte domui Droholm (!) actu auctoritate ordinaria unita existit, eis dictam capellam edificandi et dotandi, ita tamen, quod ipsa a dicta domo de cetero dependeat, licentiam concedere, et nichilominus velle ordinare, quod nullus prelatorum, rectorum vel presbiterorum ratione ecclesie s. Clementis et capelle prefatarum computationes de quibuscunque bonis, decimis et legatis ipsis (!) spectantibus, etiam oblationibus pro tempore provenientibus, a preceptore et fratribus predicte domus vel prefatarum ecclesie et capelle tutoribus vel procuratoribus exigere absque eorundem prioris (!) et fratrum speciali licentia possint, debeant seu audeant, dignemini. Concessum de licentia sine prejudicio in presentia pape. Jo. Abbas. Datum Rome 3. non. aprilis anno 15.

Suppl. 397 fol. 206 v.

1871.

3. April 1445.

Paven befaler Abbeden i Sorø Kloster at give Brødrene i Dueholm Kloster Lov at fuldføre Bygningen af Helligaandshuset i Nykøbing paa Mors og indlemme det under Klostret.

Abbati monasterii Sorensis Selendiensis (!) diocesis. Humilibus supplicum votis [etc.]. Sane pro parte preceptoris et fratrum domus s. Johannis loci in Dwholm hospitalis eiusdem sancti Jerosolimitani Burglanensis diocesis nobis nuper exhibita petito

continebat, quod ipsi quandam capellam, infra limites parrochie parrochialis ecclesie s. Clementis in Nikobing prefate diocesis eidem domui auctoritate ordinaria olim unite sub vocabulo s. Spiritus edificari inchoatam, de propriis eorum ac ipsius domus bonis seu alias ex fidelium suffragiis ulterius construere ac ad sui perfectionem deducere illamque perfectam sufficienter dotare proponunt, si ad hoc eis apostolice sedis suffragetur auctoritas. Quare pro parte dictorum preceptoris et fratrum nobis fuit supplicatum, ut super hoc eis licentiam concedere dignemur. Nos igitur, qui cultum predictum ubique locorum vigere et augeri intensis desideriis affectamus, de premissis certam notitiam non habentes, discretioni tue mandamus, quatenus, si est ita, preceptoris et fratribus prefatis capellam predictam, postquam illam competenter dotaverint, ut prefertur, ulterius absque tamen alicuius prejudicio construendi ac ad sui perfectionem deducendi, ita tamen, quod illa, postquam perfecta et dotata fuerit, militie s. Johannis Jerosolimitani ac domus huiusmodi membrum perpetuo censeatur et ab ipsa domo dependeat, quodque alias jus ecclesie prefate in omnibus salvum remaneat, plenam licentiam largiaris. Datum Rome 3. non. aprilis anno 15.

An. XXVI. de Adria.

Reg. Lat. 416 fol. 29 v¹).

1872.

14. April 1445.

Dueholm Kloster faar Brevet om Indlemmelsen af Sognekirken i Nykøbing paa Mors under Klostret udstedt med Tilføjelse af Kirkens og Klosters Aarsindtægt.

Nuper s. v. quandam unionem etc. de parrochiali ecclesia s. Clementis domui s. Johannis hospitalis eiusdem s. Johannis Jerosolimitani Burglanensis diocesis auctoritate ordinaria dudum factam confirmari concessit, prout in supplicatione desuper signata plenius continetur [Nr. 1870]. Verum fructus etc. domus 3 ac ecclesie prefatorum (!) etiam 3 mr. valorem annum non excedunt, de quo in dicta supplicatione nulla mentio facta fuit. Quare supplicatur, quatenus litteras super prefata supplicatione conficiendas cum expressione fructuum etc. domus et ecclesie huiusmodi expediri mandare dignemini. Concessum in presentia pape. Jo. Zamorensis. Datum Rome 18. kal. maji anno 15.

Suppl. 397 fol. 272.

¹) Jfr. Dueholms Dipl. S. 100, Nr. 160 og Rep. III, S. 633 med den urigtige Dato 5. April 1443.

1873.

14. April 1445.

Paven befaler Abbeden i Sorø Kloster at bekræfte Indlemmelsen af Sognekirken i Nykøbing paa Mors under Dueholm Kloster.

Abbati monasterii Sorensis Selendiensis (!) diocesis. Ea, que pro ecclesiasticis [etc.]. Sane pro parte preceptoris domus s. Johannis loci in Dwholin (!) hospitalis s. Johannis Jerosolimitani Burglanensis diocesis ac fratrum dicti hospitalis in domo ipsa presentialiter commorantium nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim Svoeno (!) episcopus Burglanensis locum in Dwholin (!) in insula Moorse dicte diocesis ac illius fundum ad mensam episcopalem Burglanensem tunc legitime pertinentes necnon licentiam inibi domum ipsam fundandi auctoritate ordinaria concessit, ac etiam eidem domui, postquam illa vigore concessionis huiusmodi erecta extitit, certa bona atque jura forsitan ad eandem mensam tunc spectantia necnon etiam parochialem ecclesiam s. Clementis in Nikobing prefate diocesis dicta auctoritate perpetuo univit, prout in prefati episcopi eius sigillo munitis desuper confectis litteris dicitur plenius contineri. Quare pro parte preceptoris et fratrum prefatorum asserentium, quod domus 3 ac unitorum predictorum etiam 3 mr. fructus valorem annum non excedunt, quodque unio ipsa suum fuit sortita effectum, nobis fuit supplicatum, ut concessioni, unioni et inde secutis robur apostolice confirmationis adjicere dignaremur. Nos itaque, de premissis certam notitiam non habentes, discretioni tue mandamus, quatenus de premissis omnibus auctoritate nostra te diligenter informes et, si per informationem huiusmodi ea vera esse reppereris, concessionem, unionem et inde secuta eadem auctoritate nostra confirmes Datum Rome 18. kal. maji anno 15.

An. XXVI. 10. kal. maji anno 15. de Adria.

Reg. Lat. 416 fol. 158 v.

1874.

30. April 1445.

Paven udnævner Ærkedegnen Christoffer i Upsala, Kantoren Simon i Linköping og Nicolaus Bruckmann, Vicedominus i Camin, til Nuntier og Kollektorer i Danmark, Sverige og Norge, især for at indsamle Peterspenge og Skatten til Grækernes Omvendelse.

Cristoforo archidiacono Vpersalensis (!) in sacra pagina magistro et Simoni cantori Lincopensis ecclesiarum ac Nicholao Bruckman vicedomino in ecclesia Caminensi, in regnis Dacie Svecie et Norvegie eorumque singulis civitatibus et diocesibus fructuum aliorumque jurium camere apostolice debitorum col-

lectoribus et nuntiis apostolicis. Ex fideli et sollicita ac diligenti prudentia (*Dipl. Norv. XVII, 456—57*). Datum Rome pridie kal. maji anno 15.

Reg. Vat. 382 fol. 257.

1875.

30. April 1445.

Paven giver sin Udsending til de nordiske Riger, Nicolaus Bruckmann Pas og Anbefalingsskrivelse, gældende eet Aar for ham selv og fire Ledsagere.

Universis, ad quos presentes littere pervenerint. Cum nos Nicholaum Bruckman (*Dipl. Norv. XVII, 457—58*). Datum Rome pridie kal. maji anno 15.

Reg. Vat. 377 fol. 52 v.

1876.

4. Jan. 1446.

Paven befaler Biskopperne i Ribe og Odense samt Provsten i Lübeck at overdrage Glenstrup Kloster og Vor Frue Kloster i Randers, som tidligere (jfr. Nr. 1014) var forandrede fra Benediktiner- til Kartheuser-Klostre, men hvor Kartheuserne ikke befandt sig vel, til Birgittinerne i Maribo Kloster, og give det ny Kloster Navnet Mariager.

Ripensi et Ottoniensi episcopis ac preposito ecclesie Lubicensis. Romani pontificis providentia [etc.; jfr. I, Nr. 666]. Dudum siquidem pro parte Erci regis tunc Dacie inter alia nobis exposito, quod in Norrocloster, alias Glenstorp, monachorum et b. Marie in Randrusia monialium ordinis s. Benedicti Arusiensis diocesis monasteriis a pluribus illorum personis monastice discipline norma religionisque decentia penitus seposite essent, divinus omnino lentesceret cultus et pro eo, quod ex ipsis personis aliquae vitam duxerant enormiter dissolutam ac graves excessus committere nullatenus trepidarant, in partibus illis scandala plurima suborta fuerant(!), ipsaque monasteria desolationis et deformationis opprobrio subjacerent, illorumque res et bona multipliciter distracta et alienata existerent, ac edificia tenderent non mediocriter in collapsum, quodque, nisi in Norrocloster, in quo ultra tres ex illius monachis etiam alibi moram trahentes, et in b. Marie, in quo monialis aliqua non supererant, alterius religionis plantaria subrogarentur, ac ipsa monasteria reformationis inantea presidio fulcirentur, dispositionis cuiusvis adminiculum non subsisteret, ac pro parte dicti regis, asserentis, quod ad ordinem Cartusiensem illiusque personas singularem gerebat devotionis affectum, et quod, si prefatus ordo Cartusiensis in eisdem monasteriis institueretur, ipse rex ad recuperationem honorum ac restaurationem edificiorum huiusmodi manus libe-

raliter subsidiarias porrigere proponebat, nobis supplicato, ut super hiis providere dignaremur, nos Ripensi et Ottoniensi ac Vibergensi episcopis, eorum propriis nominibus non expressis, aliis nostris litteris inter cetera dedimus in mandatis, ut ipsi . . . super premissis omnibus auctoritate nostra se diligenter informarent et, si per informationem huiusmodi ita esse repperirent, ordinem s. Benedicti ac illius inibi dignitates penitus supprimebant necnon tres prefatos monachos ad alia, in quibus voluntarios receptores invenirent, eiusdem sancti vel alterius regularis ordinis monasteria sive loca transferrent et b. Marie, cuius ecclesia parochialis est, et in Norrocloster monasteria huiusmodi cum omnibus preter ipsam ecclesiam suis juribus et pertinentiis ordini Cartusiensi et eius pro illorum habitatione et usu personis prefatis perpetuo applicarent, necnon in dicto monasterio Norrocloster prefatum Cartusiensem ordinem instituerent et exquerentur omnia, que in premissis necessaria forent. Postmodum vero, sicut exhibita nobis nuper pro parte Anne abbatisse et sororum ac Nicolai Jacobi generalis confessoris et fratrum monasterii Mariebo de Lalandia ordinis s. Augustini s. Salvatoris nuncupati Ottoniensis diocesis petitio continebat, bone memorie Naffno episcopus Ottoniensis, ad ipsarum litterarum executionem legitime procedens, quia exposita huiusmodi repperit fore vera, illarum vigore ordinem s. Benedicti in dictis monasteriis suppressit ac in Norrocloster et b. Marie monasteria predicta cum omnibus preter ipsam ecclesiam juribus et pertinentiis supradictis ordini Cartusiensi [et eius]¹⁾ pro illorum habitatione et usu personis prefatis perpetuo applicavit necnon in ipso monasterio Norrocloster predictum ordinem Cartusiensem instituit, et deinde nonnulli eiusdem ordinis Cartusiensis persone, in Norrocloster et b. Marie monasteria predicta [eiusdem] applicationis obtentu assecute, illa extunc, ad id regis prefati ac prelatorum et aliarum quam plurium illarum partium personarum accedente assensu, per aliqua tempora possederunt, dictusque rex eisdem personis ordinis Cartusiensis non modicas pro reparatione ipsius monasterii in Norrocloster subventiones fecit, et pro ampliori eiusdem monasterii in Norrocloster dote possessiones, Tereby et Terebyfang nuncupatas, tunc expressas, donavit, ac subsequenter, cum persone ordinis Cartusiensis predictae, videntes se tunc propter insolitam eis huiusmodi partium inhabitationem et illarum ideo-

¹⁾ add. Gz.

matis difficultatem ac pro eo, quod ipsa in Norrecloster et b. Marie monasteria pro domibus ordinis Cartusiensis minus idonea existebant, in illis degere commode non posse, in Norrecloster et b. Marie monasteria eorumque bona et possessiones huiusmodi reliquissent, et nonnulli, qui se gerunt pro monachis dicti ordinis s. Benedicti, in prefato monasterio Norrecloster, nullo sibi ad id justo ac canonico suffragante titulo, se intrusissent, illudque extunc per plures annos detinuissent, prout detinent, indebite occupatum¹⁾, prefate ordinis Cartusiensis persone dicta in Norrecloster et b. Marie monasteria cum possessionibus sibi a rege donatis predictis resignarunt ac personis eiusdem monasterii Mariebo pro fundatione unius monasterii dicti ordinis s. Augustini s. Salvatoris nuncupati assignarunt et in eas translulerunt, necnon Anna abbatissa et sorores ac Nicolaus et fratres predicti easdem assignationem et translationem acceptarunt, illasque necnon predictam resignationem per Cristoforum regem Dacie confirmari obtinuerunt . . . Quare pro parte eorundem Anne abbatisse et sororum ac Nicolai confessoris et fratrum nobis fuit supplicatum, ut super hiis oportune providere dignemur. Nos igitur, qui dudum inter alia ordinavimus, quod, quicumque impetraverit beneficium ab aliquo per annum pacifice possessum, in sua impetratione possessorem et illius gradum, nobilitatem et, quot annis possederit, causamque specificam et determinatam, ex qua clare constet possessori nullum jus competere, exprimere teneatur, de premissis certam notitiam non habentes, huiusmodi ac quam plurium eiusdem regis Dacie procerum nobis etiam super hoc supplicantium supplicationibus inclinati, discretioni vestre mandamus, quatenus vos, si et postquam, vocatis dictis se pro monachis ordinis s. Benedicti gerentibus ac aliis, qui fuerint evocandi, vobis de premissis legitime constiterit, [in] Norrecloster et b. Marie monasteria ac omnia alia bona predicta cum omnibus possessionibus donatis ac aliis juribus suis, ordine Cartusiensi huiusmodi in eis per vos primitus suppresso penitus, prefato monasterio Mariebo illiusque personis pro uno monasterio eiusdem ordinis . . . pro illius personarum usu et habitatione perpetuis juxta ipsius Mariebo ac Watzsten eiusdem ordinis . . . Lincopensis diocesis monasteriorum observantias regulares et privilegia ac instituta s. Brigitte sub vocabulo Marieager fundando et gubernando imperpetuum applicare auctoritate nostra

¹⁾ Gz. — Cod. occupata

curetis. Nos enim, si applicationem, assignationem et institutionem predictas vigore presentium fieri contigerit, personis . . in huiusmodi de novo fundando monasterio pro tempore degentibus, ut omnibus privilegiis prefato Mariebo ac quibusvis aliis monasteriis sive locis dicti ordinis . . concessis et imposterum forsitan concedendis gaudere libere possint, tenore presentium indulgemus. Datum Rome pridie non. jan. anno 15.

An. L. de Adria.

Reg. Lat. 423 fol. 122.

1877.

11. Jan. (17. Dec.) 1446.

Paven bekræfter den allerede i nogen Tid forsøgte Foranstaltning med Beskikkelse af to Generalvikarer for Observanterne af Franciskanerordenen (een Nord og een Syd for Alperne) samt giver nøjagtige Bestemmelser om deres Valg og Virkemaade.

Ad perpetuam rei memoriam. Ut sacra ordinis Minorum religio (*Wadding, Annales Minorum XI, 251—53*¹⁾; *Dipl. Norv. IX, 278—83*)²⁾. Datum Rome 3. id. jan. anno 15.

1878.

14. Jan. 1446.

Kardinalerne Johannes (de Tagliacotio), Nicolaus (de Acciapaccio), Georgius (de Flisco), Bessarion, Alphonsus (Borgia), Prosper (de Columnis) og Petrus (Barbus) giver Aflad til dem, der paa bestemte Dage besøger Maribo Klosterkirke, som er paabegyndt med stort Arbejde af Sten, men savner Midler til at fuldføres. Brevet gælder for al Fremtid.

Universis Christi fidelibus presentes litteras visuris seu audituris nos Johannes episcopus Prenestinus, Nicolaus tituli s. Marcelli, Georgius tituli s. Anastasie, Bessarion tituli duodecim apostolorum, Alphonsus tituli Quatuor coronatorum presbiteri, Prosper s. Georgii ad Velum aureum, Petrus s. Marie nove diaconi . . s. Romane ecclesie cardinales . . . Virgo venustissima (*Pontoppidan, Annales eccl. Dan. II, 516—18; Reg. 3755*^{*}; *Rep. 7572*). Datum Rome 19. kal. febr. anno 15.

1879.

19. Jan. 1446.

Den tidligere Ærkebiskop i Bremen Nicolaus (af Delmenhorst) og Grev Christiern af Oldenburg og Delmenhorst faar Tilladelse til at vælge en Skriftefader, der kan give dem Plenaraflad i deres Dødsøjeblik, og til at have Rejsealter.

Ut animarum saluti Nicolai olim archiepiscopi Bremensis et Cristiani de Oldenborch, comitis in Oldenborch et Delmenhorst

¹⁾ Ex lib. 5 Bullar. fol. 308. ²⁾ Efter Afskrift i [Nicolaus Jordanis Privilegiesamling, derefter i] Barth. D. fol. 252—61; her dog med Datoen 16. kal. jan. anno 16.

Bremensis diocesis salubrius consulatur, supplicant prefati Nicolaus et Cristianus, quatinus ipsis, ut eis in vera obedientia et sinceritate fidei s. Romane ecclesie et devotione s. v. et successorum eius canonicè intrantium persistentibus presbiterum idoneum secularem vel regularem in confessorem eligere valeant, qui eis in mortis articulo plenariam remissionem omnium peccatorum tam pene quam culpe, de quibus corde contriti et ore confessi fuerint, et que libenter confiterentur, si ipsorum occurrerent memoriis, impendere valeat et debeat, concedere dignemini, addito tamen, quod supplicantes ipsi ex confidentia remissionis huiusmodi aliqua illicita committere non proponant, etiam [quod]¹⁾, si ab eis aliquibus satisfactio legitime impendenda foret, illam ipsi viventes pro eorum posse aut post illorum obitus per heredes omnino perficere teneantur, quodque, quamprimum de dicta signatura notitiam habuerint, singulis sextis feriis infirmitate vel alio legitimo impedimento cessante per unum annum vel loco feriarum huiusmodi una alia die singularum septimanarum eiusdem anni, qua ad jejunandum astricti non fuerint, jejunare teneantur et, si in anno predicto vel aliqua eius parte legitime fuerint impediti, anno sequenti vel alias, quamprimum potuerint, modo simili huiusmodi jejunium supplere habeant, aut, si alias fortassis illud in toto vel in parte mortis articulo preventi aut quomodo-cumque adimplere nequiverint commode, eo casu confessor idoneus in alia pietatis opera, prout ipsarum animarum saluti expedire viderit, illud immutare valeat, que ipsi pari modo teneantur implere.

Item, quatenus eis liceat habere altare portatile cum debita reverentia et honore, super quo in locis ad hoc congruentibus et honestis publice et solempniter ꝛc etiam in locis interdictis submissa voce et clausis hostiis possint per proprium vel alium sacerdotem idoneum missam et alia divina officia sine juris alieni prejudicio in eorum et familiarium suorum domesticorum presentia facere celebrari, concedere dignemini. Concessum de utroque in presentia pape. Jo. Abbas. Datum Rome 14. kal. febr. anno 15.

Suppl. 402 fol. 136.

1880.

20. Febr. 1446.

Kardinalerne Georgius (de Flisco), Prosper (de Columnis) og Petrus (Barbus) giver Aflad til dem, der paa bestemte Dage besøger St. Gertruds Kapel i Køge.

¹⁾ add. Gz.

Georgius tituli s. Anastasie presbiter, Prosper s. Georgii ad velum aureum, Petrus s. Marie nove diaconi, s. Romane ecclesie cardinales. Splendor paterne glorie (*Rep.* 7583). Datum Rome die 20. febr. pontificatus Eugenii pape IV anno 15.

1881.

25. Marts 1446.

Paven indstifter et Broderskab, knyttet til Helligaandsklostret i Rom.

Ad perpetuam rei memoriam. Salvatoris nostri Jesu Christi, qui cunctis fidelibus tum exemplo tum etiam salutaribus disciplinis pauperum et miserabilium personarum curam precipuam commendavit, doctrinam evangelicam, quantum nobis ex alto permittitur, imitari gestientes, ad constructionem et reparationem piorum locorum quorumlibet, ad que persone huiusmodi confugere consueverunt, studia nostra convertimus, sed ad hospitale nostrum s. Spiritus in Saxia de Urbe ordinis s. Augustini tanto potioribus favoribus et gratiis decet nos esse intentos, quanto specialiori quodam vinculo ad illius restaurationem atque profectum nos esse obnoxios intelligimus, ad ea propterea solite benignitatis extendentes affectum, que ex devotionis ardore prodire conspiciamus ac fidelibus eisdem animarum salutis afferre valeant incrementum. Cum itaque nos hospitale predictum, quod a nonnullis Romanis pontificibus . . . fundatum, erectum et opulenter dotatum et ad tantam famam et excellentiam atque religionem profectum extiterat, ut ad illud tunc confluentium in magna multitudine personarum prefatarum necessitatibus abunde et sollicite succurreretur, deinceps causantibus guerris et predecessorum nostrorum absentia in assumptione nostra ad summi apostolatus apicem ita in suis edificiis collapsum et redditibus diminutum ac religione deformatum invenerimus, ut nulla pene vel satis exigua et defectiva in eo hospitalitas teneretur, possessiones quoque inculte et pro magna parte aut alienate vel occupate forent, religiosorum et ministrorum ac officialium, si qui in illo remanserant, omnis ferme regula et diligentia evanuerit, deinde¹⁾ nos auctore domino hospitale prefatum ita in edificiis restauravimus, ipsius reformavimus religionem, servos et ministros pauperum tales et tot numero instituimus, possessiones quoque redditus et introitus non sine magnis laboribus et impensis recuperavimus, auximus et extulimus, ut per dei gratiam

¹⁾ Gz. — Cod. et deinde

nunquam maior ad illud pauperum concursus, nunquam illorum diligentior cura, nunquam laudabilior hospitalitas servata fuerit. Verum quoniam inter cetera, que hospitali predicto presidia hactenus et auxilia accomodaverant, auctoritatem auxerant, jura et redditus conservaverant, id fuisse potissimum invenimus, confraternitatem quandam magne auctoritatis et devotarum utriusque sexus personarum in antiquis quibusdam libris conscriptarum, ipsorum predecessorum nostrorum auctoritate in dicto hospitali institutam et privilegiis aliquibus ac spiritualibus muneribus insignitam, nos igitur, qui ab ineunte etate nostra hospitalium et illorum personarum curam exactissimo studio geri summopere affectavimus, ut nichil agere omittamus, quod ad decus et gloriam prefati hospitalis pertinere videatur, et ut maiora presidia plurimumque personarum favores pauperibus ipsis accrescant, ac fideles per elemosinarum largitiones ad remissionem peccatorum suorum et eternam salutem [petendam]¹⁾ spiritualibus gratiis et muneribus invitemus, eorundem predecessorum vestigiis inherentes, [et]¹⁾ confraternitatem ipsam diu pene intermissam restaurandam esse decernentes, omnibus tam ecclesiasticis quam laicalibus utriusque sexus fidelibus, qui in confraternitate recepti et in libro huiusmodi descripti fuerint ac 3 fl. auri de camera in principio receptionis ipsorum necnon successive annis singulis 1 grossum, quorum 10 unum ex dictis fl. faciant, camerario prefati hospitalis seu personis ad id pro tempore deputatis ad hospitalis eiusdem et ad illud pro tempore confluentium pauperum usus et utilitatem per se vel alios persolverint et assignaverint, quod singuli sacerdotes, quos singuli fideles predicti post receptionem, descriptionem et solutionem 3 fl. huiusmodi in eorum confessores duxerint eligendos, eis in sinceritate fidei, unitate s. Romane ecclesie ac obedientia et devotione nostra vel successorum nostrorum persistentibus omnium peccatorum suorum, de quibus corde contriti et ore confessi fuerint, in mortis articulo plenam remissionem concedere, et insuper confessores idonei, quos dicti fideles elegerint, ut prefertur, pro commissis per eos criminibus, excessibus et peccatis, etiam [in singulis]¹⁾ sedi apostolice reservatis casibus, infra duos menses a tempore receptionis, descriptionis et solutionis huiusmodi computandos eis semel dumtaxat in vita plenam et debitam absolutionem auctoritate apostolica impendere et penitentiam salutarem injun-

¹⁾ add. Gz.

gere valeant, tenore presentium indulgemus, proviso quod fideles ipsi propterea ad illicita imposterum committenda procliviores non reddantur et satisfactionem eis per dictos confessores injunctam per se vel alios facere teneantur. Preterea, ne presens nostra concessio pauperum favorem concernens in eorum prejudicium redundare videatur, si persona, que ad ipsam confraternitatem se admitti petierit, adeo egena et miserabilis fuerit, ut solutionem 3 fl. huiusmodi in totum vel in partem adimplere nequeat, nichilominus illam ad confraternitatem ipsam recipiendam et describendam fore, ita tamen, quod huiusmodi concessione nostra, donec prefatam solutionem integre fecerit, uti non possit, volumus et decernimus per presentes . . . Datum Rome 8. kal. aprilis anno 16.

Afskrift i Københavns Gaarde og Huse 429 (R. A.). Her trykt efter det romerske Helligaandsklosters Broderskabsbog, nu i Bibl. Lancisiana (Nr. 300) fol. 1.

1882.

27. April 1446.

Paven tillader Provincialministeren og Diffinitorerne i Dominikanerprovinzen Dacia, at de ved Provinskapitlet, hvortil der plejer at strømme en Mængde Mennesker sammen, maa udnævne 12 Præster af Ordenen til at høre Skriftemaal og meddele Aflad. Brevet gælder for al Fremtid.

Ad futuram rei memoriam. Sacre religionis (*Dipl. Norv. XVII, 461—62*). Datum apud s. Paulum extra muros Urbis 5. kal. maji anno 16.

An. XXV. de Adria.

Reg. Lat. 429 fol. 9.

17. Dec. 1446.

Se Nr. 1877 (11. Jan. 1446).

1883.

16. Jan. 1447.

Paven paalægger den højere Gejstlighed at være Dominikanerne og Franciskanerne behjælpelig i Bekæmpelsen af de paany opdukkende vildfarende Meninger angaaende Nødvendigheden af Skriftemaalets Aflæggelse for Sognepræsten, hvilke Magister Johannes de Poliacio i sin Tid fremsatte, men senere maatte kalde tilbage.

Universis patriarchis, archiepiscopis, episcopis ac electis et abbatibus ubilibet constitutis, ad quos presentes littere pervenerint. Gregis nobis crediti curam gerentes (*Raynaldus, Ann. eccl. (Luca 1752), IX, 494—95; Dipl. Norv. IX, 284—87*). Datum Rome 17. kal. febr. anno 6.

Efter Afskrift i [Nic. Jordanis Privilegiesamling og derefter i] Barth. D., 93—97.

1884.

9. Febr. 1447.

Paven stadfæster efter Ansøgning fra Cistercienserordenen en Forordning af 30. April 1418 af Martin V om hurtigere Eksekution af pavelige Buller og Ophævelse af en Forordning af Urban VI.

Universis conservatoribus, iudicibus et executoribus pro directione causarum ac negotiorum Cistercii Cabilonensis diocesis et aliorum ubilibet consistentium Cisterciensis ordinis monasteriorum abbates ac conventus contingentium per apostolice sedis litteras deputatis. Humilibus supplicum votis [etc.]. Dudum siquidem Martinus papa V litteras concessit tenoris subsequentis:

Ad futuram rei memoriam. Quod antidota morbis (*Bullarium Romanum I* (Luxemburgi 1742), 294—95). Datum Constantie 2. kal. maji anno 1.

Cum autem, sicut exhibita nobis nuper pro parte Cistercii Cabilonensis diocesis et aliorum Cisterciensis ordinis monasteriorum abbatum et conventuum petitio continebat, licet, ut premititur, revocatio, cassatio, annullatio, voluntas et constitutio huiusmodi processerint, ipsi tamen abbates et conventus dubitent, quod nichilominus apostolicas ab eis pro suis causis et negotiis obtentas vobisque directas litteras, nisi premissis, que »vidimus« seu »placet« nuncupate sunt, littere desuper habeantur, vestrum aliqui differant sive recusent executioni demandare, nos igitur, quorum interest super hiis oportune providere, dictasque litteras ipsius predecessoris viribus subsistere decernentes, discretioni vestre mandamus, quatenus . . litteras vobis directas huiusmodi juxta illarum continentiam atque formam, quotiens super hoc pro parte dictorum abbatum et conventuum vel aliquorum ex eis requisiti fueritis, etiam absque hoc, quod huiusmodi nuncupate littere propterea petantur vel obtineantur, exequi nullatenus omittatis, nostram et prefate sedis animadversionem, si, quod absit, secus egeritis, non immerito formidantes. Datum Rome 5. id. febr. anno 16.

Afskrift i Sorøbogen (Arnemagn. 290 Fol.) fol. 10 »ex transsumpto impresso«.

1885.

15. Febr. 1447.

Optegnelse om, at Biskop Claus (Wulf) i Slesvig visiterer Kurien ved Kantoren Johan Wegener i Slesvig.

Universis etc. Ludouicus etc. Universitati vestre etc., quod, cum Nicolaus episcopus Slesvicensis teneatur singulis biennii Romana curia citra montes existente sedem apostolicam sive

limina bb. Petri et Pauli apostolorum visitare, eandem sedem sive eadem limina pro quinque bienniis die date presentium incipiendis et, ut sequitur, finiendis per Johannem Wegoner cantorem ecclesie Slesvicensis procuratorem etc. cum reverentia et honore debitis visitavit. Nichil tamen visitationis huiusmodi causa etc. In quorum etc. Datum Rome die 15. mensis febr. 1447 indictione 10 pontificatus anno 16. fl. 5 gr. 5.

Arm. 29 vol. 21 fol. 97.

NICOLAUS V

valgt 6. Marts 1447, viet 19. Marts 1447, død 24. Marts 1455.

1886.

7. Maj 1447.

Paven befaler, efter Ansøgning fra Anders Bork, Forstander for Helligaandshuset i Aalborg, Provsterne¹⁾ i Aarhus og Børglum at sørge for, at det Gods, der uretmæssig er frataget Hospitalet, bliver givet tilbage.

Arusiensis et Burglanensis ecclesiarum prepositis. Andree Bork (*Danske Mag. 5. R. II, 186: Rep. 7691*). Datum Rome non. maji anno 1.

1887.

14. Juni 1447.

Paven befaler Biskoppen i Spoleto, Dekanen i København og Officialen i Lund at indsætte Jens Brostrup som Kannik i Roskilde og sørge for, at han faar et større Præbende tillige med et Embede (dignitas, personatus vel officium) der. Paven har tidligere givet Jens Brostrup Ventebrev paa et Præbende i Lund.

Episcopo Spoletanensi et decano ecclesie Haffnensis Roskildensis diocesis ac officiali Lundensi. Hodie Johanni Brostrop canonico Roskildensi (*Dipl. dioc. Lund. III, 304—06: Rep. 7712*). Datum Rome 18. kal. julii anno 1.

XI.

1888.

14. Juni 1447.²⁾

Paven tildeler motu proprio Kong Karl Knutsons Sendebud ved Kuriene, Magister Petrus Mathei fra Dalarne, Magister Jacobus Vesman, Ludikinus Abel, Nicolaus Nicolai fra Berkarna (Barkarö), Kongens Kapellan Franciscus Nicolai, Magister Laurentius Water, Magister Michael Gamal og Johannes Heruerde hver to Kanonikater med Ventebreve paa to Præbender og eet eller to Beneficier i Provinserne Upsala, Lund og Bremen.

Motu proprio Karolo Sueorum Gottorumque regi (*Dipl. dioc. Lund. III, 314*)³⁾. Fiat . . . sub dato 18. kal. julii anno 1.

Suppl. 427 fol. 123.

¹⁾ Danske Mag. urigtigt Bisperne. ²⁾ Brevet er antedateret og snarest fra Marts 1449. ³⁾ Her dog med Aaret 1448.

1889.

15. Dec. 1447.

Paven giver Lægmanden Niels Clemenssen fra Odense Stift og hans Hustru Katarina Lov til at vælge en Skriftefader, som kan give dem Plenaraflad een Gang foruden i Dødsøjeblikket.

Nicolao Clementis laico Ottoniensis diocesis et Katherine eius uxori. Sincere [etc.]. Datum Rome 18. kal. jan. anno 1.

An. gratis. de mandato. de Adria.

Reg. Lat. 435 fol. 283.

1890.

15. Dec. 1447.

Paven giver Lægmanden Jakob Clemenssen fra Odense Stift og hans Hustru Birgitte samme Tilladelse.

Jacobo Clementis laico Ottoniensis diocesis et Brigete eius uxori. Sincere etc. [Datum ut supra].

An. gratis. de mandato. de Adria.

Reg. Lat. 435 fol. 283 v.

1891.

15. Dec. 1447.

Paven giver Biskop Henneke (Torkilsen Ulfeld) i Odense samme Tilladelse. Hennikino episcopo Ottoniensi. Sincere etc. [Datum ut supra].

Chri. gratis de mandato pape. Coronensis.

Reg. Lat. 435 fol. 286.

1892.

18. Dec. 1447.

Paven stadfæster alle de Privilegier, der er tilstaaede Løgum Kloster og den dermed forenede Spandet Kirke i Ribe Stift.

Abbati et conventui monasterii Loci dei Cisterciensis ordinis Ripensis diocesis. Cum a nobis petitur (*Script. rer. Dan. VIII, 191; Reg. 3787*). Datum Rome 15. kal. jan. anno 1.

Afskrift i Løgum Klosters Brevbog (Ny kgl. Saml. 881 Fol.).

1893.

19. Dec. 1447.

Paven giver Abbed Ove i Øm Kloster Lov til at vælge en Skriftefader, som kan give ham Plenaraflad i hans Dødsøjeblik.

Awo abbati monasterii Careinsule Cisterciensis ordinis Arusiensis diocesis. Provenit etc. Datum Rome 14. kal. jan. anno 1.

Chri. XIII. Coronensis.

Reg. Lat. 435 fol. 286.

1894.

22. Dec. 1447.

Ærkebiskop Tuve Nielsen (Juul) i Lund faar bevilget 7 Aars Aflad til dem, der paa Kong Knuds Helgendag (10. Juli) besøger Lunde Domkirke. Han havde

søgt om Fornylse af et Afladsbrev af Bonifacius IX, som tilstod Lunde Domkirke den Aflad, der tilkom Besøgende i Portiunculakirken ved Assisi.

Exponitur pro parte Tuwonis (*Dipl. dioc. Lund. III, 310—12*). Fiat de septem annis in uno festo, et quod etiam tunc possint confessiones [o: -sores] ibidem omnes confluentes absolvere in casibus non reservatis. T. Datum Rome 11. kal. jan. anno 1.

Suppl. 414 fol. 237.

1895.

22. Dec. 1447.

Paven giver 7 Aars Aflad til dem, der paa Kong Knuds Helgendag (10. Juli) besøger Lunde Domkirke, og tillader Ærkebiskop Tuve Nielsen (Juul) at udvælge fire Præster til Skriftefædre, der kan give de besøgende Aflad i Tilfælde, der ikke er forbeholdte Pavestolen.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Licet is [etc.]. (*Dipl. dioc. Lund. III, 312—13; Rep. 7742*). Datum Rome 11. kal. jan. anno 1.

Chri. LXXXX. Coronensis.

Reg. Lat. 440 fol. 186.

1896.

1. Juni 1448.

Paven udnævner Biskop Marcellus i Skalholt til pavelig Nuntius og Kollektor i de nordiske Riger og befaler ham hvert andet Aar at aflægge Regnskab til det pavelige Kammer.

Marcello episcopo Scalorensi seu Scalholtensi, apostolice sedis nuntio, jurium [et] fructuum camere apostolice in provinciis Lundensi Nydrosiensi Vpsalensi in regnis Dacie Svecie et Norvegie eorumque civitatibus et diocesibus debitorum collectori. Ex fideli et sollicita ac diligenti prudentia (*Dipl. Norv. VI, 538—40; Reg. *5598*). Datum Rome kal. junii anno 2.

Reg. Vat. 432 fol. 195 v.

De curia.

1897.

1. Juni 1448.

Paven giver sin Nuntius og Kollektor Biskop Marcellus i Skalholt Tilladelse til at give de Lægmænd Absolution, der har dræbt hans Formand [Jens Gerekesen Lodehat].

Marcello [etc.]. Cum te in Dacie Svecie et Norvegie regnis (*Dipl. Norv. VI, 540—41*). Datum Rome kal. junii anno 2.

Reg. Vat. 407 fol. 192 v.

De curia.

1898.

1. Juni 1448.

Paven giver sin Nuntius Biskop Marcellus Tilladelse til indenfor sin Legations Omraade at give 10 verdslige og gejstlige Personer, der har lagt voldelig Haand paa Præster uden dog at dræbe dem, Absolution.

Marcello [etc.]. Cum te (*Dipl. Norv. VI, 541—42; Reg. *5599*).
Datum Rome kal. junii anno 2. *De curia.*

Reg. Vat. 407 fol. 195 v.

1899.

1. Juni 1448.

Paven giver Biskop Marcellus Tilladelse til indenfor sin Legations Omraade at give 10 adelige Par Lov til at indgaa Ægteskab, selv om de er beslægtede i tredie eller fjerde Grad.

Marcello [etc.]. Cum te (*Dipl. Norv. VI, 542; Reg. *5600*).
Datum Rome kal. junii anno 2.

Gratis de mandato pape.

Reg. Vat. 407 fol. 193.

1900.

1. Juni 1448.

Paven giver Biskop Marcellus Tilladelse til indenfor sin Legations Omraade at give 10 Personer, der er uægte fødte, Lov til trods denne Mangel at blive præsteviede og forene to Beneficier samt ombytte disse.

Marcello [etc.]. Cum te (*Dipl. Norv. VI, 542—43; Reg. *5601*).
Datum Rome kal. junii anno 2.

Gratis de mandato pape.

Reg. Vat. 407 fol. 193.

1901.

1. Juni 1448.

Paven giver Biskop Marcellus Tilladelse til indenfor sin Legations Omraade at give 10 Personer, der lider af Legemsfejl, som dog ikke er for iøjnefaldende, Lov til at blive præsteviede og opnaa eet Beneficium.

Marcello [etc.]. Cum te (*Dipl. Norv. VI, 543—44; Reg. *5602*).
Datum Rome kal. junii anno 2. *De curia.*

Reg. Vat. 407 fol. 194.

1902.

1. Juni 1448.

Paven giver Biskop Marcellus Tilladelse til indenfor sin Legations Omraade at give 10 gejstlige Personer Lov til, naar de er fyldt det 22de Aar, at blive præsteviede og opnaa eet Beneficium.

Marcello [etc.]. Cum te (*Dipl. Norv. VI, 544; Reg. *5603*).
Datum [Rome kal. junii anno 2]. *De curia.*

Reg. Vat. 407 fol. 195 v.

1903.

1. Juni 1448.

Paven bemyndiger Biskop Marcellus til indenfor sin Legations Omraade at tillade 10 gejstlige Personer, der har aflagt Løfte om Pilgrimsrejser, Afholdenhed o. lign., at vælge Skriftefædre, som kan ombytte disse med andre fromme Handlinger.

Marcello [etc.]. Cum te (*Dipl. Norv. VI, 544—45; Reg. *5604*).
Datum [Rome kal. junii anno 2]. *De curia.*

Reg. Vat. 407 fol. 195.

1904.**1. Juni 1448.**

Paven bemyndiger Biskop Marcellus til at udnævne 10 ugifte Personer, der ikke er Præster, til Notarer.

Marcello [etc.]. Cum te (*Dipl. Norv. VI, 545—46; Reg. *5605*).

Datum Rome kal. junii anno 2.

De curia.

Reg. Vat. 407 fol. 194 v.

1905.**12. Juni 1448.**

Paven udsteder Pas og Anbefalingskrivelse for sin Nuntius og Kollektor i Norden, Biskop Marcellus i Skalholt, og et Følge paa indtil 15 Personer.

Universis et singulis, ad quos presentes nostre littere pervenerint. Cum Marcellum (*Dipl. Norv. VI, 546—47; Reg. *5606*).

Datum Rome pridie id. junii anno 2.

De curia.

Reg. Vat. 407 fol. 192.

1906.**29. Juni 1448.**

Paven stadfæster Eugen IV's Bulle af 16. Jan. 1447 (Nr. 1883) om Bekæmpelsen af visse vildfarende Meninger angaaende Skriftemaalet.

Universis patriarchis, archiepiscopis, episcopis ac electis et abbatibus ubilibet constitutis, ad quos presentes littere pervenerint. Promissionis nostre debet provenire subsidio (*Dipl. Norv. IX, 289*). Datum Rome 3. kal. julii anno 2.

Afskrift i [Nic. Jordanis Privilegiesamling og derefter i] Barth. D, 93 og 97—98.

1907.**11. Juli 1448.**

Paven befaler sin Nuntius og Kollektor i Norden, Biskop Marcellus i Skalholt at paase, at de Pengesummer og Kostbarheder, der er testamenterede til Peterskirken i Rom, inddrives hos dem, der sidder inde med dem.

Eidem [Ϸ: Marcello episcopo Scalorensi seu Seaholtensi, fructuum camere apostolice in Dacie Svecie et Norvegie regnis debitorum collectori, nuntio nostro]. Ad nostram notitiam (*Dipl. Norv. VI, 547—48; Reg. *5611*). Datum Rome 5. id. julii anno 2.

De curia.

Reg. Vat. 407 fol. 194 v.

1908.**15. Juli 1448.**

Optegnelse om, at Biskop Marcellus i Skalholt antages som Kollektor i de nordiske Riger og aflægger Ed som saadan.

Die 15. julii anno ut supra [Ϸ: 1448] Marcellus episcopus Scalorensis seu Seaholtensis fuit admissus in collectorem fructuum etc. camere apostolice in provinciis Lundensi Nydrosiensi

Vpsalensi in regnis Dacie et Svecie et Norvegie eorumque civitatibus et diocesis debitorum et juravit Rome.

Reg. Vat. 435 fol. 8. Trykt Dipl. Norv. VI, 548.

1909.

5. Aug. 1448.

Paven paalægger Biskoppen, Dekanen, Kapitlet og Gejstligheden i Stiftet Münster at lade Biskop Marcellus i Skalholt fremdeles beholde det Vikariat, han hidtil har haft i Münster, og som nu er overdraget Klerken Daniel Kepken fra Lüttich Stift, da Marcellus foreløbig ikke kan komme til sit Stift, dels paa Grund af dettes store Afstand fra Rom, dels paa Grund af den Uro i Norden, der er en Følge af, at der ingen Konge er.

Episcopo et decano, capitulo et clero ecclesie Monasteriensis. Proximis diebus vacante ecclesia Schalotensi (*Dipl. Norv. VI, 548—49*). Datum Rome non. aug. anno 2.

Gratis de mandato pape.

Reg. Vat. 407 fol. 193 v.

1910.

5. Sept. 1448.

Ærkedegnen Jens Iversen (Lange) i Aarhus faar Lov til med Ærkedegnestillingen at forene et andet ellers dermed uforeneligt Embede, skønt han forud har Kanonikater og Præbender i Lund. Ribe og Viborg; Brevet skal dog kun gælde for 5 Aar.

Supplicat Johannes Iuati [ɔ: -ri] archidiaconus ecclesie Arusienensis, ex utroque parente de militari genere procreatus, quatenus secum, ut cum archidiaconatu ecclesie predictae, qui curatus est et electivus ac dignitas maior post pontificalem in dicta ecclesia existit, quodcumque aliud beneficium curatum seu alias incompatible recipere et, quoad vixerit, retinere necnon illa et quevis alia per eum imposterum assequenda incompatible beneficia, quotiens sibi placuerit, dimittere et loco dimissorum alia duo dumtaxat incompatible etiam recipere et insimul, quoad vixerit, retinere valeat, dispensare dignemini, non obstante, quod dictus Johannes archidiaconatum predictum, cui certi ipsius ecclesie canonicatus et prebende ac nonnullae parrochiales ecclesie uniti sunt [fructus cum huiusmodi annexis 10 mr.], necnon Lundensis, Ripensis et Vibergensis ecclesiarum canonicatus et prebendas [omnium fructus 6 mr.] obtineat. Fiat ad quinquennium. T. Datum Rome apud s. Mariam Maiorem non. sept. anno 2.

Suppl. 423 fol. 92 v.

1911.

17. Dec. 1448.

Klerken Bent Topsen fra Slesvig Stift faar Kanonikat og Præbende samt Kantoriet ved Frue Kirke i København.

Vacantibus canonicatu et prebenda necnon cantoria collegiate ecclesie b. Marie virginis Haffnensis Roskildensis diocesis [fructus 5 mr.] per assecutionem prepositure Roskildensis necnon canonicatus et prebende eiusdem [fructus 15 mr.] per v. s. Olauo Johannis factam, supplicat igitur Benedictus Toppssen clericus Slesvicensis diocesis, nullum beneficium obtinens, quatenus sibi de cantoria, canonicatu et prebenda predictis providere dignemini. Fiat. T. Datum Rome 16. kal. jan. anno 2.

Suppl. 425 fol. 25.

1912.

17. Dec. 1448.

Kong Christierns »familiaris«, Klerken Johannes Bacenest fra Bremen Stift, som er til Stede ved Kurien, faar et evigt Vikariat i Roskilde Domkirke.

Vacante perpetua vicaria altaris s. Dorothee in ecclesia Roskildensi [fructus 3 mr.] per assecutionem prepositure, que inibi maior dignitas post pontificalem reputatur, necnon canonicatus et prebende eiusdem Olauo Johannis collegiate ecclesie b. Marie Haffnensis cantori et canonico per munus consecrationis ac promotionem per s. v. factam, supplicat Johannes Bacenest clericus Bremensis diocesis, familiaris et continuus commensalis Cristiarni Dacorum, Gottorum Slauorumque regis, nullum beneficium obtinens, actu in Romana curia presens, quatenus sibi de prefata vicaria providere dignemini. Fiat. T. Datum Rome 16. kal. jan. anno 2.

Suppl. 425 fol. 25 v.

17. Dec. 1448.

Supplik se Bullen Nr. 1919.

1913.

30. Dec. 1448.

Oluf Jensen faar bevilget, at Brevet af 17. Dec. 1448 om hans Udnævnelse til Provst i Roskilde maa blive udstedt paa ny med nogle Tilføjelser.

Reformatio.

Cum ab aliquibus asseritur(!) per signaturam, que est Fiat ut petitur, habitam super supplicatione, cuius copia superponitur, non venire derogationem statutorum, consuetudinum et indultorum in ipsa supplicatione petitam, ac etiam in ipsa supplicatione non fuerit expressum, quod canonicatus et prebenda ac prepositura Roskildensis ecclesie per electionem de persona Olaui Daa episcopi Roskildensis ad ecclesiam Roskildensem per ipsius ecclesie capitulum et alios, ad quos huiusmodi electio pertinet, factam et auctoritate ordinaria confirmationem necnon muneris consecrationem extra Romanam curiam auctoritate ordinaria subsecutas vace[n]t, supplicat prefatus Olauus Johannis, quatenus litteras

Paven befaler Biskoppen i Roskilde at give Dominikanerne i Helsingør, der nu kun har et Kapel. Tilladelse til at opføre et Kloster med alle tilhørende Bygninger paa en Grund, som Kong Erik af Pommern havde skænket dem, og giver det vordende Kloster alle Ordenens Privilegier.

Episcopo Roskildensi. Ut ea, que pro divini cultus (*Ny kirkehist. Saml. VI, 558—60; Reg. #5762*). Datum Rome 3. non. aprilis anno 5.

Reg. Lat. Nicol. V bull. 1. XV (tabt) fol. 57.

¹⁾ Cod. sibi vicariam predictam

1973.

5. April 1451.

Paven giver Sognepræsten Valdemar Valdemarsen i Pederstorp paa Femern, som er Subdiakon, Dispensation til ikke at lade sig vie til de andre gejstlige Grader i de første to Aar.

Volmaro Volmers rectori parrochialis ecclesie in Peterstorp in Ymbria Ottoniensis diocesis. Vite ac morum honestas [etc.]. Hinc est, quod nos, volentes te, qui in subdiaconatus ordine constitutus existis et ad parrochiale ecclesiam in Peterstorp in Ymbria Ottoniensis diocesis, que de jure patronatus ducis Holsatie existit, tunc vacante[m] per nobilem virum Adolphum ducem Holsatie infra tempus debitum presentatus et in illius rectorem canonice institutus fuisti ac eam obtines de presenti, et pro quo idem Adolphus comes (!), asserens te dilectum suum fore, nobis super hoc supplicavit, favore prosequi gratioso, tecum, ut usque ad biennium a data presentium computandum prefati ducis obsequiis insistendo ratione dicte ecclesie ad alios sacros ordines te promoveri facere minime teneris, tenore presentium dispensamus . . . Datum Rome non. aprilis anno 5.

P. XX. de Varris.

Reg. Lat. 469 fol. 105.

1974.

10. April 1451.

Paven indsætter Biskopperne i Ribe og Børglum og Provsten i Lübeck til Værneherrer for Mariager Kloster; Brevet skal gælde for tyve Aar.

Ripensi et Burglanensi episcopis ac preposito ecclesie Lubicensis. Militanti etc. Sane abbatisse et sororum necnon fratrum monasterii ss. Marie et Brigitte Marieager ordinis s. Augustini, alias s. Salvatoris nuncupati¹⁾, Arusiensis diocesis conquestione percepimus . . . [som Nr. 849], presentibus post viginti annos minime valituris. Datum Rome 4. id. aprilis anno 5.

A. L. de Feletis.

Reg. Lat. 445 fol. 128 v.

1975.

10. April 1451.

Mariager Kloster faar Stadfæstelse paa Kong Christierns og Biskop Ulrik Stygges Gave af Vor Frue Kirke i Randers.

[Cum] Cristiernus Danorum, Norchorum, Sclauorum Gottorumque rex etc. modernus cupiat cultum divinum augeri in monasterio ss. Marie et Brigitte ordinis s. Augustini, s. Salvatoris nuncupati, in diocesi Arusiensi dicti regni Dacie noviter plan-

¹⁾ Gz. — Cod. Brigitte. alias s. Salvatoris nuncupati. Marieager

tato, quodque, conservationi monasterii eiusdem salubrius intendens, jus patronatus sive jus presentandi, quod obtinebat, ad parochialem ecclesiam b. Marie in Randrusia Arusiensis diocesis predictae, quondam vero Vhricus episcopus Arusiensis, jus instituendi seu curam committendi in eadem ecclesia habens, idem jus instituendi et destituendi ac alias disponendi salvo jure cathedratico in ipsum monasterium transtulerunt ipsique monasterio incorporarunt et donarunt, . . . supplicatur igitur pro parte dicti monasterii, quatenus translationem, incorporationem et donationem aliaque predicta cum inde secutis . . . ac quascunque alias donationes et privilegia ipsi monasterio et singularibus personis eiusdem . . . qualitercunque facta et concessa ex certa scientia confirmare, quodque dictam ecclesiam parochialem ac rectorem pro tempore ab omni onere episcopali, jure cathedratico dumtaxat accepto [c: excepto], omnimodam dispositionem eiusdem ecclesie necnon cuiusdam scole scolarium ibidem teneri consuetam [c: -te] dicto monasterio relinquendo, ac etiam ipsum monasterium a solutione decimarum ac aliarum quarumcunque exactionum de quibuscunque bonis, terris, possessionibus, grangiis, ortis, piscationibus ac aliis quibuscunque rebus dicto monasterio Marie-ager assignatis seu acquirendis perpetuo in futurum eximere dignemini. Fiat de confirmatione. T. Datum Rome 4. id. aprilis anno 5.

Suppl. 445 fol. 124 v.

1976.

14. April 1451.

Optegnelse om, at Paven forflytter Biskop Thorlav fra Viborg til Bergen og udnævner Dekanen i København Knud (Mikkelsen) til hans Efterfølger i Viborg.

[1451] Die mercurii 18. kal. maji sanctissimus dominus noster in consistorio secreto ad relationem domini Morinensis absolvit Torlauum episcopum Vibergensem a vinculo, quo dicte ecclesie tenebatur, et ipsum transtulit ad ecclesiam Bergensem vacantem per obitum cuiusdam Olauii ultimi episcopi. Eisdem die et loco sanctissimus dominus noster ad relationem eiusdem cardinalis providit ecclesie Vibergensi vacanti, ut supra, de persona Kanuti decani ecclesie Haffnensis.

Oblig. 72 fol. 45 og 75 fol. 46. Trykt Dipl. Norv. XVII, 481—82.

1977.

14. April 1451.

Paven forflytter Biskop Thorlav i Viborg til Bergen Stift, der er ledigt ved Oluf Grans Død.

Torlauo episcopo Bergensi. Credite nobis dispensationis urgemur officio (*Dipl. Norv. XVII, 482—87*). Datum Rome 18. kal. maji anno 5.

Simili modo Capitulo ecclesie Bergensis.
Clero civitatis et diocesis Bergensis.
Populo — — — —
Archiepiscopo Nidrosiensi.
Cristierno regi Norvegie.

O. XXII. X. X. X. X. X. Pontanus.
Reg. Lat. 467 fol. 24.

1978.

14. April 1451.

Paven udnævner Dekanen i København Knud (Mikkelsen) til Biskop i Viborg.

Kanuto electo Vibergensi. Apostolatus officium [etc.; jfr. Nr. 451]. Sane ecclesia Vibergensi ex eo vacante, quod nos hodie Torlauum Bergensem, tunc Vibergensem, episcopum licet absentem a vinculo, quo ipsi Vibergensi ecclesie tenebatur . . . , absolventes ad ecclesiam Bergensem duximus transferendum, nos . . . [som Nr. 873] ad te, tunc decanum ecclesie Haffnensis Roskildensis diocesis utriusque juris doctorem in sacerdotio et etate legitima constitutum, . . . direximus oculos nostre mentis . . . [ac] de persona tua . . . eidem ecclesie Vibergensi . . . providemus . . . Datum Rome 18. kal. maji anno 5.

Simili modo Capitulo ecclesie Vibergensis.
Clero civitatis et diocesis Vibergensis.
Populo — — — —
Archiepiscopo Lundensi.
Christierno regi Dacie.

A. XX. X. X. X. X. X. de Feletis.
Reg. Lat. 467 fol. 113 v.

1979.

27. Maj 1451.

Paven reserverer efter Kong Christierns Anbefaling Kanonikat og Præbende i Aarhus for Klerken Magister Jens Lang fra Aarhus Stift.

Johanni Lang¹⁾ clerico Arusiensi magistro in artibus. Litterarum scientia, vite ac morum honestas [etc.]. Cum itaque canonicatus et prebenda ecclesie Arusiensis, quos Kanutus electus Vibergensis tempore promotionis per nos nuper facte de ipso ad ecclesiam Vibergensem oblinebat²⁾, prout obtinet²⁾, per huiusmodi promotionem et munus consecrationis impendendum eidem

¹⁾ II: Lange ²⁾ mangler i II.

electo vacare sperentur, nos, volentes tibi¹⁾, pro quo Cristiernus Dacie rex, asserens te dilectum familiarem suum esse, nobis super hoc supplicavit¹⁾, gratiam facere specialem, canonicatum et prebendam predictos [fructus 4 mr.], cum illos quovis modo preterquam per ipsius Kanuti obitum vacare contigerit, conferendos tibi donationi apostolice reservamus. Datum Rome 6. kal. junii anno 5.

Simili modo Spoletano et Mantuano ac Perusino episcopis.

P. gratis pro deo. pridie non. jan. anno 5. de Varris.

Reg. Lat. 472 fol. 177; ogsaa (II) Supplik (Fiat. T.) i Suppl. 445 fol. 96.

1980.

27. Maj 1451.

Kong Christiern faar bevilget, at hans Sekretær Daniel Kepken faar Dekanetet i København og Kanonikater og Præbender i Viborg og Ribe, og at Provsten i Aarhus Ejler »Rantzow« (o: Bølle) med Provstiet maa forene et andet ellers dermed uforeneligt Embede.

Supplicat Cristiernus Dacie Norvegie Slauorum et Gottorum rex ac de Oldenburg et De lmenhorst (!) comes, quatenus sibi in personas dilectorum suorum secretarii, servitoris et capellani ac aliorum inferius scriptorum justitias, gratias et concessiones concedere dignemini. Et primo, cum decanatus ecclesie b. Marie Haffnensis Roskildensis diocesis, qui inibi dignitas principalis ac curata et electiva existit, ac Vibergensis et Ripensis ecclesiarum canonicatus et prebende per promotionem de persona Kanuti electi Vibergensis nuper auctoritate apostolica factam et munus consecrationis eidem electo impendendum vacare sperentur, supplicat prefatus rex in personam Danielis Kepken clerici Leodiensis diocesis dilecti sui secretarii, quatenus de decanatu [fructus 4 mr.] ac Vibergensis [fructus etiam 4 mr.] et Ripensis [fructus similiter 4 mr.] ecclesiarum huiusmodi canonicatibus et prebendis, cum illos ut premittitur vel alias preterquam per ipsius electi obitum vacare contigerit . . ., eidem Danieli providere dignemini. Fiat. T.

Item²⁾ supplicat prefatus rex in personam Eleri Rantzaw prepositi ecclesie Arusiensis de militari genere ex utroque parente procreati, quatenus cum eodem Elero, ut unacum dicta prepositura, que inibi dignitas non tamen post pontificalem maior nec electiva sed curata existit [fructus 4 mr.], quam obtinet, unum aliud seu sine illa quecunque duo curata vel alias invicem incompatibilia beneficia, si sibi alias canonice confe-

¹⁻¹⁾ mangler i II. ²⁾ Her foran findes Suppliken til Nr. 1979 indskudt.

rantur, recipere et, quoad vixerit, retinere illaque omnia, quotiens sibi placuerit, dimittere et loco dimissorum alia beneficia duo dumtaxat invicem incompatibilia similiter recipere et, quoad vixerit, retinere libere possit, dispensare dignemini. Fiat ad vitam et de speciali. T. Datum Rome 6. kal. junii anno 5.

Suppl. 445 fol. 95 v.

1981.

10. Juni 1451.

Paven befaler efter Ansøgning fra Abbedissen og Konventet i Maribo Kloster Biskoppen i Aarhus at bekræfte Omdannelsen af Klostrene i Glenstrup og Randers fra Benediktinerklostre til eet Birgittinerkloster i Mariager.

Episcopo Arusiensi. Sacre religionis [som Nr. 832]. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte abbatisse et conventus monasterii Marieager ordinis s. Augustini, s. Salvatoris nuncupati, tue diocesis petitio continebat, quod olim Eugenio pape IV pro parte Anne abbatisse et sororum ac Nicolai Jacobi generalis confessoris et fratrum monasterii Mariebo de Lalandia dicti ordinis s. Augustini, s. Salvatoris nuncupati, Ottoniensis diocesis exposito, quod olim, postquam in Norcloster, alias Glenstorp, et b. Marie in Randrusia dudum ordinis s. Benedicti etiam tue diocesis monasteria, ordine ipso et dignitatibus in illis rite suppressis¹⁾, ordini Cartusiensi cum omnibus preter ipsam b. Marie ecclesiam pertinentiis suis pro illorum habitatione et usu canonice applicata et appropriata ac in ipso monasterio Norcloster predictus ordo Cartusiensis institutus fuerat, nonnulle eiusdem Cartusiensis ordinis persone, in Norcloster et b. Marie monasteria predicta earundem applicationis et appropriationis obtentu assecute, illa extunc, ad id recolende memorie Eri regis Dacie ac prelatorum et aliarum quam plurium illarum partium personarum accedente consensu, per aliqua tempora possederunt, dictusque rex personas [c: -nis] ordinis Cartusiensis huiusmodi non modicas pro reparatione ipsius monasterii in Norcloster subventiones fecit et pro ampliori eiusdem monasterii in Norcloster dote possessiones, Turebu et Turebufang nuncupatas, tunc expressas cum omnibus earum pertinentiis donavit, ac demum, cum persone ordinis Cartusiensis predictae, videntes se propter insolitam eis partium illarum inhabitationem et idiomatis difficultatem, ac pro eo quod ipsa in Norcloster et b. Marie monasteria pro domibus ordinis Cartusiensis huiusmodi minus idonea existebant, in illis commode degere non posse, in Norcloster et b. Marie

¹⁾ Cod. suppressis et

monasteria eorumque possessiones huiusmodi reliquerunt, et quia nonnulli, qui se gerunt pro monachis dicti ordinis s. Benedicti, in prefato monasterio Norcloster, nullo sibi ad id justo aut canonico suffragante titulo, se intruserunt illudque extunc per plures annos detinuerunt, prout detinebant, indebite occupatum¹⁾, prefate ordinis Cartusiensis persone dicta in Norcloster et b. Marie monasteria cum possessionibus sibi a dicto rege donatis predictis personis eiusdem monasterii Mariebo pro fundatione unius monasterii dicti ordinis s. Augustini, s. Salvatoris nuncupati, assignarunt et in eos transtulerunt, necnon Anna abbatissa et sorores ac Nicolaus et fratres predicti easdem assignationem et translationem acceptarunt illasque necnon predictam resignationem, recolende memorie Cristofori etiam Dacie regis ad id accedente consensu, approbari per bone memorie (!) Cristier[n]um episcopum Ripensem, a prefato predecessore ad id per suas litteras deputatum, ac ordinem Cartusiensem ibidem supprimi eandemque domum in monasterium monialium ordinis s. Augustini, s. Salvatoris nuncupati, juxta observantias et regularia instituta monasterii Mariebo erigi illique bona predicta assignari et appropriari [fecerunt]²⁾, prout in predecessoris litteris et Henrici Stangenberg canonici Ripensis, episcopi Ripensis predicti commissarii, processibus dicitur plenius et serius contineri. Quare pro parte abbatisse et conventus monasterii Marieager huiusmodi nobis fuit supplicatum, quatenus assignationi, suppressioni et erectioni prefatis cum inde secutis robur apostolice confirmationis adjicere dignaremur. Nos igitur fraternitati tue mandamus, quatenus assignationem, suppressionem et erectionem predictas omniaque inde secuta, dummodo ad id fratrum ordinis Cartusiensis huiusmodi consensus accesserit, apostolica auctoritate confirmes. Datum Rome 4. id. junii anno 5.

A. XXX. de Feletis.

Reg. Lat. 468 fol. 3 v. ogsaa Supplik (Fiat de consensu. T.) i Suppl. 445 fol. 227 v.

1982.

16. Juni 1451.

Paven opfordrer Kong Christiern til at hjælpe Byen og Stiftet Dorpat, der ligger tæt ved Kætternes Grænser og trues med Angreb af dem.

Dacie regi. Ad gloriam divini nominis (*Liv.-, Esth.- und Curl. Urkundenb. XI, 117—18*). [Datum Rome 16. kal. julii anno 5.]

Samtidig Afskrift i Statsarkivet i Königsberg 272 Fol. S. 526.

¹⁾ Gz. — Cod. occupata ²⁾ add. Gz.

1983.

23. Juni 1451.

Paven udsender Biskop Bartholomæus (de Rimbertainis) i Koron som Nuntius med Myndighed som Legatus de latere til Danmark, Sverige og Norge, dels for at stifte Fred i disse Lande, der har været meget hjemsøgte af Krig, dels for at reformere Gejstligheden. Han faar Myndighed til at slutte Vaabenhvile, Fred og Forbund paa Pavens Vegne og til at visitere og reformere alle Kirker og Klostre samt sammenkalde Provinsial- og Synodalkoncilier.

Bartholomeo episcopo Coronensi, nuntio et oratori nostro. Divina disponente clementia (*Dipl. Norv. XVII, 987—89*)¹). Datum Rome 9. kal. julii anno 5. *De curia.*

Reg. Vat. 433 fol. 178. Efter Gl. kgl. Saml. 4^o 3124 fol. 245 ogsaa i L. Dipl.

1984.

24. Juni 1451.

Paven stadfæster efter Ansøgning af Forstanderen Anders Bork og Præsten Henneke fra Aalborg Oprettelsen af et Helligaandskloster i denne By.

Ad futuram rei memoriam. Piis fidelium votis, illis presertim, per que Christi pauperum, egrotorum et aliarum miserabilium personarum necessitatibus et utilitatibus providetur ac divini cultus et religionis provenit augmentum, libenter annuimus eaque favoribus prosequimur oportunis. Sane pro parte Andree Bork magistri et Hennikini presbiteri fratrum hospitalis pauperum s. Spiritus opidi Aleborgensis Vibergensis diocesis nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim ipsi, provide attendentes, quod in civitate Vibergensi ac in opido et diocesi predictis hospitale aliquod, in quo pauperes, infirmi et miserabiles persone receptorium habere possent, minime reperiretur, ac etiam in diocesibus circumstantibus raro hospitalia reperiri poterant, propter quod ex eisdem pauperibus et infirmis nonnulli in plateis et angulis domorum ac diversis locis reperiebantur in multis miseriis constituti, ipsi compassione erga ipsos pauperes et caritate commoti una cum quibusdam aliis eorum parentibus consanguineis affinibus et in ea parte coadjutoribus, cupientes terrena in celestia et transitoria in eterna felici commercio commutare, domos, possessiones, fundos et alia bona ad eos legitime pertinentia pro quodam hospitali tunc pro receptione et recreatione pauperum erigendo, nunc vero erecto, decreto et auctoritate ordinarii loci intervenientibus ac etiam de consensu et cum adiutorio consulum et universitatis dicti opidi aliorumque Christi fidelium amminiculis [pie donaverunt et]²) hospitale pauperum

¹) Her dog med det urigtige Aar 1452. ²) add. Gz.

sub invocatione s. Spiritus pro eorundem pauperum et infirmorum usu et habitatione perpetuis cum ecclesia, campanis et aliis necessariis officinis fundaverunt ac construi fecerunt atque dotarunt, et deinde, postquam Hermannus episcopus Vibergensis, provide attendens, quod pauperes ibidem benigne recipiebantur et caritative tractabantur, foundationem et erectionem predictas auctoritate ordinaria primo confirmaverat ac ipsius hospitalis ecclesiam in honorem dei et gloriose eius genitricis Marie necnon ss. Johannis Evangeliste, Martini et Lucie virginis consecraverat ac voluerat, quod dicti hospitalis persone, fratres atque sorores se in illo ad permanendum perpetuo et serviendum deo et pauperibus inibi voto offerentes ad instar fratrum et sororum hospitalis s. Spiritus Lubicensis incederent ac ipsis in ritu, habitu et observantia se conformarent, donec domino disponente religionem aliquam assumerent firmiorem, [ac]¹⁾ dicti fratres, eodem hospitali ignis incendio casualiter concremato, illud denuo cum insigni ecclesia, in qua quotidie divina celebrantur officia, reformari pro huiusmodi pauperum sustentatione et divini cultus augmento ac reparari fecerant, fundatio [et]¹⁾ erectio huiusmodi et quecunque inde secuta etiam auctoritate quarundam litterarum Eugenii pape IV, hoc adjecto, quod ipsi fratres et sorores se fratribus et sororibus hospitalis Lubicensis huiusmodi in habitu, ritu et observantia predictis perpetuo conformarent²⁾, confirmata fuere, ac etiam successive auctoritate regia regum Dacie, videlicet Cristofori, qui etiam ipsum hospitale, in quo infirmi, ceci, claudi, orfani, pupilli ac alie quam plures miserabiles persone bene recipiebantur et caritative tractabantur, diversis donis, muneribus, privilegiis et libertatibus insignivit, et Cristierni moderni regis, predecessoris sui facta confirmantis, in quorum regno prefatum opidum consistit, ratificata et gratificata fuerunt, prout in litteris et documentis autenticis inde confectis dicitur plenius contineri. Cum autem in hospitali prefato largiente domino non modica servetur pauperum et miserabilium personarum hospitalitas, et eiusdem facultates ad hoc ex largitione fidelium de die in diem incrementa suscipiant, predictique fratres timent (!), ne successu temporis propter aliquorum incuriam evanescere possit, quod tam pie et provide votivum hucusque suscepit effectum, et propterea ipsi se et fratres ac sorores predictos ipsius hospitalis alicui approbato ordini regulari sive hospitali et presertim s. Spiritus

¹⁾ add. Gz. ²⁾ Cod. confirmarent

in Saxia de Urbe sub[j]ici illiusque ordini voto professionis astringi desiderant(!), ut ex hoc firmior succedat subsistentia premissorum, quare pro parte Andree et Hennikini ac aliorum fratrum et sororum dicti hospitalis nobis fuit supplicatum, ut pro huiusmodi cultus augmento et dicti hospitalis conservatione illiusque honorum et jurium, et ne pie fidelium elemosine et elargitiones in alios usus quam deputatos post ipsorum obitus exponantur, ipsos fratres et sorores a prefatis conformitate, ritu, habitu et observantia eximere et penitus liberare eosque et imposterum existentes in eodem hospitali Aleborgensi fratres et sorores una cum dicto hospitali eidem [hospitali]¹⁾ s. Spiritus in Saxia juxta quedam inter eos et preceptorem dicti hospitalis in Saxia concordata et in quodam publico instrumento contenta et quoad ea sub[j]icere, ritum, habitum et observantiam primevos suppressere ac in illo ordinem fratrum hospitalis s. Spiritus sub regula s. Augustini degentium necnon ritum et habitum dicti hospitalis in Saxia in prefato eorum hospitali perpetuis futuris temporibus servari debere ordinare ac alias eis et eorum statui super hiis oportune providere dignaremur. Nos igitur, qui hospitalium et piorum locorum statum prosperum et felicem ac pauperum et miserabilium personarum commoda et utilitates tota mente appetimus, huiusmodi piis supplicationibus annuentes, necnon fratres et sorores ipsius hospitalis a predictis conformitate, observantia, ritu et habitu absolventes ac donationes et concessiones per quascunque personas eidem hospitali factas confirmantes, tenore presentium ordinamus, quod fratres et sorores hospitalis Aleborgensis juxta observantiam fratrum hospitalis in Saxia predictorum ac sub regula b. Augustini vivere illiusque regularibus institutis, quantum humana fragilitas, qualitate et moribus patrie consideratis, permiserit, tribus votis substantialibus semper salvis, se conformare necnon illorum habitum deferre debeant, et nichilominus, concordata predicta ac omnia in eodem instrumento contenta, pena dumtaxat excepta, ratificantes, fratribus et sororibus dicti hospitalis Aleborgensis presentibus et futuris, quod omnibus ac illis prorsus similibus privilegiis, quibus hospitale in Saxia predictum ac singulares in illo degentes ecclesiastice secularesque persone gaudent, valeant perpetuo pariter gaudere, et insuper personis presentibus et futuris eiusdem hospitalis Aleborgensis priorem, quotiens ipsum hospitale

¹⁾ add. Gz.

vacare contigerit, de gremio fratrum dicti hospitalis Aleborgensis eligendi necnon pro tempore existenti dicti hospitalis in Saxia magistro electum canonicè confirmandi concedimus facultatem. Datum Rome 8. kal. julii anno 5.

Gratis. de mandato pape. D. de Luca.
Reg. Vat. 403 fol. 263.

1985.

28. Juni 1451.

Paven udsteder Pas og Anbefalingsskrivelse for sin Nuntius til de nordiske Riger. Biskop Bartholomæus (de Rimbertainis) i Koron, med 25 Ledsagere. Brevet gælder for tre Aar.

Universis, ad quos presentes nostre littere pervenerint. Cum Bartholomeum (*Dipl. Norv. VI, 567; Reg. *5776*). Datum Rome 4. kal. julii anno 5. *De curia.*

Reg. Vat. 416 fol. 153.

1986.

14. Juli 1451.

Optegnelse om, at det pavelige Kammer har udbetalt Biskop Bartholomæus (de Rimbertainis) i Koron 1320 Gylden som Dækning af Rejseudgifter til Danmark og Norge.

[1451] Die 14. eiusdem [5: mensis julii] prefatus locumtenens 5: Jacobus episcopus Perusinus in thesaurarius pape officio locumtenens vigore unius mandati Ludouici cardinalis, pape camerarii] per manus ut supra [5: per manus Roberti de Martellis pecuniarum camere apostolice depositarii] dedit et solvit Bartholomeo episcopo Coronensi pro eius provisione unius anni die prima eiusdem presentis incepti et, ut sequitur, finiendi de expensis suis fiendis eundo ad regna Dacie et Norvegie fl. auri de camera 1320, ut apparet per mandatum factum die prima eiusdem.

Introitus et Exitus 419 fol. 128 v.

1987.

16. Nov. 1451.

Kong Erik anmoder Paven om at afgøre en Strid mellem Indbyggerne i Byen Greifenberg i Camin Stift paa den ene og Præmonstratenserklostret Belbog samt Indbyggerne i Treptow paa den anden Side om Retten til Sejlads i Floden Rega til Fordel for Greifenberg, som han selv ved sin Kendelse har givet Ret.

Post humilima beatissimorum pedum oscula . . . Cum dudum ante centum annos (*Schoeltzen et Kreysig, Dipl. et Script. hist. German. III, 121—22; Reg. *5789*). Datum in castro nostro Rugenwolde anno 1451 mensis nov. die 16 meo sub secreto

Ericus regnorum Dacie Svecie Norvegie Gotorumque rex, Stettinensium et Pomeranie Slauorum Cassubieque dux ac Rugie princeps.

1988.

25. Febr. 1452.

Paven giver den udvalgte Biskop Knud (Mikkelsen) i Viborg Lov til paa Grund af Biskopsbordets Fattigdom med Bispestillingen i to Aar at forene Besiddelsen af Dekanatet i København og Kanonikater og Præbender i København og Roskilde.

Kanuto electo Vibergensi. Tue devotionis exigentibus meritis inducimur, ut [in] illis, que tuis commoditatibus fore conspicimus opportuna, quantum cum deo possumus, favorem tibi benivolum impendamus. Nuper siquidem ecclesie Vibergensi . . . de persona tua . . . duximus providendum. Cum autem, sicut exhibita nobis nuper pro parte tua petitio continebat, propter guerrarum turbines et alias calamitates, que partes illas diutius afflixerunt, fructus mense episcopalis eiusdem ecclesie, qui 400 fl. auri de camera vel circa valere consueverant, adeo diminuti existunt, quod deductis oneribus episcopus pro tempore existens juxta illarum partium consuetudinem ex residuis statum suum episcopalem juxta pontificalis dignitatem [c: -tis] decentiam commode tenere non potest, nos, volentes tibi pro huiusmodi statu tuo decentius tenendo de alicuius subventionis auxilio providere, Cristierni Dacie regis necnon tuis in hac parte supplicationibus inclinati, ut decanatum et canonicatum et prebendam ecclesie b. Marie Haffnensis Roskildensis diocesis [fructus 8 mr.] necnon canonicatum et prebendam Roskildenses [fructus 4 mr.], quos tempore provisionis predictae obtinebas, prout obtines, etiam postquam munus consecrationis susceperis aut tempus de consecrandis episcopis a canonibus diffinitum lapsum fuerit, in commendam usque ad biennium tenere et eorum fructus huiusmodi percipere valeas, Lateranensis concilii et quibuscunque alijs constitutionibus apostolicis ac dictarum ecclesiarum statutis ceterisque contrariis nequaquam obstantibus, tenore presentium indulgemus, decernentes decanatum et canonicatus ac prebendas prefatos per promotionem seu muneris consecrationis impensionem vel lapsum temporis huiusmodi dicto durante biennio non vacare . . . Datum Rome 6. kal. martii anno 5.

X.

X.

Reg. Vat. 420 fol. 35 v.

1989.

25. Febr. 1452.

Paven reserverer Dekanetet ved Frue Kirke i København for Kong Christierns Kapellan, Magister Jesper (Henriksen) »fra Fyn«, skønt han forud har Kanonikat og Præbende i Lund; dog skal han først kunne faa det efter to Aars Forløb.

Jaspari de Fionia canonico Lundensi magistro in artibus. Litterarum scientia, vite ac morum honestas [etc.]. Cum itaque decanatus ecclesie b. Marie Haffnensis Roskildensis diocesis, quem Kanutus electus Vibergensis tempore promotionis per nos nuper facte de ipso ad ecclesiam Vibergensem obtinebat, prout obtinet, per huiusmodi promotionem et munus consecrationis impendendum eidem electo post biennium a data nostrarum litterarum reservationis seu commende eidem Kanuto de eodem decanatu per nos facte vacare speretur, nos, volentes tibi, pro quo Christiernus Dacie rex, asserens te dilectum suum capellanum et de militari genere ex utroque parente procreatum esse, nobis super hoc supplicavit, gratiam facere specialem, decanatum predictum, qui inibi dignitas principalis existit, et ad quem quis per electionem assumitur, cuique cura immineat (!) animarum [fructus 4 mr.], cum illum . . . quovis modo preterquam per ipsius Kanuti obitum vacare contigerit, conferendum tibi donationi apostolice post biennium huiusmodi reservamus, non obstante quod canonicatum et prebendam ecclesie Lundensis [fructus 4 mr.] nosceris obtinere. Datum Rome 6. kal. martii anno 5.

X.

Reg. Vat. 420 fol. 23.

1990.

28. Febr. 1452.

Paven meddeler Kong Christiern, at han har valgt Magister Henrik Kaltiesen til Ærkebiskop i Trondhjem efter Aslak Bolts Død.

Christierno Dacie et Norvegie regi. Gratie divine premium (*Dipl. Norv. I, 595—96¹*); *Reg. #5808*). Datum Rome 3. kal. martii anno 5.

Reg. Vat. 419 fol. 290.

1991.

1. Marts 1452.

Biskop Knud (Mikkelsen) i Viborg lover gennem Johannes Lindeman at betale Servispenge til det pavelige Kammer og Kardinalkollegiet.

[1452] Die 1. mensis martii Johan[n]es Li[n]thiman [abbreviator litterarum apostolicarum] tamquam principalis et privata

¹) Her dog med den urigtige Dato 27. Febr. 1451.

persona Kanuti episcopi Vibergensis et eius vice et nomine obtulit camere apostolice et sacro cardinalium collegio fl. auri de camera 33 et unum tertium alterius fl., ad quos dicta ecclesia taxata reperitur, et quinque minuta servitia consueta. Card. XII. Eorundem autem communis et minorum medietatem infra sex menses proxime venturos et aliam infra alios sex menses inde proxime secuturos solvere promisit [etc.]. Et prefatus locumtenens [ɔ: Jacobus episcopus Perusinus] tulit sententias in scriptis. Datum ut supra [ɔ: Rome in camera apostolica]. Dicta die prefatus Kanutus ratificavit predicta gesta per dictum Johannem.

Divers. Nic. V 1447—54 fol. 140 (Archivio di Stato); ogsaa Oblig. 76 fol. 65.

1992.**1. Marts 1452.**

Optegnelse om, at Biskop Knud (Mikkelsen) i Viborg betaler Servispenge til det pavelige Kammer.

[1452] Dicta die [1. mensis martii] habuit prefatus locumtenens dicto Roberto recipiente a Canuto episcopo Vi[ber]gensi pro suo communi servitio dicte ecclesie per manus ut supra [ɔ: Petri et Johannis de Medicis et sociorum suorum Romanam curiam sequentium] fl. auri similes [ɔ: de camera] 16. sol. 33 et den. 4 prefate monete Romane.

Introitus et Exitus 421 fol. 15.

1993.**1. Marts 1452.**

Biskop Knud (Mikkelsen) i Viborg betaler Servispenge til Kardinalkollegiet.

Latinus etc. [sacri collegii camerarius], quod Kanutus episcopus Vibergensis pro totali solutione suorum communis et minuti servitorum, in quibus etc., ac termino nondum elapso etc., fl. auri de camera 17 sol. 47 den. 7 nobis etc. per manus honorabilium virorum Petri et Johannis de Medicis et sociorum etc. die date presentium solvi fecit realiter et cum effectu. De quibus etc. In quorum etc. Datum Rome die 1. mensis martii anno [1452] pontificatus anno 5. fl. 2 gr. 2.

Oblig. 77 fol. 80 v.

1994.**4. Marts 1452.**

Paven reserverer Kanonikat og Præbende i Ribe for Klerken Magister Jens Lang fra Aarhus Stift, skønt han forud har Kanonikat og Præbende i Aarhus.

Johanni Lang clerico Arusiensi magistro in artibus. Litterarum scientia, vite ac morum honestas [etc.]. Cum itaque canonicatus et prebenda ecclesie Ripensis, quos Kanutus electus Vibergensis tempore promotionis per nos nuper facte de ipso

ad ecclesiam Vibergensem obtinebat, per huiusmodi promotionem et munus consecrationis impendendum eidem electo vacare sperentur¹⁾, nos, volentes tibi gratiam facere specialem, canonicatum et prebendam predictos [fructus 4 mr.], cum illos . . . quovis modo preterquam per ipsius Kanuti obitum vacare contigerit, conferendos tibi . . . donationi apostolice reservamus . . . , non obstante . . . quod nos dudum tibi de canonicatu et prebenda ecclesie Arusienensis [fructus 4 mr.] mandavimus provideri. Datum Rome 4. non. martii anno 5.

Simili modo Lundensi archiepiscopo et Lubicensi ac Perusino episcopis.

O. XII. X. 15. kal. maji anno 6. Pontanus.

Reg. Lat. 472 fol. 207 v.

1995.

5. Marts 1452.

Optegnelse om, at Biskop Knud (Mikkelsen) i Viborg modtager Bispevielsen i Kirken St. Maria in Anima i Rom.

Universis etc. Ludouicus [pape camerarius], quod Radulphus episcopus Civitatis Castelli de mandato nostro ac ex commissione etc. super hoc vive vocis etc. in ecclesia hospitalis Theutonicorum de Urbe die date presentium Kanuto episcopo Vibergensi, assistentibus sibi Johanne Pennensi et Marco Alexandrino episcopis, munus consecrationis impendit juxta formam et consuetudinem etc. In quorum etc. Datum Rome anno 1452 indictione 15 die 5. mensis martii pontificatus anno 5. fl. 1 gr. 1.

Arm. 29 vol. 26 fol. 221.

1996.

Marts 1452.

Optegnelse om, at Biskop Knud (Mikkelsen) i Viborg betaler nogle af de mindre Afgifter til det pavelige Kammer.

Introitus sacre . . . de mense martii 1452:

A . . . Canutio electo Vibergensi . . . fl. 1 sol. 33 den. 4.

Introitus subdiaconorum ut supra:

A . . . Canutio electo Vibergensi . . . fl. . . sol. 27 den. 8.

Introitus unius minuti ut supra:

A . . . Canutio electo Vibergensi . . . fl. 1 sol. 14 den. 3.

Introitus trium minorum ut supra:

A . . . Canutio electo Vibergensi . . . fl. 3 sol. 42 den. 9.

Introitus sigilli ut supra:

Ab . . . episcopo Vibergensi . . . fl. 1.

Tasse segret. 1447—55 fol. 12, 56 v, 105 v, 138, 161. (Archivio di Stato).

¹⁾ Cod. sperarentur

1997.

1. April 1452.

Paven bekendtgør efter Anmodning af Kong Karl af Sverige, at denne ikke skal have nogen Skade af, at han foreløbig har ladet den Sag mellem ham og Kong Christiern hvile, som var overdraget Johannes (Carvajal), Kardinal af S. Angeli, til Afgørelse. Kong Karl havde klaget til Kurien over, at de danske Sendemænd hverken ved Mødet i Halmstad eller ved det i Avaskær havde villet slutte Fred paa Trods af deres Løfter.

Ad futuram rei memoriam. Justis petentium (*Dipl. Norv. XVII, 986—87; Reg. 3887**). Datum Rome kal. aprilis anno 6.

Reg. Vat. 425 fol. 23 v.

1998.

Aug. 1452 (?).

Provsten i Barvidsyssel Albert Krummedige faar fornyet Provision paa Kanonikat og Præbende samt Scolastriet i Lübeck, hvoraf Indtægten tidligere var opgivet for lavt.

Reformatio.

Nuper s. v. Alberto Crummedyck preposito in Barszusel in ecclesia Slesvicensi, ex utroque parente de militari genere procreato, de canonicatu et maiori prebenda ac scolastria ecclesie Lubicensis tunc certo modo vacantibus et per ipsum Albertum vigore gratie expectative per e. s. sibi concessæ acceptis ex certis causis de novo providit. Verum idem Albertus canonicatus et prebende ac scolastrie predictorum fructus etc. 9 mr. valorem annuum non excedere per inadvertentiam expressit, cum revera 10 mr. non excedant. Ne propterea provisionis gratia huiusmodi ipsi Alberto inutilis reddatur, supplicat idem Albertus, quatenus litteras apostolicas super dicta supplicatione conficiendas cum expressione 10 mr. et cum clausula: Etiam si canonicatus et prebenda ac scolastria huiusmodi ex quavis causa etiam ratione persone generaliter reservati existant, expediri mandare dignemini. Fiat. T. Et sub data dicte supplicationis. Fiat. T.¹⁾.

Suppl. 454 fol. 220 v.

1999.

21. April 1453.

Munken Niels Hermansen fra Ribe Stift faar Stillingen som Prior i Vor Frue Kloster udenfor Ribe.

Cum prioratus monasterii b. Marie extra muros Ripenses ordinis s. Benedicti tanto tempore vacaverit, quod eius collatio juxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta existat, et de eius vero modo vacationis certa notitia

¹⁾ Udateret. Den nærmest foregaaende Supplik er dateret: Rome non. aug. anno 6; den ældre Supplik, hvis Indtægtsangivelse her korrigeres, haves ikke.

habeatur, supplicat Nicolaus Hermannii monachus expresse professus monasterii in cancellaria exprimendi eiusdem ordinis et diocesis, [quatenus de dicto prioratu], qui curatus et electivus habitu et non actu existit [fructus 4 mr.], eidem Nicolao, qui de eodem loco oriundus existit, dignemini providere. Fiat. T. Datum Rome 11. kal. maji anno 7.

Suppl. 458 fol. 247 v.

2000.

7. Juli 1453.

Otto Berlin, Dekan i Verden, pavelig Kollektor og Nuntius bl. a. i Slesvig og Ribe Stifter, faar Lov til at resignere og ombytte Embeder, dog kun to, og Tilladelsen gælder alene ham.

Supplicat Otto Berlin decanus ecclesie s. Andree Verdensis, litterarum apostolicarum abbreviator ac fructuum camere apostolice pro tempore debitorum in Ripensi et Bremensi provinciis necnon in earundem ac Caminensi, Verdensi, Hildensemensi et Slesvicensi civitatibus et diocesibus collector generalis ac nuntius apostolicus, qui etiam Eugenii pape IV cubicularius existebat, quatenus sibi¹⁾ omnia beneficia cum cura vel sine cura . . . , que obtinet et in futurum obtinebit, in manibus ordinariorum locorum aut cathedralis ecclesie canonici sive prelati simpliciter sive ex causa permutationis simul vel successive, quotiens sibi placuerit, resignandi, et ipsis ordinariis, prelatibus vel canonicis resignationes huiusmodi ab ipso Ottone vel etiam aliis personis, cum quibus permutationes huiusmodi forsitan facere voluerit, etiam si persone huiusmodi s. v. ac vestrorum predecessorum, presertim Eugenii pape, ac s. Romane ecclesie cardinalium familiares continui commensales aut officiales sedis apostolice predictae fuerint, ex eadem causa auctoritate apostolica recipiendi ac illa, que idem Otto personis ipsis, et que persone eedem ex causa predicta [ipsi]²⁾ resignant, beneficia huiusmodi similiter reservata similia vel dissimilia prefato Ottoni auctoritate eadem conferendi et de illis etiam providendi . . . licentiam concedere dignemini . . . Fiat de duobus et pro se ipso tantum. T. Datum Rome non. julii anno 7.

Suppl. 460 fol. 204 v.

2001.

12. Juli 1453.

Maribo Kloster faar Bekræftelse paa Kong Christoffers Gave af Østofte Kirke og Tilladelse til at nyde alle Birgittinerordenens Privilegier.

¹⁾ Cod. sibi ut ²⁾ add. Gz.

Cum alias Christoforus Dacie et Norvegie regnorum rex juspatronatus presentandi personam idoneam ad parrochiam ecclesiam Ostoffte Ottoniensis diocesis sibi et successoribus suis competens monasterio ss. Marie et Brigitte, Mariebo¹⁾ nuncupato, [in]²⁾ Scheminge terre Lambadie [ɔ: Lalandie] dicte Ottoniensis diocesis omnibus melioribus modo et forma, quibus potuit et debuit, transtulerit, incorporaverit et donaverit perpetuo possidendum omnibus modis et jure, quibus quedam ecclesia parrochialis in Scheminge eidem monasterio erat incorporata, catredatico [ɔ: cathedratico] tamen et aliis juribus episcopalibus in dicta ecclesia semper salvis . . ., ideo confessor generalis ac abbatissa et conventus utriusque sexus antedicti monasterii [inibi]²⁾ altissimo famulantes, cupientes translationem, incorporationem et donationem predictas ac omnia inde secuta auctoritate apostolica confirmari, eapropter s. v. supplicant, quatenus translationem, incorporationem et donationem predictas ac omnia inde secuta auctoritate apostolica confirmare . . . dignemini. Fiat. T.

Item supplicant, quod monasterium ipsum et omnes persone in eo degentes omnibus privilegiis a s. v. predecessoribus eidem monasterio ac aliis quibuscunque ordinis eiusdem³⁾ monasteriis concessis ac in posterum concedendis plene et libere in omnibus, integre et inperpetuum valeant gaudere, concedere dignemini. Fiat. T. Datum Rome 4. id. julii anno 7.

Suppl. 460 fol. 281.

2002.

13. Juli 1453.

Paven indsætter Ærkebiskoppen i Lund, Biskoppen i Skara og Abbeden i Hovedøens Kloster i Oslo Stift til Værneherrer for Gejstligheden i Oslo og de øvrige norske Stifter, der beklager sig over forskellige Forurettelser fra verdslig Side.

Archiepiscopo Lundensi et episcopo Scarensi ac abbati monasterii Hoffwdo Asloensis diocesis. [Ad] hoc nos deus pretulit (*Dipl. Norv. I, 603—06; Reg. *5871*). Datum Rome 3. id. julii anno 7.

L.

Reg. Vat. 426 fol. 141.

2003.

11. Aug. 1453.

Paven reserverer Kanonikat og Præbende i Ribe, ledigt ved Jakob Friis' Udnævnelse til Biskop i Børglum, for Marcus Melman, skønt han forud har Kanonikat og Præbende i Lund.

¹⁾ Cod. Marie bone memorie Hennighe ²⁾ add. Gz.

³⁾ Gz. — Cod. eorundem

Marco Melman canonico Lundensi. Vite ac morum honestas (*Dipl. dioc. Lund. III, 359—60*). Datum Rome apud s. Mariam Maiorem 3. id. aug. anno 7.

Simili modo archiepiscopo Lundensi et episcopo Slesvicensi ac preposito ecclesie Bremensis.

T. XII. X. 7. id. sept. anno 7. de Teruisio.

Reg. Lat. 487 A fol. 174 v; ogsaa Supplik (Fiat. T.) i Suppl. 461 fol. 282 v.

2004.

11. Aug. 1453.

Klerken Christoffer Jensen (Present) fra Roskilde Stift faar Sognekirken i Udby i samme Stift.

Cum parrochialis ecclesia Wby Roskildensis diocesis, quam Jacobus Frijs tempore electionis sue ad ecclesiam Burglanensem ordinis Premonstratensis obtinebat, per munus consecrationis illi impendendum de proximo vacare speretur, supplicat Cristoforus Johannis clericus eiusdem diocesis Roskildensis, in artibus magister ex utroque parente de militari genere procreatus, quatenus sibi de dicta ecclesia parrochiali [ɔ: dictam ecclesiam parrochiale], que de jure patronatus laicorum existit [fructus 8 mr.], conferre et de illa provideri mandare dignemini. Fiat. T. Et cum derogatione juris patronatus pro hac vice. Fiat. T. Datum Rome apud s. Mariam Maiorem 3. id. aug. anno 7.

Suppl. 461 fol. 243.

2005.

17. Aug. 1453.

Optegnelse om, at Paven udnævner Ribekanniken Jakob (Friis) til Biskop i Børglum.

[1453] Die veneris 16. kal. sept. sanctissimus dominus noster in consistorio secreto ad relationem domini Metensis providit ecclesie Burglanensi in regno Dacie in provincia Lundensi de persona Jacobi canonici Ripensis, vacanti per obitum Gerardi.

Oblig. 72 fol. 57 (ogsaa 75 fol. 57 v).

2006.

17. Aug. 1453.

Paven udnævner Ribekanniken Jakob Friis til Biskop i Børglum.

Jacobo Frijs electo Burglanensi. Divina disponente clementia [etc.]. Dudum siquidem Gerardo episcopo Burglanensi, alias Burgaliensi (!), regimini Burglanensis ecclesie presidente, nos provisionem eiusdem ecclesie dispositioni nostre ea vice duximus specialiter reservandam. Postmodum vero, dicta ecclesia per obitum eiusdem Gerardi episcopi vacante, nos ad te canonicum Ripensem direximus oculos nostre mentis [ac] de persona tua eidem ecclesie providemus. Datum Rome 16. kal. sept. anno 7.

Simili modo Capitulo ecclesie Burglanensis.
 Clero civitatis et diocesis Burglanensis.
 Populo — — — —
 Universis vasallis ecclesie —
 Archiepiscopo Lundensi.
 Cristierno regi Dacie.

Pe. XX. X. X. X. X. X. X. de Varris.

Reg. Lat. 487 A fol. 68.

2007.

26. Aug. 1453.

Optegnelse om, at Biskop Jakob (Friis) i Børglum betaler Servispenge til det pavelige Kammer gennem Ribekanniken Ove Jensen.

[1453] Dicta die [26. mensis aug.] habuit prefatus thesaurarius [Ϸ: Jacobus episcopus Perusinus], dicto Roberto recipiente ut supra, a Jacobo episcopo Burglanensi pro suo communi servitio dicte ecclesie per manus Auonis Johannis canonici ecclesie Ripensis fl. similes [Ϸ: auri de camera] 33 sol. 16 et den. 8 monete Romane.

Introitus et Exitus 424 fol. 23 v.

2008.

27. Aug. 1453.

Biskop Jakob Friis i Børglum lover gennem Ribekanniken Ove Jensen at betale Servispenge til det pavelige Kammer og Kardinalkollegiet.

[1453] Die 27. mensis aug. Auo canonicus Ripensis ut principalis vice et nomine Jacobi Frijs electi Burglanensis obtulit camere apostolice et collegio cardinalium pro suo communi servitio fl. auri de camera 66 et duo tertia alterius similis fl., ad quos dicta ecclesia taxata reperitur, et quinque minuta servitia consueta etc. Card. X¹).

^a) Eorundem autem communis et minorum servitorum medietatem infra sex menses proxime futuros et aliam medietatem infra alios sex menses exposit immediate sequentes solvere promisit [etc.]^a).

Oblig. 76 fol. 91 v og (II). Nicolai V Diversa 1447—54 fol. 176 v (Archivio di Stato).

2009.

27. Aug. 1453.

Biskop Jakob (Friis) i Børglum betaler gennem Ribekanniken Ove Jensen Servispenge til Kardinalkollegiet.

Guillermus [sacri collegii camerarius] etc., quod Jacobus episcopus Burglanensis pro totali solutione suorum communis

¹) I Marginen: Die 27. eiusdem solvit pro communi fl. 16, etiam alia jura camere. ^{a-a}) kun i II.

et minuti servitorum, in quibus etc., fl. auri de camera 36 sol. 33 et den. 4 nobis etc. per manus Auonis canonici Ripensis ac termino nondum elapso etc. die date presentium solvi fecit realiter et cum effectu. De quibus etc. In quorum etc. Datum Rome die 27. mensis aug. anno 7. fl. 1 gr. 3.

Oblig. 77 fol. 100 v.

2010.**Aug. 1453.**

Optegnelse om, at Biskop Jakob (Friis) i Børglum betaler de mindre Afgifter til det pavelige Kammer.

Introitus sacre . . . de mense aug. 1453:

A — episcopo Burgalensi . . . fl. 3 sol. 6 [den.] 8.

Introitus subdiaconorum ut supra:

A — Burgan[si] (!) . . . fl. 1 sol. 5 [den.] 3.

Introitus unius minuti ut supra:

A — episcopo Burgan[si] (!) . . . fl. 3 sol. 16 [den.] 8.

Introitus trium minorum ut supra:

A — episcopo Burglanensi . . . fl. 10.

Introitus sigilli ut supra:

A — episcopo Burgan[si] (!) . . . fl. 1.

Tasse segret. 1447—55 fol. 14 v, 58 v, 108, 140, 163 v. (Archivio di Stato),

2011.**18. Sept. 1453.**

Paven tildeler Prokuratøren i Rom Hermannus Phibbe, licentiatus in legibus og baccalaureus in decretis, det Kanonikat og Præbende i Lund, som Marcus Melman har haft, men har maattet opgive paa Grund af sit Giftermaal i Rom. Kanonikatet har tidligere tilhørt den nu afdøde Niels Hansen.

Hermannus Phibbe canonico Lundensi, in legibus licentiato. Litterarum scientia, vite ac morum honestas (*Dipl. dioc. Lund. III, 360—61*)¹⁾. Datum Rome 14. kal. oct. anno 7.

Simili modo Roskildensis et s. Ansharii Bremensis ecclesiarum prepositis ac officiali Lundensi.

P. XIII. XI. 15. kal. junii anno 8. de Varris.

Reg. Lat. 484 fol. 140 v.

2012.**6. Okt. 1453.**

Paven befaler Biskopperne i Penne, Viborg og Aarhus at optage Klerken Mads Smalsted som Kannik i Børglum og modtage Munkeløftet af ham.

Pennensi et Vibergensi ac Arusiensi episcopis. Cupientibus vitam ducere regularem [etc. som Nr. 1438]. Cum itaque Mathias Smalstede clericus Burglanensis diocesis cupiat in ecclesia Bur-

¹⁾ Her dog med den urigtige Dato 19. Sept.

glanensi ordinis s. Augustini unacum capitulo ipsius ecclesie sub regulari habitu virtutum domino famulari, nos . . . fraternitati vestre mandamus, quatenus eundem Mathiam, si sit idoneus, et aliud canonicum non obsistat, auctoritate nostra in dicta ecclesia, sive ibidem sit certus canonicorum numerus sive non, dummodo illa ex hoc nimium non gravetur, exnunc recipi faciat in canonicum et in fratrem sibi que regularem habitum juxta predictae ecclesie consuetudinem exhiberi ac ipsum ibidem sincera in domino caritate tractari, et nichilominus ab ipso Mathia regularem professionem per dictos canonicos emitti solitam, si illam in vestris manibus sponte emittere voluerit, eadem auctoritate recipiatis . . . Datum Rome pridie non. oct. anno 7.

T. XVI. de Teruisio.

Reg. Lat. 486 fol. 95.

2013.

6. Okt. 1453.

Paven befaler Biskopperne i Penne, Viborg og Aarhus at overdrage Klerken Mads Smalsted fra Børglum Stift Provstiet sammesteds.

Pennensi et Vibergensi ac Arusiensi episcopis. Religionis zelus, vite ac morum honestas [etc.]. Dudum siquidem omnes dignitates in cathedralibus ecclesiis etiam ordinum quorumcumque post pontificales maiores tunc vacantes et inantea vacaturas dispositioni nostre reservavimus. Cum itaque postmodum prepositura ecclesie Burglanensis ordinis s. Augustini, que inibi dignitas post pontificalem maior existit, et quam Johannes Nicolai obtinebat, per obitum eiusdem Johannis . . . vacet . . ., nos, qui hodie accepimus, quod Mathias Smalstede clericus Burglanensis diocesis cupiebat [etc. . . som foregaaende Brev til famulari], volentes dicto Mathie gratiam facere specialem, fraternitati vestre mandamus, quatenus preposituram predictam, cui cura imminet animarum [fructus 4 mr.], eidem Mathie, postquam ordinem ipsum expresse professus fuerit et professionem huiusmodi emiserit, ut prefertur, auctoritate nostra conferre curetis. Datum Rome pridie non. oct. anno 7.

T. XXV. 3. id. oct. anno 7. de Teruisio.

Reg. Lat. 486 fol. 95 v.

2014.

15. Okt. 1453.

Norges Riges Raad underretter Paven om de sørgelige Følger af, at han havde udnævnt Henrik Kalteisen til Ærkebiskop i Trondhjem, og at Kong Christiern havde anerkendt ham uden at spørge om nogen Nordmands Mening. Der er voldsom Ophidselse i hele Landet, hvor man ikke vil finde sig i Henrik Kalteisen, men hellere gaa over til den græske Kirke. Denne har derfor ned-

lagt sin Værdighed, og Raadet anmoder Paven om at anerkende den udvalgte Ærkebiskop Oluf (Trondsen). Videre forsikrer Raadet, at Beskyldningerne mod Biskop Marcellus i Skalholt er falske. Brevets Overbringere, Kanniken Daniel Kepken i Trondhjem og Kongens Kapellan Mogens Krafse, skal bringe nærmere Meddelelse.

. . . . Nicolao . . s. Romane et universalis ecclesie summo pontifici regie majestatis locum tenentes episcopi, prelati, barones, nobiles et milites ac militares et utriusque status consilium et parlamentum regni Norvegie facientes . . . Quamvis . . minime hesitemus (*Dipl. Norv. III, 598—600; Reg. 3904**). Datum in civitate Bergensi regni Norvegie . . die 15. mensis oct. anno etc. 53 sub sigillis . . Mathei episcopi Holensis, Sywardi electi Stangangrensis, Hartwici Krommedijck magistri curie et Magni Greyn capitanei Bergensis militum.

Samtidig Afskrift paa Perg. i Danske Selskabs norske Membraner (R. A.).

2015.

18. Marts 1454.

Byen Køløn overgiver til Paven ved Kardinal Johannes Carvajal af S. Angeli en Beretning om Undersøgelserne angaaende Marcellus »de Niveriis«, Biskop i Skalholt, konstaterer, at denne var meget berygtet i hele Tyskland, var bleven arresteret først i Rom, siden i Køløn af Kardinal Nicolaus af Cusa, men flygtet fra Fængslet, og at han nu hævnede sig ved at lade Byen Køløns Købmænd arrestere og plyndre i Danmark og andetsteds.

Ex parte civitatis Coloniensis data fuit cedula sequens pape et decretum monitorium contra episcopum Scalotensem per cardinalem s. Angeli anno 54 18. martii.

Pro summaria informatione (*Henrik Kalteisens Kopibog, ed. Alex. Bugge, 165—67*).

2016.

30. Marts 1454.

Paven befaler Biskoppen i Ratzeburg og Dekanen i Lübeck at paadømme en Sag mellem Jens Torkilsen, evig Vikar i Aarhus, og en Del Adelsmænd, som havde berøvet ham hans lovlige Ejendom.

Episcopo Razeburgensi et decano ecclesie Lubicensis. Humilibus supplicum votis [etc.]. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Johannis Torkilli, perpetui vicarii ad altare b. Marie et s. Nicolai situm in ecclesia Arusiensi, petitio continebat, quod Martinus Nicolai, Ericus Hyvas, Cristiernus Rudde, Yuarus Yvvil armigeri et quidam alii laici Arusiensis, Burglanensis et Vibergensis diocesium diversa tam immobilia in dicta diocesi Arusiensi consistentia quam etiam mobilia bona et jura ad dictum altare et ipsum Johannem legitime spectantia sibi contra justitiam

usurparunt ac illa et diversa eiusdem altaris privilegia et jura alia detinent indebite occupata aliasque ipsum Johannem diversis afficiunt molestiis et jacturis, super quibus ipse Johannes adversus Martinum, Ericum, Cristiernum ac Yuarum et alios laicos et eorum complices predictos, cum quibus super hiis judicialiter experiri desiderat, nec in civitate Arusiensi et dicta diocesi neque etiam in regno Dacie propter eorum potentiam et inordinatos, quibus ibidem juvantur, favores, etiam tantos, quod nullus ex prelatiis in dicto regno constitutis quoad hoc eidem Johanni justitiam ministrare curabit, se sperat consequi posse huiusmodi justitie complementum. Quare pro parte ipsius Johannis nobis fuit supplicatum, ut sibi super premissis oportune providere dignemur. Nos igitur discretioni vestre mandamus, quatenus, vocatis, qui fuerint evocandi, causam, quam prefatus Johannes super premissis contra dictos injuriatores movere intendit, audiatis et appellatione remota debito fine decidatis ; ceterum, si per summariam informationem super hiis per vos recipiendam reppereritis, quod injuriatorum predictorum presentia pro monitionibus, requisitionibus et citationibus de eis faciendis secure et commode haberi nequeat, nos vobis citationes necnon requisitiones et monitiones huiusmodi per edictum publicum locis affigendum publicis, de quibus sit verisimilis conjectura, quod ad notitiam eorundem injuriatorum perveniant, faciendi tenore presentium concedimus facultatem. Datum Rome 3. kal. aprilis anno 8.

O. XIII. Pontanus.

Reg. Lat. 491 fol. 95 v.

2017.

21. Maj 1454.

Paven overdrager Albert Krummedige Kanonikat og Præbende i Slesvig.

Alberto Crummedyck canonico ecclesie Slesvicensis. Nobilitas generis, vite ac morum honestas [etc.]. Dudum siquidem omnes canonicatus et prebendas ceteraque beneficia apud sedem apostolicam vacantia et inantea vacatura dispositioni nostre reservavimus . . . Cum itaque postmodum canonicatus et prebenda ecclesie Slesvicensis per liberam resignationem Nicolai Quitzaw de illis, quos tunc obtinebat, per Johannem Slore dicte ecclesie canonicum procuratorem suum . . in manibus nostris sponte factam et per nos admissam vacent ad presens . . . , nos, volentes tibi, qui de militari genere ex utroque parente procreatus existis . . , specialem gratiam facere . . . , canonicatum et prebendam

predictos [fructus 4 mr.], quovis modo vacent, etiam si . . . ex eo, quod idem Nicolaus bone memorie Alfonsi s. Eustachii et deinde Prosperi s. Georgii ad Vellum (!) aureum diaconorum cardinalium familiaris continuus commensalis fuit, dispositioni apostolice generaliter reservati existant . . ., tibi conferimus et de illis etiam providemus. Datum Rome 12. kal. junii anno 8.

Simili modo episcopo Zamorensi et Lubicensis et b. Marie Hamburgensis Bremensis diocesis ecclesiarum prepositis.

C. XIII. XII. id. junii anno 8. de Teruisio.

Reg. Lat. 495 fol. 127 v; ogsaa Supplik (Fiat. T.) i Suppl. 466 fol. 18.

2018.

25. Juni 1454.

Hermannus Duker, doctor decretorum, og Albert Krummedige, som havde ført Proces om Kanonikat og Præbende samt Scolastriet i Lübeck, faar Bekræftelse paa den Overenskomst, de havde indgaaet om, at Hermannus skulde have Scolastriet og Albert Kanonikat og Præbende.

Vacantibus pridem canonicatu et prebenda maiori ac scolastia ecclesie Lubicensis per mortem Thome Rode, qui illos obtinens bone memorie Amedei cardinalis Sabinensis tempore, quo papa Felix V in sua obedientia nuncupabatur, cubicularius seu scriptor apostolicus in eadem obedientia fuit et familiaris continuus commensalis¹⁾ ex post tempore cardinalatus dicti Amedei extitit vel aliquod aliud officium ibidem exercuerit (!), Hermannus Duker decretorum doctor illa ut propterea reservata a s. v. impetravit, ac Albertus Crummedyck ex utroque parente de militari genere procreatus illa vigore certe gratie expectative sibi ab e. s. gratiose concessa acceptavit sibi que de eisdem provideri obtinuit ceterasque diligentias fecit etc., ac etiam quidam Johannes Nyenborgh assertus canonicus prefate ecclesie in dictam scolastriam se intrusit, orta que inter prefatum Albertum actorem et Johannem intrusum de scolastia predicta in vestro palatio apostolico materia questionis, et sic ab eodem Hermanno²⁾ vigore certe commissionis pro interesse suo per Ludouicum de Ludouisiis sacri palatii³⁾ huiusmodi causarum apostolici auditorem de scolastia quoad Johannem et Albertum prefatos producte ad omnes terminos substantialis processo, Hermannus et Albertus ad parcendum laboribus et expensis, ac, ut finis litibus huiusmodi imponatur, in amicabilem compositionem venerunt, videlicet, ut ipse Albertus Hermanno jus, si quod habet in [dicta

¹⁾ Gz. — Cod. et ex post ²⁾ Gz. — Cod. idem Hermannus

³⁾ Gz. — Cod. palatii et

scolastia, Hermannus vero Alberto jus, si quod habet in] dictis canonicatu et maiori prebenda, hincinde resignent et per s. v. conferantur aut conferri mandentur, supplicat igitur iidem oratores, quatenus Ludouico dicti palatii apostolici auditori mandare dignemini, ut ab eisdem exponentibus resignationes predictas recipiat dictosque, videlicet Hermannum in omni jure, quod in scolastia Albertus, et Albertum consequenter [in omni jure], quod in canonicatu et maiori prebenda Hermannus obtinebant, ac litis et cause prosecutionem et defensionem in eo statu, in quo tempore resignationis predictae erant, surroget et admittat dictumque jus hincinde conferat etc., et nichilominus dicto Hermanno scolastriam, que simplex officium in dicta ecclesia existit [fructus 8 mr.], ac dicto Alberto canonicatum et maiorem prebendam predictos [fructus 4 mr.] . . . conferat et de eisdem eis provideat. Fiat. T. . . Datum Rome 7. kal. julii anno 8.

Suppl. 467 fol. 25 v.

2019.

25. Juni 1454.

Paven befaler sin Kapellan og Auditor Ludovicus de Ludovisiis at overdrage Klerken Albert Krummedige fra Bremen Stift Kanonikat og Præbende i Lübeck, hvorom han havde ført Proces med Præsten Hermannus Duker fra Bremen Stift.

Magistro Ludouico de Ludouisiis capellano nostro et causarum palatii apostolici auditori. Nobilitas generis, vite ac morum honestas [etc.]. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Alberti Crummedick clerici Bremensis diocesis petitio continebat, quod, orta dudum inter ipsum et Hermannum Duker presbiterum dicte diocesis decretorum doctorem super canonicatu et prebenda Lubicensis ecclesie, quos tunc per obitum Thome Rode vacantes Albertus vigore quarundam aliarum litterarum nostrarum, per quas nos dudum sibi de canonicatu cum reservatione prebende etiam maioris ac dignitatis, personatus, administrationis vel officii eiusdem ecclesie . . . necnon beneficii cum cura vel sine cura, etiam si in ecclesia b. Marie Hamburgensi Bremensis diocesis canonicatus et aliqua ex maioribus prebendis vel similiter officium foret, . . . dummodo dignitas ipsa post pontificalem maior non foret, ad collationem . . . prepositi, decani, scolastici, cantoris, custodis, thesaurarii et capituli singulorumque canonicorum et personarum predictae ecclesie b. Marie . . pertinentes [c: -ium], vacantium tunc vel vacaturorum, gratiose duximus

providendum, infra tempus legitimum acceptasse et de illis sibi provideri obtinuisse dictumque Hermannum se acceptationi et provisioni huiusmodi contra justitiam opposuisse . . . , Hermannus vero predicti sibi de eisdem canonicatu et prebenda per obitum Thome huiusmodi vacantibus et antea dispositioni apostolice reservatis apostolica auctoritate provisum fuisse ac illos ad se de jure spectare asserebant, prout asserunt, materia questionis, nos causam huiusmodi, non obstante quod de sui natura ad dictam curiam legitime devoluta ac apud eam tractanda et finienda non esset, tibi ad instantiam ipsius Hermanni audiendam commisimus et fine debito terminandam, tuque in ea ad nonnullos actus citra tamen conclusionem . . . diceris processisse. Cum autem, lite ipsa sic coram te . . . indecisa pendente, idem Hermannus liti et cause huiusmodi ac omni juri sibi in dictis canonicatu et prebenda quomodolibet competenti sponte cedere proponat, nos, volentes [supplicationibus] ipsius Hermanni in hac parte favorabiliter annuere, et, ne ipsi Alberto novus in eadem causa surrogetur adversarius, providere necnon sibi, qui ex utroque parente de militari genere procreatus existit, specialem gratiam facere volentes . . . , discretioni tue mandamus, quatenus ab huiusmodi Hermannus . . . cessionem predictam, si illam in tuis manibus sponte facere voluerit, ut prefertur, auctoritate nostra omni corruptela cessante recipias, eaque per te recepta eundem Albertum, dummodo in ipsis canonicatu et prebenda intrusus non fuerit, in omni jure, si quod ipsi Hermannus tempore cessionis huiusmodi in dictis acceptatis canonicatu et prebenda quomodolibet competebat, auctoritate nostra surroges dictumque jus sibi conferas et provideas etiam de eodem, ipsumque Albertum ad huiusmodi jus necnon ad eius et litis et cause predictarum prosecutionem et defensionem in eum statum, in quo dictus Hermannus tempore cessionis huiusmodi erat, et, si illam non fecisset, posset et deberet admitti, admittas, ut est moris, et nichilominus canonicatum et prebendam predictos [fructus 4 mr.] . . . eidem Alberto auctoritate nostra prefata conferas. . . Datum Rome 7. kal. julii anno 8.

A. XXVI. 3. non. julii anno 8. de Feletis.

Reg. Lat. 491 fol. 109 v.

2020.

26. Juli 1454.

Kong Christiern beklager sig overfor Paven over, at denne vildledt af falske Anklager mod Biskop Marcellus i Skalholt har nægtet at stadfæste ham

som Ærkebiskop i Trondhjem, erklærer, at Marcellus i enhver Henseende har opført sig mønsterværdigt, og anbefaler ham til Pavens Naade.

Singulari cum mestitia (*Dipl. Norv. XVII, 990—91; Reg. *5934*). Datum in castro meo Haffnensi regni mei Dacie in crastino b. Jacobi apostoli anno . . 54 nostro sub secreto . . . Cristiernus . . Dacie Norvegie Slauorum Gottorumque rex etc., comes in Oldenborch et Delmenhorst.

Samtidig Afskrift paa Perg. i Arnemagn. islandske Dipl. fasc. 66 Nr. 9.

2021.

13. Sept. 1454.

Optegnelse om, at Paven udnævner Kantoren i Ribe Henrik Stangenberg til Biskop sammesteds, men at hans Formand Christiern (Hemmingsen) skal have Halvdelen af Indtægten i Pension.

[1454] Die veneris id. sept. sanctissimus dominus noster in consistorio secreto ad relationem cardinalis s. Marci providit ecclesie Ripensi vacanti per cessionem regiminis eiusdem per Cristiernum de persona Henrici Stangenber ipsius ecclesie cantoris, reservata eidem cedenti super fructibus predictae ecclesie pensione medietatis fructuum dicte ecclesie.

Oblig. 75 fol. 62 v.

2022.

13. Sept. 1454.

Paven tillader Biskop Christiern (Hemmingsen) i Ribe, som paa Grund af Alder og Svagelighed har nedlagt sit Embede, at beholde Halvdelen af Indtægten i Pension.

Christierno episcopo nuper Ripensi. Decet ex benigno apostolice sedis [etc.]. Cum itaque hodie tu regimini et administrationi ecclesie Ripensis, quibus tunc preeras, pro eo, quod senii valitudine confractus illis diutius utiliter preesse nequibas, per Johannem Langh canonicum Ripensem procuratorem tuum in manibus nostris sponte cesseris, nosque, cessionem [c: -ne] huiusmodi per nos admissam [c: -sa], eidem ecclesie de persona Henrici electi Ripensis, tunc cantoris dicte ecclesie, duxerimus providendum, nos tibi, ne egestatis premaris opprobrio et pro decentia sustentationis tue proventibus careas opportunis, providere volentes, medietatem fructuum episcopalis mense Ripensis, pro una videlicet in natiuitatis s. Johannis baptiste et alia medietatibus medietatis huiusmodi in s. Andree apostoli festiuitatibus tibi annis singulis, quoad vixeris, per dictum electum et episcopos Ripenses successores suos assignandam, de expresso eiusdem electi ad id accedente consensu tenore presentium reservamus, decernentes tam electum

quam successores predictos ad integram exhibitionem medietatis fructuum huiusmodi tibi facienda[m] fore efficaciter obligatos, ac statuentes, quod illi ex electo et successoribus predictis, qui in singulis festivitibus predictis medietatem fructuum tunc debitam vel saltem infra triginta dies extunc easdem festivitates immediate sequentes tibi vel procuratori tuo integre non ministraverit seu tecum aut cum procuratore predicto super hoc amicabiliter non concordaverit, extunc lapsis diebus huiusmodi ingressus ecclesie ipso facto sit interdictus, quod quidem interdictum, nisi prius de huiusmodi medietate tunc debita tibi integre satisfactum aut alias tecum vel cum procuratore tuo, ut preferitur, concordatum fuerit, nullomodo relaxetur, ille vero ex electo et successoribus predictis, qui interdictum huiusmodi per tres menses animo, quod absit, sustinuerit indurato, extunc lapsis mensibus eisdem a regimine dicte ecclesie penitus eo ipso suspensus existat. Datum Rome id. sept. anno 8.

Simili modo Arusiensi et Burglanensi episcopis ac preposito ecclesie s. Anscharii Bremensis.

C. XXII. XX. de Montepolitiano.
Reg. Lat. 494 fol. 259.

2023.

13. Sept. 1454.

Paven udnævner Kantoren i Ribe Henrik Stangenberg til Biskop sammesteds.

Henrico electo Ripensi. Apostolatus officium [etc.]. Dudum siquidem provisiones ecclesiarum omnium apud sedem apostolicam regimine pastorum suorum destitutarum dispositioni nostre reservavimus . . . Postmodum vero, ecclesia Ripensi ex eo apud sedem predictam pastoris solatio viduata, quod Cristiernus episcopus tunc Ripensis regimini ipsius ecclesie . . per Johannem Langh canonicum Ripensem procuratorem suum . . in manibus nostris sponte cessit, nosque cessionem huiusmodi duximus admittendam, nos ad te tunc cantorem dicte ecclesie direximus oculos nostre mentis [ac] de persona tua eidem ecclesie providemus . . . Datum Rome id. sept. anno 8.

Simili modo Capitulo ecclesie Ripensis.

Clero civitatis et diocesis Ripensis.

Populo — — — — —

Archiepiscopo Lundensi.

Cristierno Dacie et Norvegie regi.

C. XX. X. X. X. X. X. de Montepolitiano.
Reg. Lat. 492 fol. 4 v.

2024.

14. Sept. 1454.

Paven befaler Biskoppen i Aarhus at reservere Kantoriet i Ribe for Anders Skeel, skønt denne forud har Kanonikater og Præbender i Ribe og Aarhus og Provstiet i Vardesyssel, hvilket sidste han nu dog skal opgive.

Episcopo Arusiensi. Dignum arbitramur etc. Cum itaque cantoria ecclesie Ripensis, quam Henricus electus Ripensis tempore promotionis per nos facte de persona sua ad ecclesiam Ripensem obtinebat, prout obtinet, per promotionem huiusmodi et munus consecrationis eidem electo impendendum vacare speretur, nos, volentes Andream Skeel prepositum in Wardsysel in dicta ecclesia, qui ex utroque parente de militari genere procreatus existit, consideratione Cristierni Dacie et Norvegie regis, pro ipso Andrea dilecto suo nobis super hoc supplicantis, favore prosequi gratioso, fraternitati tue mandamus, quatenus, si per diligentem examinationem eundem Andream ad hoc idoneum esse reppereris, cantoriam predictam, que in dicta ecclesia dignitas non tamen maior post pontificalem existit, et ad quam quis per electionem assumi consuevit, cuique cura imminet animarum [fructus 4 mr.], cum illam . . . quovis modo preterquam per ipsius electi obitum vacare contigerit, conferendam eidem Andree donationi tue auctoritate nostra reserves, non obstante quod ipse Andreas predicte et Arusiensis ecclesiarum canonicatus et prebendas [fructus etiam 4 mr.] necnon preposituram in Wardesyssel, que personatus vel officium existit in eadem ecclesia Ripensi, noscitur obtinere. Volumus autem, quod idem Andreas, quamprimum dictam cantoriam vigore presentium pacifice assecutus fuerit, prefatam preposituram, quam extunc vacare decernimus, omnino dimittere teneatur. Datum Rome 18. kal. oct. anno 8.

C. XXVI. 8. kal. oct. anno 8. de Montepolitiano.

Reg. Lat. 490 fol. 105 v.

2025.

14. Sept. 1454.

Paven befaler Biskoppen i Aarhus at reservere Kanonikat og Præbende i Ribe for Arnold Henriksen, skønt han forud har Kanonikat og Præbende i Aarhus og Sognekirken i »Brottrøp« paa Samsø i samme Stift.

Episcopo Arusiensi. Dignum arbitramur etc. Cum itaque canonicatus et prebenda ecclesie Ripensis, quos Henricus electus Ripensis tempore promotionis sue per nos facte ad ecclesiam Ripensem obtinebat, prout obtinet, per promotionem huiusmodi . . . vacare sperentur, nos, volentes Arnoldum Henrici canonicum Arusiensem consideratione Cristierni Dacie et Norvegie regis, pro

ipso Arnolde dilecto suo nobis super hoc supplicantis, favore prosequi gratio, fraternitati tue mandamus, quatenus, si post diligentem examinationem eundem Arnoldum ad hoc idoneum esse reppereris, canonicatum et prebendam predictos [fructus 2 mr.], cum illos . . . vacare contigerit, conferendos eidem Arnolde donationi tue auctoritate nostra reserves, non obstante quod idem Arnoldus canonicatum et prebendam ecclesie Arusiensis ac parrochiam in Brottrop in Samsø Arusiensis diocesis [omnium fructus 4 mr.] noscitur obtinere . . . Datum Rome 18. kal. oct. anno 8.

C. XXVI. 8. kal. oct. anno 8. de Montepolitiano.
Reg. Lat. 495 fol. 231.

2026.

14. Sept. 1454.

Paven reserverer Provstiet i Vardesyssel for Jens Lang, skønt han forud har Kanonikater og Præbender i Ribe og Viborg.

Johanni Lang canonico Ripensi magistro in artibus. Litterarum scientia, vite ac morum honestas [etc.]. Hodie siquidem Andree Skel preposito in Waydesysel in ecclesia Ripensi de cantoria dicte ecclesie, que in illa dignitas ac curata existit et tunc vacare sperabatur, per alias nostras litteras gratiose mandavimus provideri. Cum itaque propterea prepositura in Waydesysel, que in dicta ecclesia personatus vel officium existit et cum ipsa cantoria canonicè obtineri non potest, quamque ipse Andreas obtinet, quamprimum idem Andreas dictam cantoriam fuerit predictarum litterarum vigore pacifice assecutus, vacare speretur, nos, volentes tibi gratiam facere specialem, preposituram predictam, cui cura imminet animarum, et ad quam quis per electionem non assumitur [fructus 4 mr.], cum illam . . . vacare contigerit, conferendam tibi donationi apostolice reservamus, non obstante quod predictæ et Vibergensis ecclesiarum canonicatus et prebendas [fructus simul 4 mr.] nosceris obtinere. Datum Rome 18. kal. oct. anno 8.

Simili modo Lubicensi et Ottoniensi episcopis ac preposito ecclesie s. Anscharii Bremensis.

C. XIII. XII. 8. kal. oct. anno 8. de Montepolitiano.
Reg. Lat. 493 fol. 7.

2027.

14. Sept. 1454.

Lübeckerkanniken Albert Krummedige faar Lov til med Sognekirken i Krempe i Bremen Stift at besidde Provstiet i Barvidsyssel i Slesvig Stift eller at have to andre ellers uforenelige Embeder.

Supplicat Albertus Crummedyck canonicus ecclesie Lubicensis, ex utroque parente de militari genere procreatus, quatenus secum, ut ipse unacum parrochiali ecclesia in Crempis Bremensis diocesis, super qua in palatio apostolico contra certos suos adversario[s] litigat, si eam alias evincat, preposituram in Barchizuzel, quam obtinet, [et] que in ecclesia Slesvicensi officium aut personatus curatus existit [fructus ecclesie et prepositure 8 mr.], quoad vixerit, [conjungere et]¹⁾ preposituram et parrochiam huiusmodi vel absque eis quecumque duo alia curata beneficia se (!) invicem incompatibilia, si sibi alias canonice conferantur, recipere et insimul, quoad vixerit, retinere illaque et quevis alia per ipsum imposterum canonice assequenda incompatibilia dimittere et loco dimissorum alia beneficia incom patibilia similiter recipere et insimul, quoad vixerit, retinere libere valeat, dispensare dignemini. Concessum ad vitam et de speciali in presentia pape. B. Spoletanus. Et cum potestate permutandi. B. Spoletanus. Datum Rome 18. kal. oct. anno 8.

Suppl. 468 fol. 49.

2028.

25. Sept. 1454.

Biskop Henrik (Stangenberg) i Ribe lover personligt at betale Servispenge til det pavelige Kammer og Kardinalkollegiet.

[1454] Die 25. [mensis] sept. Henricus electus Ripensis in Dacia obtulit personaliter pro suo communi servitio ratione provisionis de eius persona dicte ecclesie facte fl. auri de camera 120, ad quos dicta ecclesia taxata reperitur, et quinque minuta servitia consueta. Card. VIII. Eorundem autem communis et minorum medietatem infra sex menses proxime venturos et aliam medietatem infra alios sex menses inde proxime secuturos solvere promisit. Et locumtenens [dominus Perusinus] tulit sententias in scriptis. Datum Rome in camera apostolica . . .

Divers. Nicolai V 1447—54 fol. 197 v (Archivio di Stato) og lignende i Oblig. 76 fol. 101 v.

2029.

27. Sept. 1454.

Biskop Henrik (Stangenberg) i Ribe betaler Servispenge til Kardinalkollegiet.

Alanus [sacri collegii camerarius] etc., quod Henricus episcopus Ripensis pro totali solutione suorum communis et mi-

¹⁾ add. Gz.

nuti servitorum, in quibus etc., ac termino nondum elapso, fl. auri de camera 66 sol. 33 den. 4 nobis etc. per manus honorabilium virorum Petri et Johannis de Medicis et sociorum etc. die date presentium solvi fecit realiter et cum effectu. De quibus etc. In quorum etc. Datum Rome die 27. mensis sept. anno ut supra [3: 8]. fl. 1 gr. 2.

Oblig. 77 fol. 113 v.

2030.

28. Sept. 1454.

Paven giver Ridderen Ludvig Nielsen (Rosenkrantz), Høvedsmand paa Ribberhus, Lov til at have Rejsealter.

De altaribus portatilibus.

Nobili viro Ludouico Nicolai militi, domino castris Ripe Ripensis diocesis. Sincere etc. Datum Rome 4. kal. oct. anno 8.

P. X. de Varris.

Reg. Lat. 489 fol. 304 v.

2031.

Sept. 1454.

Optegnelse om, at Biskop Henrik Stangenberg i Ribe betaler en Del af de mindre Afgifter til det pavelige Kammer.

Introitus sacre . . . de mense sept. 1454:

A — electo Ripensi . . . fl. 6.

Introitus subdiaconorum ut supra:

A — episcopo Ripensi . . . fl. 2.

Introitus unius minuti ut supra:

A — episcopo Ripensi . . . fl. 6.

Introitus trium minutorum ut supra:

A — episcopo Ripensi . . . fl. 18 al (!) 20.

Introitus sigilli ut supra:

A — episcopo Ripensi . . . fl. 1.

Tasse segret. 1447—55 fol. 15 v, 59 v, 109 v, 142, 165 (Archivio di Stato).

2032.

21. Dec. 1454.

Optegnelse om, at Klerken Henrik Hermansen fra Slesvig Stift faar den første Tonsur og indvies til Akolyt i Rom.

Ordines celebrati per Radulphum episcopum Civitatis Castellis de mandato Nicolai pape V ex commissione Ludouici, tituli s. Laurentii in Damaso sacrosancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis, eiusdem domini nostri pape camerarii, in

capella visitationis b. Marie virginis sita in basilica principis apostolorum de Urbe die sabbati quatuor temporum, qua cantatur in ecclesia dei Veni et ostende etc., que fuit 21. mensis dec. 1454.

Ad primam tonsuram

Henricus Hermani Slesvicensis

Ad acolitatus aliosque minores

Henricus Hermani clericus Slesvicensis diocesis.

Libri formatari 1447—55 fol. 92—93 (Archivio di Stato).

2033.

1455.

»Aar 1455 forhuerffvede Kong Christiern passuelige Buller oc Breffue imod Kong Carl, for hand haffde taget Ørebro Slot fra Dronning Dorothe, som vaar hendis Liffgeding.«

Uddrag i Hvitfeld V, 46 (4^o) = 861 (Fol.).

2034.

7. Jan. [1455].

Ærkebiskop Henrik Kalteisen i Trondhjem meddeler, hvilke Sager han i Overværelse af sin Kollega Mogens Krafse har foredraget overfor Paven. Han beder Paven om 1) at modtage hans Resignation, da Kongen ikke kan anerkende ham paa Grund af sin Kroningsed, og udnævne enten den udvalgte Olaf Tronsen eller Provsten i Lund Peder Akselsen Thott til Ærkebiskop; 2) at tage Biskop Marcellus i Skalholt til Naade; 3) at ophæve de Processer, som Kong Karl har rejst ved Kurien mod Kong Christiern; 4) at ophæve den Bestemmelse, at forskellige grove Forbrydelser skal straffes af Biskopperne og ikke af den verdslige Magt; 5) at sende ham selv tilbage til Danmark som pavelig Legat for at reformere Gejstligheden; 6) at tilstaa Kongen og Dronningen confessionale; 7) at indsætte Biskoppen i Lübeck som pavelig Dommer. dels for Dronning Dorothea, som Kong Karl har berøvet hendes Livgeding i Sverige og Norge, dels for Biskoppen i Skara, som han har udjaget; 8) at tilstaa Aflad til dem, der besøger Kapellet paa Kalundborg Slot.

Subscripta peroravi coram papa, Rome post festum epiphannie in presentia college Magni.

Licet deceret (*Henrik Kalteisens Kopibog, 167—70*).

2035.

22. Febr. 1455.

Slesvigkanniken Albert Krummedige faar Ærkedegneembedet i Ribe.

Supplicat Albertus Crummedyck canonicus Slesvicensis ac ex utroque parente de militari genere procreatus, quatenus sibi archidiaconatum ecclesie Ripensis, qui inibi dignitas curata et maior post pontificalem existit, quem quondam Nicolaus Cri-

stierni obtinebat [fructus 6 mr.], conferre sibi de eodem providere dignemini, statutis prefate ecclesie Ripensis, si quibus caveretur, quod nullus dignitatem in eadem obtinere possit, nisi actu canonicus prebendatus existat, non obstantibus. Concessum in presentia pape. B. Spoletanus. Datum Rome 8. kal. martii anno 8.

Suppl. 470 fol. 16.

CALIXTUS III

valgt 8. April 1455, viet 20. April 1455, død 6. Aug. 1458.

2036.

20. April 1455—6. Aug. 1458.

Optegnelse om, at Paven tildeler Hermannus Pontal Provsti og Kanonikat i Slesvig.

Slesvicensis. Hermannus Pontal prepositura et canonicatus per permutationem.

Uddrag i Indice 326 efter Reg. Lat. Cal. III anno 6 lib. 2 (tabt) fol. 153.

2037.

20. April 1455—6. Aug. 1458.

Paven befaler Biskopperne i Slesvig og Aarhus at afgøre en Strid mellem Kantoren Oluf Jensen i København og Dekanen og Kapitlet i Roskilde, hvilken Sag Kantoren havde appelleret til Kurien, men nu paa Grund af Danmarks store Afstand fra Rom ønsker afgjort i Landet selv.

Slesvicensi et Arusiensi episcopis. Significavit apostolatui nostro (Kbhhs. Dipl. IV, 61—62; Reg. 4065). Uden Dato.

Afskrift i [»Marcellus Kopibog« og derefter i] Barth. B, 171—72.

2038.

20. April 1455.

Paven bekræfter Albert Krummediges Udnævnelse til Ærkedegn i Ribe (jfr. Nr. 2034).

Alberto Crummedyck archidiacono ecclesie Ripensis. Rationi congruit [etc.]. Dudum siquidem Nicolaus papa V omnes dignitates in cathedralibus ecclesiis post pontificales maiores dispositioni sue reservavit, . . . et deinde, cum archidiaconatus ecclesie Ripensis, qui dignitas inibi post pontificalem maior existit, et quam [c: quem] Nicolaus Cristierni obtinebat, per obitum eiusdem Nicolai . . . vacaret . . . , idem predecessor . . . tibi, qui ex utroque parente de militari genere procreatus existebas, specialem gratiam facere volentes, die videlicet 8. kal. martii

anno 8, archidiaconatum predictum, cui cura imminet animarum [fructus 6 mr.], tibi contulit et de illo etiam providit . . . Ne autem de collatione [et] provisione predictis pro eo, quod super illis littere ipsius Nicolai predecessoris, eius superveniente obitu, confecte non fuerunt, valeat quomodolibet hesitari, decernimus, quod presentes littere ad probandum plene collationem [et] provisionem Nicolai predecessoris huiusmodi ubique sufficiant . . . Datum Rome 12. kal. maji anno 1.

V.

X.

Zamorensi et Slesvicensi episcopis et preposito ecclesie Zuuerinensis.

X.

Reg. Vat. 454 fol. 217 v.

2039.

20. April 1455.

Paven bekræfter den Dispensation, Nicolaus V havde givet Kanniken i Lübeck Albert Krummedige til at modtage og beholde tre ellers uførenelige Embeder (jfr. Nr. 2027).

Alberto Crummedyck canonico Lubicensi. Rationi congruit [etc.]. Dudum siquidem Nicolaus papa V inter alia ordinavit, quod per quamcunque signaturam extunc per eum faciendam nulli, cuiusvis status foret, preterquam certis tunc exceptis personis daretur dispensatio, quod in metropolitanis seu cathedralibus [duas?] ¹⁾ maiores post pontificales aut in collegiatis ecclesiis principales dignitates vel unam cum reliqua earum insimul retinere valeret, et si littere super tali dispensatione per preoccupationem vel alias confecte repperirentur, ille nullius essent roboris vel momenti. [Nichilominus] . . . tecum, videlicet sub data 18. kal. oct. anno 8, ut quecunque tria curata seu alias se invicem incompatibilia beneficia, si tibi alias canonice conferrentur, recipere et, quoad viveres, insimul retinere illaque et quecunque alia per te imposterum canonice assequenda incompatibilia beneficia, quotiens tibi placeret, dimittere et loco dimissorum alia beneficia, dummodo due dignitates maiores post pontificales in cathedralibus seu principales in collegiatis ecclesiis vel due parochiales ecclesie aut earum perpetue vicarie seu tales mixtim insimul non existerent, etiam recipere et similiter, quoad viveres, insimul retinere libere valeres, tenore suarum, si super hoc confecte fuissent, litterarum dispensavit . . . Ne igitur de dispensatione

¹⁾ add. Gz.

huiusmodi pro eo, quod super illa prefati predecessoris, eius superveniente obitu, littere apostolice confectae [non] fuerint [o: -runt], a quoquam valeat quomodolibet hesitari, decernimus, quod presentes littere ad probandum plene dispensationem huiusmodi ubique sufficiant . . . Datum Rome 12. kal. maji anno 1.

LX.

Reg. Vat. 460 fol. 186 v.

2040.

20. April 1455.

Paven reserverer for Præsten Mikkel Markvardsen Kanonikater og Præbender i Lund og Ribe samt et Embede i een af disse Kirker.

Michaeli Marquardi canonico Lundensi. Vite ac morum honestas (*Dipl. dioc. Lund. III, 373*). Datum Rome 12. kal. maji anno 1.

Simili modo Lubicensi et Perusino episcopis ac preposito ecclesie Roskildensis.

P. XIII. XI. pridie non. junii anno 3. de Varris.

Reg. Lat. 519 fol. 72.

2041.

20. April 1455.

Paven reserverer Kanonikater og større Præbender i Ribe og Viborg for Aage Nielsen.

Achoni Nicolai canonico Ripensi. Vite ac morum honestas [etc.]. Volentes itaque tibi . . . gratiam facere specialem, unum Ripensis et alium Vibergensis ecclesiarum, in quibus maiores medie et minores prebende fore noscuntur, canonicatus tibi conferimus et de illis etiam providemus, unam vero Ripensis et aliam Vibergensis predictarum etiam ex huiusmodi prebendis maioribus prebendas ac perpetuam sine cura administrationem vel officium alterius earundem ecclesiarum, si vacant ad presens vel cum vacaverint, . . . conferendas, conferendos (!) seu conferenda tibi donationi apostolice reservamus, non obstantibus de certo canonicorum numero et aliis earundem ecclesiarum, illis presertim, quibus inter alia in dictis ecclesiis caveri dicitur, quod nullus inibi maiorem prebendam assequi valeat, nisi de minori ad mediam ac de media prebendis et [o: ad] maiorem prebendas gradatim et per optionem ascendat, statutis et consuetudinibus. Datum Rome 12. kal. maji anno 1.

Simili modo Lubicensis et s. Ansharii Bremensis prepositis ac archidiacono Slesvicensis ecclesiarum.

P. XII. X. 7. id. martii anno 3. de Varris.

Reg. Lat. 519 fol. 183.

2042.

20. April 1455.

Paven befaler Provsten ved Mariekirken i Hamburg at reservere Kanonikater og større Præbender i Lübeck og Slesvig for Klerken Johan Ahlefeld fra Slesvig Stift.

Preposito ecclesie b. Marie Hamburgensis Bremensis diocesis. Dignum arbitramur [etc.]. Hinc est, quod nos, Johannem Aleuelt clericum Slesvicensis diocesis, qui ex utroque parente de militari genere procreatus existit, favore prosequi gratioso volentes, discretioni tue mandamus, quatenus, si post diligentem examinationem eundem Johannem ad hoc idoneum esse reppereris, ei de uno Lubicensis, in qua maiores medie et minores prebende fore noscuntur, et alio Slesvicensis ecclesiarum canonicatibus provideas, . . . unam vero ex huiusmodi maioribus prebendis Lubicensis et aliam Slesvicensis predictarum prebendas ac dignitatem, personatum, perpetuam administrationem vel officium alterius earundem ecclesiarum, etiam si ad illam, illum vel illud consueverit quis per electionem assumi, eique cura immineat animarum, dummodo dignitas ipsa in altera dictarum ecclesiarum post pontificalem maior non existat, si qua vacant ad presens vel cum vacaverint . . . conferenda sibi donationi tue reserves, non obstantibus [som Nr. 2041]. Datum Rome 12. kal. maji anno 1.

P. XXV. 15. kal. maji anno 1. de Varris.

Reg. Lat. 518 fol. 241 v.

2043.

20. April 1455.

Paven befaler Biskoppen i Ribe at reservere Kanonikater og større Præbender i Aarhus og Viborg for Ribekanniken Niels Tymmesen (Rosenkrantz).

Episcopo Ripensi. Dignum arbitramur etc. Hinc est, quod nos, Nicolaum Thimonis canonicum Ripensem, qui ex utroque parente de nobili et militari genere procreatus existit, . . . favore prosequi gratioso . . . volentes, fraternitati tue mandamus, quatenus, si post diligentem examinationem eundem Nicolaum ad hoc idoneum esse reppereris, ei de uno Arusiensis et alio Vibergensis, in quibus maiores medie et minores prebende fore noscuntur, ecclesiarum canonicatibus provideas, . . . unam vero etiam ex maioribus Arusiensis et aliam Vibergensis predictarum prebendas necnon dignitatem, personatum, administrationem vel officium alterius earundem ecclesiarum, . . . dummodo dignitas ipsa in altera dictarum ecclesiarum post pontificalem maior non existat, si que, si qui vel si qua vacant ad presens vel cum vacaverint . . . , conferendos, conferendas vel conferenda sibi do-

nationi tue auctoritate prefata reserves, non obstantibus [som Nr. 2041] aut si hodie pro aliis super equalibus gratiis in dictis ecclesiis litteras nostras duxerimus concedendas . . . Datum Rome 12. kal. maji anno 1.

P. XXVI. 13. kal. julii anno 2. de Varris.

Reg. Lat. 499 fol. 69.

2044.

20. April 1455.

Paven befaler Ærkebiskoppen i Lund at reservere Kanonikater og Præbender i Roskilde og København for Sognepræsten Mogens Krafse i Kettinge paa Als.

Archiepiscopo Lundensi. Dignum arbitramur etc. Hinc est, quod nos, Magnum Kraffze rectorem parrochialis ecclesie in Kettingen Ottoniensis diocesis . . favore prosequi gratioso . . volentes, fraternitati tue mandamus, quatenus, si post diligentem examinationem eundem Magnum ad hoc idoneum esse repereris . . ., ei de uno Roskildensis et alio b. Marie Haffnensis Roskildensis diocesis ecclesiarum, in quibus maiores medie et minores prebende fore noscuntur, canonicatibus . . auctoritate nostra provideas . . ., unam vero ex maioribus sive mediis prebendis Roskildensis et aliam b. Marie predictarum prebendas necnon dignitatem, personatum, administrationem vel officium alterius earundem ecclesiarum, etiam si ad dignitatem, personatum, administrationem vel officium huiusmodi consueverit quis per electionem assumi, eique cura immineat animarum, dummodo dignitas ipsa in Roskildensi post pontificalem maior seu in b. Marie ecclesiarum [ɔ: -is] predictarum [ɔ: -is] principalis non existat, si que, si qui vel si qua vacant aut cum vacaverint, quas, quos vel que dictus Magnus . . duxerit acceptandas, acceptandos vel acceptanda, conferendas, conferendos seu conferenda eidem Magno post acceptationem huiusmodi donationi tue auctoritate nostra reserves . . . et nichilominus maiorem sive mediam prebendam ac dignitatem, personatum, administrationem vel officium, quas, quos seu que reservabis, si, ut premittitur, vacaverint, eidem Magno auctoritate prefata conferas . . Datum Rome 12. kal. maji anno 1.

P. XXVI. 13. kal. julii anno 2. de Varris.

Reg. Lat. 499 fol. 288 v.

2045.

9. Juni 1455.

Paven befaler Provsten ved Mariekirken i Hamburg at reservere Kanonikat og Præbende i Slesvig for Jens Nagel, skønt han forud har Sognekirken i Tating i Slesvig Stift.

Preposito ecclesie b. Marie Hamburgensis. Dignum arbitramur etc. Cum itaque canonicatus et prebenda ecclesie Slesvi-

censis, quos Nicolaus Schelen obtinebat, per obitum ipsius Nicolai vacent, nos, volentes Johannem Nagel rectorem parrochialis ecclesie in Tatingk Slesvicensis diocesis . . . favore prosequi gratioso, discretioni tue mandamus, quatenus, si per diligentem examinationem eundem Johannem ad hoc idoneum esse repereris . . . , canonicatum et prebendam predictos [fructus 4 mr.] eidem Johanni auctoritate nostra conferas, non obstantibus quod dictus Johannes parrochiam ecclesiam in Tatingk prefatam obtinet, ac perpetua sine cura vicaria¹⁾ in opido Haneuerensi Mindensis diocesis, ad quam per certos patronos laicos . . . archidiacono loci infra tempus debitum presentatus extitit et quam non possidet [quorum fructus 6 mr.]. Datum Rome 5. id. junii anno 1.

O. XX. pridie id. aug. anno 1. Pontanus.

Reg. Lat. 505 fol. 196.

2046.

15. Juli 1455.

Paven befaler Biskoppen i Roskilde at give Kommendatoren Jakob Mortensen i Antvorskov Kloster Dispensation for den Del, han har haft i Drabet af en »subcapitaneus«, som havde angrebet Klostrets Godser.

Episcopo Roskildensi. Sedes apostolica pia mater [etc. som Nr. 1411]. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Jacobi Martini fratris hospitalis s. Johannis Jerusolimitani petitio continebat, quod ipse, tunc preceptorie domus in Antmordskou (!)²⁾ tue diocesis commendator seu subpreceptor existens, cum ad quendam subcapitaneum cum aliis eiusdem preceptorie familiaribus accederet, animo et intentione illum rogandi et exhortandi, ut bona preceptorie domus predictae in pace relinqueret, et quod ea non destrueret et devastaret ac violentias desuper contra ecclesiasticas libertates et ordinis predicti privilegia ipsi domui eiusque subditis et inquilinis inferre se de cetero abstineret, et quia postmodum dictus subcapitaneus armatus cum certis aliis viris etiam armatis nocturno tempore bona dicte domus invaserat, prefatus Jacobus bona huiusmodi defendere cupiens eundem subcapitaneum in quadam eius tibia vulneravit, ex quo quidem vulnere mortem non incurrebat nec propter hoc aliquo modo mortuus fuisset, sed, postquam dictus Jacobus unacum aliis ab eo recessit, nonnulli ipsius monasterii familiares, eodem Jacobo invito et prohibente, predictum subcapitaneum iterum ag[g]ressi sunt et eum cum quodam familiari suo interfecerunt. Cum autem idem Jacobus bona prius motus fuerit intentione, ut bona dicte

¹⁾ Cod. perpetuam sine cura vicariam ²⁾ II: Antwordskow

domus defenderet, licet defendendo bona huiusmodi, ut prefertur, dictum subcapitaneum in tibia vulneraverit, nec vulnus huiusmodi mortale fuerit, quamvis idem subcapitaneus a prefatis familiaribus absque eiusdem Jacobi consensu interfectus extiterit, ipseque Jacobus alias in premissis minime culpabilis esse noscatur, pro parte dicti Jacobi nobis fuit supplicatum, ut sibi de oportuno absolutionis remedio providere ac secum super irregularitate, si qua[m] illa (!) ligatus missas et alia divina officia celebrando incurrerit, necnon, ut missas et divina officia huiusmodi celebrare ac dicti hospitalis beneficia et officia, si sibi alias canonice conferantur, libere retinere possit, dispensare dignaremur. Nos igitur fraternitati tue mandamus, quatenus de premissis omnibus te diligenter informes et, si per informationem huiusmodi ita esse reppereris, in iisdem premissis auctoritate nostra facias, prout de jure fuerit faciendum. Datum Rome id. julii anno 1.

P. XVI. de Varris.

Reg. Lat. 514 fol. 112. Ogsaa Supplik (II) (Fiat et comittatur diocesano, prout de jure, A.) i Suppl. 476 fol. 82.

2047.

24. Juli 1455.

Klerken Hermannus Phibbe fra Osnabrück faar Kanonikat og Præbende i Ribe.

Supplicat Hermanus Phibbe clericus Osnaburgensis, in legibus licentiatus et in Romana curia causarum procurator, quatenus sibi canonicatum et prebendam ecclesie cathedralis Ripensis [fructus 4 mr.], dudum per munus consecrationis cuidam Henrico Stangenberch ipsorum canonicatus et prebende ultimo possessori impensum vacantes, sive per liberam dicti Henrici aut cuiusdam Alberti Crummedyck clerici Bremensis diocesis, qui etiam dictos canonicatum et prebendam a s. v. immediato predecessore impetrasse dicitur, licet litteras nondum desuper expedivit (!), sponte factam resignationem vacent, eidem Hermanno conferre sibi que de illis providere dignemini. Fiat. A Datum Rome 9. kal. aug. anno 1.

Suppl. 476 fol. 203 v.

2048.

24. Juli 1455.

Paven overdrager Hermannus Phibbe Kanonikat og Præbende i Ribe.

Hermannus Phibbe canonico Ripensi in legibus licentiato. Litterarum scientia, vite et morum honestas [etc.]. Dudum siqui-

dem Nicolaus papa V omnes canonicatus et prebendas ceteraque beneficia, que promovendi per ipsum ad quarumcunque cathedralium ecclesiarum regimina tempore promotionis huiusmodi obtinebant, dispositioni sue reserva[vit], . . . et deinde, certis canonicatu et prebenda ecclesie Ripensis, quos Henricus episcopus Ripensis tempore promotionis sue per ipsum predecessorem ad ecclesiam Ripensem facte obtinebat, per promotionem huiusmodi et munus consecrationis eidem episcopo de eiusdem predecessoris mandato apud sedem apostolicam impensum vacantibus, eodem predecessore, per eum de dictis canonicatu et prebenda aliter non disposito, rebus humanis exempto, nos, ad apicem summi apostolatus assumpti, cum a nonnullis revocaretur in dubium, an aliquis preter Romanum pontificem post dicti predecessoris obitum de canonicatibus et prebendis per ipsum predecessorem dispositioni sue reservatis et tempore eiusdem predecessoris obitus vacantibus disponere posset . . . , inter alia declaravimus canonicatus et prebendas prefatos, qui tempore obitus dicti predecessoris sic reservati vacabant, remanere per huiusmodi reservationem . . . affectos. Cum autem secundum premissa canonicatus et prebenda prefati adhuc vacare noscantur, nos, volentes tibi, qui, ut asseris, in Romana curia causarum procurator existis et in legibus cum rigore examinis licentiatus fuisti, gratiam facere specialem . . . , canonicatum et prebendam predictos [fructus 4 mr.] tibi conferimus et de illis etiam providemus . . . Datum Rome 9. kal. aug. anno 1.

Simili modo episcopo Perusino et Slesvicensis ac Zwerinensis ecclesiarum prepositis.

O. XIII. XI. 3. kal. sept. anno 1. Pontanus.

Reg. Lat. 507 fol. 241.

2049.

9. Aug. 1455.

Paven befaler Biskopperne i Zamora og Ribe og Provsten i Lübeck at overdrage Klerken Henrik Hermansen fra Slesvig Stift Kanonikat og Præbende i Haderslev, skønt han samtidig har faaet Sognekirken i Hammelev i samme Stift.

Zamorensi et Ripensi episcopis ac preposito ecclesie Lubicensis. Vite ac morum honestas [etc.]. Cum itaque canonicatus et prebenda Hadersleuenses Slesvicensis diocesis et quoddam altare, parrochiale nuncupatum, situm in eadem, que Joachim Stauimen obtinebat, per obitum eiusdem Joachim vacant, nos, volentes Henrico Hermanni clerico Slesvicensis diocesis gratiam facere specialem, discretioni vestre mandamus, quatenus canoni-

catum et prebendam [fructus 3 mr.] ac altare [cuius ac parrochialis ecclesie Hannelef dicte diocesis, de qua hodie tunc vacante eidem Henrico gratiose provideri concessimus, etiam 3 mr. fructus] predicta, que insimul juxta ipsius ecclesie statuta et consuetudines canonice obtineri possunt . . . eidem Henrico auctoritate nostra conferre curetis. Datum Rome 5. id. aug. anno 1.

O. XX. 5. id. sept. anno 1. Pontanus.

Reg. Lat. 507 fol. 225.

2050.

23. Aug. 1455.

Paven befaler Abbeden i Løgumkloster at tillade Abbeden og Konventet i Rydkloster at lade Sognekirkerne i Gelting i Slesvig og i Egen paa Als, som var lagte ind under Rydkloster, styre ved Munke fra Klostret.

Abbati monasterii de Loco dei Ripensis diocesis. Pastoralis officii debitum [etc.]. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte abbatis et conventus monasterii Rurisregii Cisterciensis ordinis Slesvicensis diocesis petitio continebat, quod olim in Geltingen et in Yking predictae et Ottoniensis diocesum parrochiales ecclesie, que antea juris patronatus ducum Jutie extiterant, jure huiusmodi ex pia devotione patronorum suorum ad hoc, ut ecclesie ipse eidem monasterio perpetuo unirentur, in abbatem, qui foret pro tempore ipsius monasterii, et dictos conventum rite translato, dicto monasterio auctoritate ordinaria perpetuo successive fuerunt unite, et deinde abbas, qui tunc erat ipsius monasterii, et dicti conventus, unione huiusmodi, que etiam auctoritate apostolica confirmat[a] exist[it], suadent[e], ipsarum ecclesiarum possessionem assecuti dictas ecclesias, in quarum qualibet perpetua vicaria pro perpetuo vicario, qui illius parrochianorum animarum curam gereret, instituta fuit, illas et curam huiusmodi per earum vicarios gubernari fecerunt, qui earundem ecclesiarum fructus integraliter percipientes ex illis certam eisdem abbati et conventui portionem solvere consueverunt, successu vero temporis, cum dicte vicarie novissime vacavissent, prefati abbas et conventus easdem ecclesias ex consensu diocesanorum locorum per monachos eiusdem monasterii gubernari fecerunt, prout faciunt de presenti, et iidem diocesani, ut ipsi abbas et conventus ex dictis ecclesiis maiores profectus suscipiant, contenti sunt, quod easdem ecclesias de cetero per monachos ipsius monasterii per ipsum abbatem ponendos et pro solo nutu suo ab illis amovendos perpetuo gubernari faciant, dummodo apostolice sedis auctoritas ad hoc suffragetur

eisdem. Quare pro parte eorundem abbatis et conventus, assentientium, quod monasterii 40 et ecclesiarum predictarum fructus 4 mr. valorem annum non excedunt. quodque, nisi ecclesias ipsas per dictos monachos gubernari faciant, nulli vel saltem modici profectus ex illis ipsis resultent, nobis fuit supplicatum, ut eis, quod ecclesias per monachos prefatos, ut prefertur, ponendos et destituendos gubernari facere possint, concedere dignemur. Nos igitur, qui de premissis certam notitiam non habemus, discretioni tue mandamus, quatenus, vocatis, qui fuerint evocandi, super premissis in Slesvicensi et Ottoniensi civitatibus seu dictis diocesibus, quas propterea accedas, auctoritate nostra te diligenter informes et, si . . . reppereris ita esse, prefatis abbati et conventui, dummodo dictorum diocesanorum, de quo tibi legitime constet, ad hoc accedat assensus, quod ipsi abbas et conventus ecclesias predictas per ipsius monasterii monachos per dictum abbatem pro tempore ponendos et pro solo eius nutu destituendos perpetuis temporibus gubernari facere valeant, auctoritate nostra concedas . . . Datum Rome 10. kal. sept. anno 1.

O. XXVI. Pontanus.

Reg. Lat. 498 fol. 129 v. Ogsaa Supplik (Fiat de consensu diocesani. A.) i Suppl. 477 fol. 48.

2051.

6. Sept. 1455.

Paven overdrager Ribekanniken Niels Tymmesen (Rosenkrantz) Ærkedegne-embedet i Ribe, hvortil Kapitlet havde valgt ham, da han var 20 Aar, og giver ham Dispensation til at vente med at lade sig indvie til de gejstlige Grader, til han har naaet den lovlige Alder.

Nicolao Tl (!) Tymonis¹⁾ archidiacono ecclesie Ripensis. Nobilitas generis, vite ac morum honestas [etc.]. Dudum siquidem Nicolaus papa V omnes dignitates in cathedralibus ecclesiis post pontificales maiores tunc vacantes et inantea vacaturas dispositioni sue reservavit . . . , et deinde, archidiaconatu ecclesie Ripensis, qui inibi dignitas maior post pontificalem existit, et quem Nicolaus Cristierni obtinebat, per obitum eiusdem Nicolai Cristierni vacante, sicut exhibita nobis nuper pro parte tua petitio continebat, vicecantor²⁾ et capitulum prefate ecclesie seu sanior pars canonicorum eiusdem . . . te, tunc in vicesimo vel circa tue etatis anno constitutum et nulla quoad obtinendum archidiaconatum ipsum super defectu etatis huiusmodi dispensatione suffultum, in eorum et predictae ecclesie archidiaconum quamvis de facto

¹⁾ II: Thimonis ²⁾ II: Andreas vicem cantoris gerens

postularunt, tuque postulationis huiusmodi pretextu dictum archidiaconatum assecutus fuisti nullos tamen fructus recipiens ex eodem. Postmodum vero, dicto Nicolao predecessore rebus humanis exempto, nos, ad apicem summi apostolatus assumpti, cum a nonnullis revocaretur in dubium, an aliquis preter Romanum pontificem de dignitatibus et beneficiis per ipsum Nicolaum predecessorem reservatis disponere posset, declara[vi]mus¹⁾ dignitates et beneficia predicta per reservationem huiusmodi remanere affecta. Cum autem secundum premissa postulatio predicta viribus non subsistat, . . . nos tibi, qui in vicesimo primo vel circa tue etatis anno constitutus et ex utroque parente de militari genere procreatus existis, et pro quo capitulum predicti nobis super hoc supplicarunt, specialem gratiam facere teque in eadem ecclesia, cuius canonicus existis, peramplius honorari volentes necnon postulationem ac inde secuta rata et grata habentes illaque ab omnium eorum datis confirmantes, archidiaconatum predictum, ad quem consuevit quis per electionem assumi, et cui cura imminet animarum [fructus 4 mr.], tibi conferimus et de illo etiam providemus, et nichilominus Vrbenetano et Arusiensi episcopis ac preposito ecclesie Lundensis mandamus, quatenus te in corporalem possessionem archidiaconatus auctoritate nostra inducant. Nos enim tecum, ut archidiaconatum ipsum recipere et retinere libere valeas, quodque ratione dicti archidiaconatus ad aliquos sacros etiam subdiaconatus ordines, quousque ad etatem legitimam perveneris, [te] promoveri facere minime tenearis, tenore presentium dispensamus . . . Datum Rome 8. id. sept. anno 1.

—
V

X

X

X

Reg. Vat. 438 fol. 263; ogsaa Supplik (II) fra Kantoren og Kapitlet (Fiat. A.) i Suppl. 477 fol. 178 v.

2052.**25. Sept. 1455.**

Paven overdrager Klerken fra Roskilde Stift Magister Christoffer Jensen (Present) Kanonikat og Præbende i Aarhus.

Christoforo Johannis canonico Arusiensi²⁾ magistro in artibus. Nobilitas generis, litterarum scientia, vite ac morum honestas [etc.]. Dudum siquidem omnes canonicatus et prebendas

¹⁾ add. Gz. ²⁾ II: Supplicat C. J. clericus Roskildensis diocesis

ceteraque beneficia apud sedem apostolicam vacantia dispositioni nostre reservavimus. Cum itaque postmodum canonicatus et prebenda ecclesie Arusiensis, quos Jacobus Petri obtinebat, per obitum eiusdem Jacobi, qui apud dictam sedem diem clausit extremum, apud sedem ipsam vacant, nos tibi, qui de nobili genere ex utroque parente procreatus existis, specialem gratiam facere volentes, canonicatum et prebendam predictos [fructus 4 mr.] tibi conferimus et de illis etiam providemus. Datum Rome 7. kal. oct. anno 1.

Simili modo Vrbenetano et Roskildensi episcopis ac preposito Lubicensi.

O. XII. X. 6. non. oct. anno 1. Pontanus.

Reg. Lat. 507 fol. 246 v; ogsaa Supplik (II) (Fiat. A.) i Suppl. 477 fol. 218.

2053.

6. Okt. 1455.

Paven overdrager Kanonikat og større Præbende i Slesvig til Johannes Lindeman, som er Abbreviator ved Kurien.

Johanni Lindeman canonico Slesvicensi. Vite ac morum honestas [etc.]. Dudum siquidem omnes canonicatus et prebendas ceteraque beneficia apud sedem apostolicam vacantia dispositioni apostolice reservavimus. . . Cum itaque postmodum canonicatus et maior prebenda ecclesie Slesvicensis, in qua maiores medie et minores prebende fore noscuntur, quos Johannes Slore obtinebat, per ipsius Johannis obitum, qui apud dictam sedem diem clausit extremum, vacant, nos, volentes tibi, qui litterarum apostolicarum abbreviator existis, gratiam facere specialem, canonicatum et maiorem prebendam predictos [fructus 4 mr.] tibi conferimus et de illis etiam providemus. Datum Rome pridie non. oct. anno 1.

Simili modo preposito s. Anscharii Bremensis et Johanni Nienborch ac Detleuo Hoyer canonicis Lubicensis ecclesiarum.

P. XII. X. 10. kal. nov. anno 1. de Varris.

Reg. Lat. 507 fol. 248 v.

2054.

23. Okt. 1455.

Klerken Albert Krummedige fra Bremen Stift faar Skatmesterembedet og en større Præbende i Magdeburg, skønt han forud har tre evige Vikariater uden Sjøelsorg i Bremen Stift, to Præbender i Lübeck og Bremen og Provstiet i Barvidsyssel samt Præbende i Haderslev og Sognekirken i Krempe i Bremen Stift og endelig Ærkedegneembedet i Ribe, som han fører Proces om.

Supplicat Albertus Crummendyck clericus Bremensis diocesis, ex utroque parente de militari genere procreatus, in curia

s. v. presens, quatenus sibi de maiori prebenda ac thesauraria ecclesie Magdeburgensis vacantibus providere dignemini . . . , tribus perpetuis sine cura vicariis in diocesi Bremensi situatis ac duabus prebendis ecclesiarum Lubicensis et Slesvicensis et prepositura in Barishusel (!) in prefata ecclesia Slesvicensi necnon prebenda Hadersleuensi ac parochiali ecclesia in Crempis prefate Bremensis diocesis [omnium fructus 16 mr.] necnon archidiaconatu Ripensi, in quo jus habere sperat, et quem non possidet [fructus 6 mr.], non obstantibus. Fiat A. Datum Rome 10. kal. nov. anno 1.

Suppl. 478 fol. 257 v.

2055.

Sidst i 1455.

Paven meddeler gennem Mogens Krafse Ærkebiskoppen i Lund og Biskoppen i Roskilde samt Kongen af Danmark Resultatet af den Undersøgelse, som den af Nicolaus V nedsatte Kommission havde foretaget med Hensyn til Franciskanermunken Marcellus, Biskop i Skalholt, og udtaler sin Forbavselse over, at Kongen ikke har troet paa de Efterretninger, der blev bragte ham af Biskop Knud Mikkelsen i Viborg. Marcellus var blandt andet bleven fængslet af Biskoppen i Lübeck 1427, men undsluppen ved List, og senere af Kardinal Henricus af Winchester i Kølne 1428, nylig tvungen til at flygte fra Rom paa Grund af sine Bedragerier, atter fængslet af Kardinal Nicolaus af Cusa i Kølne, men paa ny undsluppen til Danmark. Paven befaler Ærkebiskoppen og Biskoppen at straffe Marcellus eller sende ham til Rom.

Subscripta missa sunt per papam Calistum III archiepiscopo Lundensi et episcopo Roskildensi et regi Dacie contra Marcellum per dominum Magnum.

Quia serenitas regia (*Dipl. Norv. XVII, 992—94*). Uden Dato.

Afskrift i Henrik Kalteisens Kopibog.

2056.

12. Febr. 1456.

Kanniken Christoffer Jensen (Present) i Roskilde faar Kanonikat og Præbende i Roskilde, ledige ved Joakim Grubbes Valg til Biskop i Bergen, mod saa at opgive det Kanonikat og Præbende, han nu har; Præsten Mogens Krafse fra Roskilde Stift faar det Kanonikat og Præbende, Christoffer Jensen opgiver.

Cum canonicatus et prebenda ecclesie Roskildensis, quos Joachim Grubbe tempore electionis sue ad ecclesiam Bergensem obtinebat, per munus consecrationis illi impendendum de proximo vacare sperantur (!), supplicat Cristophorus Johannis canonicus eiusdem ecclesie Roskildensis, in artibus magister et ex utroque parente de militari genere procreatus, quatenus sibi dictis [Ϸ: -tos] canonicatu[m] et prebenda[m] [fructus 4 mr.] conferri et de illis provideri mandare dignemini, non obstantibus

canonicatu et prebenda, quos in dicta ecclesia Roskildensi obtinet et quos paratus est dimittere.

Item, cum canonicatus et prebenda dicte ecclesie Roskildensis, quos prefatus Cristoforus obtinet, per assecutionem aliorum canonicatus et prebende in eadem ecclesia, et quos in eventum pacifice possessionis se offert dimissurum, vacare sperantur (!), supplicat igitur Magnus Kraffze presbiter eiusdem diocesis, quatenus sibi de illis [fructus 2 mr.] providere dignemini. Fiat pro omnibus et de omnibus. A. Et cum derogatione statutorum de optando etc. Fiat. A. Datum Rome pridie id. febr. anno 1.

Suppl. 479 fol. 279.

2057.

Febr. 1456.

Kong Christiern klager overfor Paven over, at hans Sendebud uden Nytte var bleven opholdt et helt Aar i Rom, at Nicolaus V havde besat Ærkestolen i Trondhjem med en i Sproget ukyndig og af Alder svækket Udlænding, Henrik Kalteisen, skønt en anden (Marcellus) var bleven postuleret, og over, at den nuværende Pave ikke havde villet modtage Henrik Kalteisens Resignation. Deraf var der opstaaet megen Uro, og Biskop Thorlav i Bergen var bleven dræbt.

. . . Calisto . . . s. Romane et universalis ecclesie summo pontifici Cristiernus . . . Nisi me christiana et religiosa commonefaceret pietas (*Dipl. Norv. XVII, 995—97; Reg. 3957*). Datum [1456 mensis febr.] in castro meo Ordsenborch meo sub regali secreto.

Afskrift i [»Marcellus' Kopibog« og derefter i] Barth. B., 177—80.

2058.

[Febr.?] 1456.

Kong Christiern beklager sig atter til Paven over, at denne har opholdt hans Gesandter et Aar og udnævnt Henrik Kalteisen til Ærkebiskop i Trondhjem, og omtaler de Ulykker, der har været en Følge heraf, blandt andet Mordet paa Biskop Thorlav og Ridderne Oluf og Peder Nielsen.

Sanctissimo etc. Cristiernus etc. Quamquam multorum opinionibus suggeratur (*Dipl. Norv. XVII, 997—99; Reg. 3958*). Datum in castro nostro Ordinborg anno . . 56 sub secreto regali.

Afskrift i [»Marcellus' Kopibog« og derefter i] Barth. B., 200—201.

2059.

Febr. 1456?

Ærkebiskop Tuve (Nielsen Juul) i Lund og Oluf (Daa) i Roskilde meddeler Paven, hvad de og Kong Christiern efter Modtagelsen af hans Brev (Nr. 2055) har foretaget sig i Biskop Marcellus's Sag. Denne har i Norden intet urigtigt gjort, de tror derfor ikke paa de tidligere Beskyldninger mod ham og beder om nærmere Ordre.

. . . Kalisto . . . s. Romane et universalis ecclesie summo pontifici Tuwo archiepiscopus Lundensis et Olavus episcopus Roskil-

densis . . . Receptis pridem v. s. litteris (*Dipl. Norv. XVII, 999—1001; Reg. 3930** = *6049). Scriptum sub testimonio sigillorum nostrorum anno 1455 (!) mensis febr. etc.

Afskrift i [»Marcellus' Kopibog« og derefter i] Barth. B., 137 f.

2060.

Febr.? 1456?

Kong Christiern gør Kardinal Johannes Carvajal Bebrejdelser, fordi han, som Kongens nylig hjemvendte Sendebud har meddelt, trods tidligere Breve fra denne modarbejder ham i Sagen om Trondhjems Ærkestol, beder om, at denne, der nu i 7 Aar har været uden Hyrde, maa faa sin kanoniske Frihed tilbage, og omtaler, at Svenskeren Ericus (Vastonis), Forstander for Birgittas Hospital i Rom, lægger onde Raad op mod Kongen, især paa Island.

Cristiernus Johanni . . s. Romane ecclesie s. Angeli in Foro piscium diacono cardinali, amico nostro sincerissimo. Quamvis pridem ad litteras paternitatis vestre (*Dipl. Norv. XVII, 1001—03; Reg. 3983*). Anno 1456 nostro sub regali secreto.

Afskrift i [»Marcellus' Kopibog« og derefter i] Barth. B., 135—37.

2061.

20. Marts 1456.

Paven befaler Biskoppen i Naumburg, Provsten ved Ansgars Kirken i Bremen og Dekanen ved Mariekirken i Erfurt at overdrage Klerken Hermannus Phibbe fra Osnabrück Stift et evigt Vikariat i Erfurt, hvorom han har ført Proces ved Kurien; blandt hans andre Embeder nævnes Kanonikater og Præbender i Ribe og Lund.

Episcopo Nuenburgensi et preposito s. Anscharii Bremensis ac decano b. Marie Erffordensis Maguntine diocesis ecclesiarum. Litterarum scientia, vite ac morum honestas [etc.]. Cum itaque perpetua vicaria ad altare s. Sebastiani situm in parrochiali ecclesia s. Mathie apostoli Erffordensi Maguntine diocesis, que de jure patronatus laicorum existit, per liberam resignationem Hugonis Furster clerici dicte diocesis . . . in manibus nostris sponte factam et per nos admissam apud sedem apostolicam vacet, nos, juri patronatus huiusmodi hac vice dumtaxat expresse derogantes ac volentes Hermannus Phibbe clerico Osnaburgensi, in legibus cum rigore examinis licentiato et in Romana curia causarum procuratori . . . gratiam facere specialem, . . . discretioni vestre mandamus, quatenus vicariam predictam, que sine cura est, [fructus 4 mr.] . . . eidem Hermannus auctoritate nostra conferre curetis, non obstante . . . quod dictus Hermannus in s. Johannis Osnaburgensi unam [fructus etiam 4 mr.] ac in s. Gangolphi Bunnensi Coloniensis diocesis parrochialibus ecclesiis aliam [fructus similiter 4 mr.] perpetuas sine cura vicarias necnon in Lundensi [fructus etiam 4 mr.] ac in Wildeshusensi Osnaburgensis

diocesis ecclesiis canonicatus et prebendas [fructus similiter 4 mr.] obtinet, ac super canonicatu et prebenda ecclesie Ripensis [fructus etiam 4 mr.]¹⁾, quos non possidet, in palatio apostolico . . in prima instantia litigat¹⁾ Datum Rome 13. kal. aprilis anno 1.

P. XXII. 17. kal. julii anno 2. de Varris.

Reg. Lat. 512 fol. 46.

2062.

April 1456.

Kong Christiern giver atter Paven Meddelelse om det sørgelige Mord paa Biskop Thorlav i Bergen og beder om, at Paven ikke vil bandlyse Stiftets uskylde Indbyggere, men udnævne Roskildekanniken Joakim Grubbe, hvem Kapitlet har valgt og Kongen overdraget Stiftets Styrelse, til Biskop, skønt han ikke har den kanoniske Alder.

. . . Calixto . . s. Romane et universalis ecclesie summo pontifici Christiernus . . Dacie Norvegie etc. Scripsi alias vestre beatitudini (*Dipl. Norv. XVII, 1006—07; Reg. 3964*). Datum [1456 aprilis] in Copenhaven nostro sub regali secreto.

Afskrift i [»Marcellus' Kopibog« og derefter i] Barth. B., 140—42.

2063.

1. Juni 1456.

Paven befaler, efter Ansøgning af Kapitlet i Haderslev, Biskoppen i Slesvig at bekræfte den gamle Sædvane, at Sognepræsten ved Jomfru Mariæ Alter i Haderslev Kirke skal ind- og afsættes af Kapitlet.

Episcopo Slesvicensi. Romanus pontifex, ecclesiarum quarumlibet [etc.]. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte capituli ecclesie in Hadersleue tue diocesis petitio continebat, quod tam juxta statuta ipsius ecclesie, que collegiata et parrochialis existit, canonice edita et ordinaria auctoritate approbata ac extunc a 140 annis inconcusse observata quam etiam ex consuetudine exinde laudabiliter introducta rector altaris b. Marie siti in eadem ecclesia, qui curam animarum parrochianorum eiusdem ecclesie exercere tenetur, per capitulum predictos institui et destitui possit (!) et consuevit, et licet iidem capitulum a tanto tempore, de cuius contrario memoria non habetur, fuerint in pacifica possessione vel quasi juris instituendi et destituendi rectorem ipsius altaris pro tempore, quidam tamen adversus statuta ac consuetudinem et possessionem diuturnam huiusmodi eos super altari predicto sub conficto colore, quo illud perpetuum beneficium fore asserunt, quamvis, ut prefertur, manuale sit, per diversas impetrationes a sede apostolica aut acceptationes et pro-

¹⁾ desuden nævnes flere andre tyske Embeder.

visiones pretextu litterarum apostolicarum, ut pretendunt, factas indebite molestare¹⁾ gestiunt et rectorem eiusdem altaris pro tempore existentem indebitis involvere litibus et expensis. Quare pro parte dictorum capituli etiam asserentium, quod ex hoc, quod rector predictus amovibilis est, ut prefertur, cura animarum parrochianorum huiusmodi diligentius geritur quam, si illa per perpetuum rectorem exerceretur, succeditque etiam exinde amplior in eadem ecclesia cultus divinus, nobis fuit supplicatum, ut super hiis eorum et dicti rectoris quieti et tranquillitati oportune providere dignaremur. Nos igitur fraternitati tue mandamus, quatenus super premissis auctoritate nostra te diligenter informes et, si ea ita esse inveneris, statutum et consuetudine[m] huiusmodi, prout hactenus pacifice observata sunt, decernas auctoritate nostra fore inconcusse servanda dictisque capitulo et rectori oportune defensionis presidio assistens non permittas eos adversus illa per quoscunque quomodolibet indebite molestari. Datum Rome kal. junii anno 2.

C. XX. de Montepolitiano.

Reg. Lat. 510 fol. 129.

2064.

3. Juni 1456.

Paven befaler Biskoppen i Lübeck efter Ansøgning af de Købmænd, der handler paa Bergen, at give alle dem Absolution, der har gjort sig skyldige i Mordet paa Biskop Thorlav i Bergen og paa to Præster samt paa Ridderne Oluf og Peder Nielsen med deres Tilhængere og i Afbrændelsen af Birgittinerklostret Munkeliv, dog paa den Betingelse, at Morderne giver fuld Erstatning, underkaster sig en haard Bod og deltager i Korstoget mod Tyrkerne. Købmændene havde fremstillet Sagen saaledes, at de kun havde handlet af Nødværge, og at Biskoppen var bleven dræbt mod deres Ønske, fordi han ikke havde villet forlade Hr. Oluf Nielsen, hvem han før øvrigt tidligere havde givet mange onde Raad.

Episcopo Lubicensi. Etsi antiquus hostis (*Dipl. Norv. VI, 577—80*). Datum Rome 3. non. junii anno 2.

XXXXV.

Reg. Vat. 444 fol. 143; ogsaa Supplik (Fiat et committatur episcopo Lubicensi. A.) i Suppl. 484. (Trykt *Dipl. Norv. XVII, 499—501*.)

2065.

13. Juni 1456.

Kong Christiern fremstiller for Kardinal Johannes Torquemada, som han ikke tidligere har været i Forbindelse med, hvor sørgelige Følger Udnævnelsen af Henrik Kalteisen til Ærkebiskop i Trondhjem har haft, beder Kardinalen virke for, at han kan blive forflyttet, og anbefaler sin Atsending Geminianus Trevisanus.

¹⁾ Gz. — Cod. molestari

Cristiernus etc. . . . Johanni . . . s. Romane ecclesie tituli s. Marie in Transtibrini [o: -berim] presbitero cardinali, s. Sixti vulgariter nuncupato, amico nostro precarissimo. Quod nondum v. r. p. cognitus (*Dipl. Norv. XVII, 1011—13; Reg. 3968*). Datum etc. id. junii anno etc. 56 nostro sub regali secreto.

Afskrift i [»Marcellus' Kopibog« og derefter i] Barth. B., 139 f.

2066.

13. Juni 1456.

Kong Christiern anbefaler til Paven sin Afsending Geminianus Trevisanus, der skal underrette ham om Kongens Fordringer, særlig med Hensyn til Norge.

. . . Calisto [etc.]. Christiernus etc. . . . Propter imminentes et perurgentes . . . causas (*Dipl. Norv. XVII, 1013—14; Reg. 3967*). Datum in castro meo Hafniensi Dacie id. junii anno etc. 56 meo sub regali secreto.

Afskrift i [»Marcellus' Kopibog« og derefter i] Barth. B, 145.

2067.

23. Juni 1456.

Paven bekræfter Haderslev Domkapitels Privilegier.

Cantori et capitulo ecclesie b. Marie Hadersleuensis Slesvicensis diocesis. Cum a nobis petitur (*Aarsberetninger fra Geheimearchivet II, Tillæg 32—33; Reg. *6026*). Datum Rome 9. kal. julii anno 2.

V.

Orig. med vedhængende Bulle i Gem. Archiv XXII, 7, d (R. A.).

2068.

6. Juli 1456.

Kantoren Johan Wegener i Slesvig faar et evigt Vikariat i samme Kirke og Tilladelse til at forene det med Kantorembedet, eftersom 16 Sogne, som hørte under Kantoriet, er blevne opslugte af Havet.

Exponitur pro parte Johannis Weghener cantoris ecclesie Slesvicensis, quod, licet cantoria ipsius ecclesie in sua primeva fundatione satis habunde dotata fuerit, nichilominus, quia sedecim parrochiales ecclesie de sua jurisdictione existentes per alluvionem maris in salsuginem converse sunt, et exinde ac alias ipsius cantorie fructus etc. adeo sunt diminuti, quod ad valorem 4 mr. vix ascendunt, de quibus dictus Johannes et pro tempore existens cantor juxta suorum status et officii exigentiam concedenter vivere et sibi incumbentia (!) nequit onera com[m]ode supportare, et, si perpetua vicaria ad altare bb. Marie Magdalene et Katherine virginum in dicta ecclesia situm per cessum vel decessum illud ad presens obtinentis vel alias quomodolibet dimittentis dicte cantorie perpetue uniretur, extunc Johannes prefatus

et pro tempore existens cantor eo com[m]odius sustentari et onera sibi incumbentia supportare posset. Supplicat igitur dictus Johannes cantor, quatinus premissis attentis vicariam predictam [fructus 4 mr.] prefate cantorie, que dignitas in dicta ecclesia curata et electiva non tamen maior post pontificalem existit [fructus 4 mr.], perpetuo unire dignemini, ita quod liceat extunc dicto Johanni et pro tempore existenti cantori predictae vicarie corporalem possessionem . . . auctoritate propria libere apprehendere illiusque fructus etc. in suos et dicte cantorie usus convertere, ordinarii loci et cuiuscunque alterius licentia super hoc minime requisita. Fiat et committatur. A. Datum Rome pridie non. julii anno 2.

Suppl. 485 fol. 101.

2069.

29. Juli 1456.

Paven tildeler motu proprio sin »familiaris« Vilhelmus de Reno det Kanonikat og Præbende i Lund, der var ledigt ved Hermannus Phibbes Død ved Kurien.

Vilhelmo de Reno canonico Lundensi familiari nostro. Grata familiaritatis obsequia (*Dipl. dioc. Lund. III, 378*). Datum Rome apud s. Mariam Maiorem 4. kal. aug. anno 2.

Simili modo episcopo Zamorensi et Lubicensi ac Lundensi officialibus.

Gratis de mandato pape.

Reg. Vat. 444 fol. 225 v.

2070.

31. Juli 1456.

Kong Christiern beder Paven anerkende som Biskop i Reval den, som Kapitlet har valgt, og han selv som Patron anerkendt (Everardus Kalle), og udtaler Haabet om, at denne Bispestol ikke som den i Trondhjem maa blive besat med en Fremmed.

. . . Calisto [etc.]. Christiernus Dacie etc. Crebris litterarum mearum apicibus (*Dipl. Norv. XVII, 1014—15; Reg. 3972**). Datum in Copenhaven ultima die mensis julii anno 1456 nostro sub regali secreto.

Afskrift i [Marcellus' Brevbog og derefter i] Barth. B., 146 f.

2071.

1. Aug. 1456.

Kong Christiern sender til sin Gesandt i Rom Geminianus Trevisanus ved Kanniken Gerardus Schere i Reval Norges Riges Privilegier, udstedte af Paverne Clemens (V) og Urban samt Nicolaus V's Privilegium om, at gejstlige Sager i første Instans skal behandles i Danmark (Nr. 1940), anmoder ham om at sørge for, at de bliver stadfæstede, og at Sagen om Trondhjems Bispestol bliver heldig afgjort, og beder ham søge Raad hos Kardinal Colonna og Korrektoren (Johannes Royd).

Ad dominum Geminianum Rome pro confirmatione privilegiorum. Crist[i]ernus etc. Spectabilis vir et orator noster fidelis. Post recessum vestrum (*Dipl. Norv. XVII, 1015—16; Reg. 3973*). Datum in castro nostro Copenhaven anno etc. 56 die 1. mensis aug. nostro sub regali secreto.

Afskrift i [»Marcellus' Kopibog« og derefter i] Barth. B., 145 f.

2072.

28. Sept. 1456.

Paven overdrager Oluf Jensen Kanonikat og Præbende i Roskilde, som Joakim Grubbe havde overladt ham mod i Stedet at faa et evigt Vikariat sammesteds.

Olauo Johan[n]is canonico ecclesie Roskildensis. Apostolice sedis circumspecta benignitas [som Nr. 1480]. Cum itaque hodie tu perpetuam vicariam ad altare s. Bartholomei situm in ecclesia Roskildensi per te ipsum et Joachim Grubbe canonicatum et prebendam eiusdem ecclesie per Gerardum de Schere clericum Reualiensem a Bergero rectore parrochialis ecclesie in Helsingburgh Lundensis diocesis procuratore suo ad hoc sufficiens mandatum habente substitutum, quos tunc temporis obtinebatis, desiderantes illos invicem permutare, in manibus nostris sponte resignaveritis, nosque resignationes ipsas duxerimus admittendas, canonicatum et prebendam predictos [fructus 4 mr.] per resignationem ipsius Joachim vacantes tibi conferimus et de illis etiam providemus. Nostre tamen intentionis existit, quod ex collatione nostra huiusmodi nullum tibi in dictis canonicatu et prebenda jus quomodolibet acquiratur, nisi tu et dictus Joachim tempore resignationum huiusmodi jus habueritis in canonicatu et prebenda ac vicaria predictis per vos taliter resignatis. Datum Rome apud s. Mariam Maiorem 4. kal. oct. anno 2.

Simili modo episcopo Alexandrino et preposito ac decano ecclesie Lundensis.

P. XIII. XI. 3. id. oct. anno 2. de Varris.

Reg. Lat. 509 fol. 162 v.

2073.

2. Okt. 1456.

Klerken Henrik Crok (Krogh?) fra Slesvig Stift faar Sognekirken i Hoerst i Paderborn Stift.

Supplicat Henricus Crok clericus Slesvicensis diocesis, quatenus sibi de parrochiali ecclesia in Hoerst Padeburnensis diocesis [fructus 4 mr.], vacante ex eo, quod quidam Lambertus Hoeken eandem unacum parrochiali ecclesia in Nigenkerken

Bremensis diocesis [fructus 4 mr.] ultra et preter constitutionem *Execrabilis* indebite detinuerit occupatam, . . . dignemini providere. Fiat. A. Datum apud s. Mariam Maiorem 6. non. oct. anno 2.

Suppl. 487 fol. 110.

2074.

5. Okt. 1456.

Klerken Burchardus Idzehude fra Lübeck Stift faar Sognekirken i Neuenkirchen (i Ditmarsken), skønt han forud har Provstiet i Vardesyssel i Ribe Stift.

Supplicat Borghudus(!) Idzehude clericus Lubicensis diocesis, quatenus sibi de parrochiali ecclesia in Nigenkerken in terra Ditmartie Bremensis diocesis [fructus 4 mr.], vacante per obitum Hermanni Phibern in Romana curia defuncti, sive quovis modo sive [per] liberam [resignationem] dicti Hermanni aut Lamberti Henkem . . . sponte factam vacet, dignemini providere, prepositura curata in Wardisisel in ecclesia Ripensi, quam exnunc in manibus s. v. resignat eamque resignationem admitti petit [fructus 4 mr.], non obstante. Fiat. A. Datum Rome 3. non. oct. anno 2.

Suppl. 486 fol. 251 v.

2075.

5. Okt. 1456.

Paven befaler Biskoppen i Alessandria og Ærkedegnen og Kantoren i Viborg at overdrage Jens Laurensen Provstiet i Mors og Hanherred i Børglum Stift, skønt han forud har Sognekirken i Nors.

Episcopo Alexandrino et archidiacono ac cantori ecclesie Vibergensis. Litterarum scientia, vite ac morum honestas [etc.]. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Johannis Laurentii, rectoris parrochialis ecclesie in Mors [c: Nors?] Burglanensis diocesis bacallarii in decretis, petitio continebat, quod olim, prepositura rurali in Mors et Haneher[ret] dicte diocesis per ingressum religionis monasterii Agermarie ordinis s. Brigitte Arusiensis diocesis et professionem per ipsius ordinis fratres emitti consuetam per Palnonem emissam vacante, Jacobus episcopus Burglanensis eandem preposituram prefato Johanni auctoritate ordinaria contulit et de illa etiam providit, ipseque collationis et provisionis huiusmodi vigore predictam preposituram extitit assecutus illamque extunc possedit, prout possidet. Cum autem prefatus Johannes dubitet collationem et provisionem sibi factas huiusmodi et omnia inde secuta viribus non subsistere, et dicta prepositura adhuc, ut prefertur, vacare noscatur, nos discretioni vestre mandamus, quatenus . . . preposituram predictam, que sine

cura est [fructus 4 mr.], eidem Johanni auctoritate nostra conferre curetis, non obstante quod dictus Johannes parrochiam ecclesiam prefatam [fructus 4 mr.] nosceris [ɔ: noscitur] obtinere. Datum Rome 3. non. oct. anno 2.

P. XXI. 4. id. oct. anno 2. de Varris.
Reg. Lat. 510 fol. 259.

2076.

12. Okt. 1456.

Præsten Nicolaus Garden fra Camin Stift faar bevilget, at Nicolaus Bruckman, »vicedominus« i Camin, faar Kanonikat og Præbende i Roskilde.

Supplicat Nicolaus Garden decretorum doctor presbiter Caminensis diocesis, quatenus . . .¹⁾ Nicolao Bruckman vicedomino Caminensi in curia s. v. residenti de certis canonicatu et prebenda ecclesie Roskildensis per obitum Burgerii [ɔ: Birgerii Magni] s. v. subdiaconi seu cubicularii in partibus defuncti vacantibus [fructus 4 mr.] . . . [providere dignemini] . . . Fiat. A. Datum Rome 4. id. oct. anno 2.

Suppl. 487 fol. 56 v.

2077.

14. Nov. 1456.

Kong Christiern meddeler Paven, at Nicolaus V i sin Tid havde lovet ham, at han i Fremtiden ikke vilde ansætte nogen Udlænding uden at have indhentet Kongens Samtykke. Alligevel havde han udnævnt Provsten Birgerus (Magni) i Upsala til Kannik i Roskilde, og denne var bleven anerkendt. Denne havde aldrig passet sit Kanonikat, men stadig udsprede onde Rygter om Kongen, som derfor havde meddelt Biskoppen i Roskilde, at han ikke mere vilde finde sig i Birgerus, og nu anmoder Paven om at berøve ham Kanonikatet.

. . . Calisto [etc.]. Christiernus etc. Regie maiestatis officium (*Script. rer. Dan. VIII, 374—75; Reg. 3978*). Datum in castro nostro Copenhagen Dacie die 14. mensis nov. anno etc. 56 meo sub regali secreto.

Afskrift i [»Marcellus' Kopibog« og derefter i] Barth. B., 142—43.

2078.

16. Nov. 1456.

Klerken Henrik Krogh fra Slesvig Stift faar Kantoriet i Haderslev, hvori Præsten Timme Smalsted uretmæssig havde indtrængt sig.

Vacante nuper cantoria collegiate ecclesie Hadersleuensis Slesvicensis diocesis, que inibi maior sive principalis existit dignitas, per mortem Michaelis Iwari, que licet ex eo, quod maior dignitas, ut prefertur, sedi apostolice reservata existat,

¹⁾ Ødelagt af Fugtighed.

nichilominus quidam Tymmo Smalstede assertus presbiter...¹⁾ in eadem... se intrusit...¹⁾, [supplicat] Henricus Krogh clericus dicte diocesis, quatenus sibi...²⁾ [de dicta cantoria]...²⁾, etiam si eidem cura immineat animarum [fructus 3 mr.], conferre ac sibi de eadem providere dignemini. Fiat vocato possessore. A. Datum Rome 16. kal. dec. anno 2.

Suppl. 487 fol. 177 v.

2079.

2. Dec. 1456.

Abbedissen og Søstrene i Cistercienserklostret i Visby, som hørte under Linköping Stift og skulde modtage Sløret og velsignes af Biskoppen der, fritages for dette paa Grund af de stadige Krige mellem Danmark og Sverige og maa i Stedet lade Abbeden i Ruma paa Gotland give dem Sløret og Velsignelsen.

Pro parte abbatisse et conventus monasterii in insula Wisbu ordinis s. Bernardi Lincopensis diocesis exponitur, quod, cum ex institutione, statutis et earum regula habeatur, ut nulla illarum in certis officiis administret vel serviat, nisi sit per episcopum earum diocesis velata et benedicta, verum partes illas guerre, que procdolor inter reges Dacie et Svecie jamdiu viguerunt, adeo afflixerunt et de presenti affligunt, quod episcopus Lincopensis, quia³⁾ in et sub regno Svecie ac insula Wisbu⁴⁾ sub rege Dacie fore noscuntur, diu suam diocesim et presertim prefatam insulam visitare non potuerit⁵⁾, maneanque propterea ipse moniales invelate et sine benedictione huiusmodi sic, quod officia juxta constitutiones et consuetudines predictas negliguntur. Quare pro parte oratricum supplicatur, quatenus eis, ut velamina ac huiusmodi benedictionem ab abbate monasterii de Ruma eiusdem ordinis et insule recipere libere possint, ac abbas pro tempore eis imponere et dare possit, indulgere dignemini. Fiat. A. Datum Rome 4. non. dec. anno 2.

Suppl. 488 fol. 50 v.

2080.

14. Dec. 1456.

Kongen beder Kardinal Prosper Colonna støtte ham i Spørgsmaalet om Trondhjems Ærkebispes stol og gøre sit til, at Birgerus Magni bliver afsat som Kannik i Roskilde og erstattet med Kanniken Jens Pedersen, der for Tiden opholder sig i Rom og allerede er indsat af Biskoppen. Han meddeler ham endvidere, at han har slaaet Kong Karl og erobret Øland.

Cristiernus... P... tituli s. Georgii ad aureum vellus s. Romane ecclesie diacono cardinali de Columpna, consanguineo et

¹⁾ flere Linjer ulæselige.

²⁾ een Linje ulæselig.

³⁾ Gz. — Cod. qui

⁴⁾ Gz. — Cod. Wisbu que

⁵⁾ Gz. — Cod. poterat

amico nostro carissimo . . . Pridem v. r. scripsimus (*Script. rer. Dan. VIII, 375—76; Reg. 3980*). Datum in castro nostro Copenhaven Dacie die 14. mensis dec. anno etc. 56 nostro sub regali secreto.

Afskrift i [»Marcellus' Kopibog« og derefter i] Barth. B., 144—45.

2081.**23. Dec. 1456.**

Kantoren og Kapitlet i Haderslev faar Bekræftelse paa, at en Del af Indtægten af Sognekirken i Halk, saaledes som Biskop Claus (Wulf) i Slesvig havde bestemt, maa anvendes til Gavn for Kapitlet, hvortil ogsaa Sognepræsten Laurens Olufsen havde givet sit Samtykke.

Exponitur pro parte canthoris et capituli collegiate ecclesie b. Marie virginis in Hadersleue Slesvicensis diocesis, quod dudum, vacante parrochiali ecclesia in Halke eiusdem diocesis, cuius collatio . . . salvo turno apostolico, quotiens eam vacare contigerit, ad episcopum Slesvicensem pro tempore existentem plene dinoscitur jure spectare, [ac] que, in fertili et fructuoso loco sita, in fructibus annuatim sufficienter habundavit, prout habundat de presenti, ac [ɔ: cum] dicta collegiata ecclesia Hadersle[ue]nsis et ipsius cantor, capitulum ceteraque membra tum propter guerras circumquaque per longeva tempora dudum durante tum etiam pre novitate eiusdem ecclesie et collegii in annualibus redditibus pro numero et qualitate personarum in eadem deo servientium nimis¹⁾ fuerit et sit defectuosa, presertim quoad officia sex personarum, videlicet duorum lectorum et quatuor choralium cotidie in summo choro servientium, quorum sex officiorum seu personarum fructus 4 mr. valorem annum non excedunt, quare ad petitionem dictorum canthoris et capituli Nicolaus episcopus Slesvicensis modernus de dicta parrochiali ecclesia in Halke sic, ut premittitur, tunc vacante et in redditibus habundante certam modicam summam annualem, videlicet 6 mr. Lubicensis, pro dictis sex officiis et choro dicte ecclesie Hadersl[eu]ensis, ut divina officia in eadem eo decentius die nocteque possint observari, ordinaria auctoritate reservavit perpetuis temporibus solvendam, dictaque reservatione sic facta quidam Laurentius Olai, tunc clericus, nunc vero presbiter dicte Slesvicensis diocesis, ipsam parrochiam in Halke sibi conferri canonice petiit et, exposita sibi reservatione, videns [se]²⁾ ea non obstante competenter de dicte ecclesie fructibus posse sustentari oneraque ipsius faciliter et sine detri-

¹⁾ Gz. — Cod. minus ²⁾ add. Gz.

mento sufferre, eandem sibi obtinuit ordinaria auctoritate conferri ac ipsam per triennium et ultra possedit, prout possidet, pacifice, onera huiusmodi non recusans. Cum itaque dicti cantor et capitulum huiusmodi reservationem ordinaria auctoritate factam dubitent sine confirmatione apostolica non posse subsistere, indeque successu temporis divinum cultum ea occasione in dicta collegiata ecclesia Hadersle[ue]nsi augmentatum timeant diminuendum, pro tanto supplicatur pro parte canthoris et capituli, quatenus, premissis consideratis, dictam reservationem apostolice confirmationis gratia prosequi dignemini, ac, quatenus necesse sit, de novo omnia reformare, cum dicta parochialis ecclesia quoad ipsius curam et divina modicum et quasi nullum exinde patiatur detrimentum et dicta collegiata ecclesia quoad observationem divinorum notabile suscep[er]it incrementum . . . Fiat. A. Datum Rome 10. kal. jan. anno 2.

Suppl. 488 fol. 115.

2082.

26. Jan. 1457.

Paven anbefaler til Kong Christiern Everhardus (Kalle), som nylig er bleven udnævnt til Biskop i Reval efter Henricus (Ixkulls) Død.

Cristierno Dacie regi. Gratie divine premium (*Liv.-, Esth.- und Curl. Urkundenb. XI, 512*). Datum Rome 7. kal. febr. anno 2.

Reg. Vat. 464 fol. 67 v. — Sammesteds en Anbefalingsskrivelse til Ærkebiskoppen i Lund.

2083.

12. Marts 1457.

Paven befaler Ærkebiskoppen i Lund som Metropolit for Reval Stift at undersøge, om det ikke vil være heldigst, at den udvalgte Biskop Everhardus (Kalle) i Reval antager de tyske Ridderes Ordensdragt for at undgaa Strid med dem, og i saa Fald tvinge ham til at antage den, overrække ham den og modtage »Ridderløftet« af ham.

Archiepiscopo¹⁾ Lundensi. Ex pastoralis ministerii debito (*Liv.-, Esth.- und Curl. Urkundenb. XI, 528—29*). Datum Rome 4. id. martii anno 2.

Reg. Vat. 459 fol. 163 og 464 fol. 68.

2084.

26. Marts 1457.

Paven giver sin Nuntius og Kollektor Marinus de Fregeno Tilladelse til at udnævne to Notarer og modtage Embedsedden af dem.

Marino de Fregeno, subdiacono Parmensis diocesis, juris canonici perito, in Norvegie, Dacie et Svecie regnis cum suis ad-

¹⁾ Episcopo i 459.

herentiis necnon Leopoliensi et Magdeburgensi provinciis earumque ac Bambergensi ac Monasteriensi civitatibus et diocesibus nuntio et collectori nostro. Cum te ad partes predictas nuntium et collectorem nostrum per alias nostras litteras deputaverimus, ac pro exequendis tibi commissis aliquibus notariis publicis noscaris indigere, nos tibi concedendi auctoritate nostra duabus personis, quas ad id per diligentem examinationem idoneas esse reppereris, tabellionatus officium, dummodo aliqua ipsarum conjugata aut in sacris ordinibus constituta non fuerit, recepto prius per te ab eis nostro et Romane ecclesie nomine fidelitatis debito juramento juxta formam inferius annotatam, plenam tenore presentium concedimus facultatem . . . Datum Rome 7. kal. aprilis anno 2.

Reg. Vat. 447 fol. 34.

2085.

26. Marts 1457.

Paven udsteder Pas for sin Nuntius og Kollektor Marinus de Fregeno.

Universis, ad quos presentes littere nostre pervenerint. Cum Marinus de Fregeno, subdiaconus Parmensis diocesis, juris canonici peritus, in Norvegie, Gothie et Luthuanie regnis cum suis adherentiis necnon Leopoliensi et Magdeburgensi provinciis earumque ac Bambergensi ac Monasteriensi civitatibus et diocesibus etc. nuntius et collector noster, ad prefatas et alias diversas mundi partes pro nostris et s. Romane ecclesie agendis negotiis inpresentiarum habeat se conferre, nos, cupientes eundem Marinum nuntium cum sociis et familiaribus equestribus vel pedestribus ac salmis, valisiis, rebus et bonis suis quibuscunque in eundo et redeundo, quotiens etc., ut in forma usque sed potius eidem de securo transitu, recepto et salvo conducto, si opus fuerit et requirendum duxerit, sic liberaliter providere curetis, quod vestra exinde devotio veniat apud nos et sedem prefatam merito commendanda¹⁾. Datum Rome 7. kal. aprilis anno 2.

Reg. Vat. 447 fol. 34 v.

2086.

[26. Marts 1457.]

Paven medgiver Marinus de Fregeno Calixtus III's Kortogsbulle af 15. Maj 1455. hvori Nicolaus V's Bulle af lignende Indhold (af 30. Sept. 1453) er indtagen²⁾.

¹⁾ Om Formlen jfr. f. Eks. Dipl. Norv. XVII, 164—65.

²⁾ Jfr. Raynaldus X, 27—28 og IX, 616—18.

Ad summi pontificatus apicem etc. Pro supradicto Marino de verbo ad verbum ut in libro domini Calisti I. De curia et domini Nicolai XXV. [Datum Rome 7 kal. aprilis anno 2.]

Reg. Vat. 447 fol. 34 v.

2087.

26. Marts 1457.

Paven udsender Subdiakonen Marinus de Fregeno fra Parma Stift som Nuntius og Kollektor og for at prædike Korstog mod Tyrkerne i Norge, »Gotia«, Lithauen, Lemberg og Magdeburg Provinser og Bamberg og Münster Stifter; det tilføjes, at al anden Aflad suspenderes i hans Virksomheds Omraade.

Marino de Fregeno [etc. som Nr. 2084]. Cum superioribus annis, exigentibus hominum peccatis, civitas Constantinopolitana miserabili clade a perfidis Turchis occupata, direpta et christiano sa[n]guine conspersa [sit] ita, ut, nisi a fidelibus mature subveniatur, maiora in dies vulnera illaturi sint fidei christiane, volentes, quantum deus donare dignabitur, omnia undique adjumenta conquirere, quibus vires et im[m]anitas prefatorum Turchorum conteri possint, ac im[m]inentibus periculis obviare, ac considerantes, quod quilibet Christi fidelis etiam de necessitate salutis juxta suam possibilitatem huic sancto negotio oportuna suffragia et subsidia afferre tenetur, ad que subsidia a fideli illo populo Norvegie, Gotie et Luthuanie regnorum necnon Leopoliensis et Magdeburgensis provinciarum earumque ac Bambergensis ac Monasteriensis civitatum et diocesium exigenda cum virum idoneum, fide probatum, solertem et diligentem deputare sepius cogitasset, demum, his omnibus debita meditatione pensatis, ad te, quem in rebus agendis expertum, fidelitate, legalitate, prudentia, diligentia aliisque multiplicibus virtutum donis ab illorum largitore altissimo plurimum insignitum esse fide dignorum relatibus et etiam ipsa edocente experientia intelleximus, direximus oculos nostre mentis teque ad partes illas pro eisdem subsidiis exigendis destinare decrevimus, in omnium conditore indubitata obtinentes fiduciam, quod per tuam industriam fructuosam res ipsa ita prospere dirigetur, quod ex tuis operibus laudabilibus fides orthodoxa magnum suscipiet adjumentum et in suis his diebus imminentibus necessitatibus relevamen, te igitur in partibus illis nostrum et apostolice sedis nuntium ac pecuniarum ex huiusmodi subsidiis et fidelium oblationibus proventurarum collectorem tenore presentium deputamus tibi que mandamus, ut, quamprimum poteris, ad singula loca predicta ac archiepiscopos, episcopos, prelatos et locorum ordinarios per-

sonaliter te conferas illisque ac universo populo supradicto ex parte nostra intimes, qualiter classis nostra maritima jam ad orientales partes transfretavit inibique per omnipotentis auxilium duas Turchorum insulas cepit et sub vexillo posuit nec cessat terras ipsorum Turcorum circuire eosque ab injuria Christianis inferenda cohibere, nos quoque etiam classem eandem in dies magis magisque augere et fortificare ac cetera ad eorum oppugnationem¹⁾ necessaria tam terra quam mari parare non cessamus omniaque bona et emolumenta nostra et camere apostolice exposuimus et exponimus, nichil denique omittimus quod ad hanc sanctam expeditionem quomodolibet requiratur. Volumus insuper, ut unacum prefatis archiepiscopis, episcopis, prelatiis et ordinariis perquiras idoneos et acceptos verbi dei predicatorum seculares vel religiosos, quibus vices tuas committere possis, eisque eadem auctoritate in virtute sancte hobe-dientie (!) et sub excommunicationis pena, quam contrafacientes ipso facto incurrant, precipias, ut continentiam presentium et aliarum tibi desuper concessarum litterarum in locis oportunitis et de quibus tibi videbitur, populis predicent et declarent, illos ad contribuendum huic sancto operi suis monitionibus adhortando, et quoniam nostre intentionis existit, ut pecunie ex huiusmodi subventionibus et contributionibus fidelium colligende huic tam sanctissimo operi quantocius applicentur, ne huiusmodi tam necessarium opus aliquo ingenio vel colore quomodolibet retardetur, omnes indulgentias in illis partibus . . . concessas usque ad eiusdem negotii finalem conclusionem . . . omnino suspendimus . . . Ceterum, ut pecunie ipse ad nos et cameram apostolicam quam celerius et fidelius perveniant, volumus, ut pecunie ipse apud aliquos mercatores seu alios probos viros fide et facultatibus idoneos deponantur, ac nomina et cognomina contribuentium personarum per unum notarium publicum ad id deputandum unacum oblationum quantitate fideliter in uno libro conscribantur, ut quilibet absque alicuius dubitationis scrupulo certus esse possit, quod he pecunie ad tantum tamque necessarium fidei opus congregantur et exponende sunt. Insuper concedimus tibi potestatem contra omnes pecuniarum questores, clericos seculares vel regulares ordinum quorumcunque etiam exemptorum ac laicos quoscunque, etiam si nostris aut predecessorum nostrorum litteris super hiis munirentur, necnon

¹⁾ Gz. — Cod. propugnationem

illos, qui super hoc eis dederint auxilium . . . , inquirendi ac eos personaliter vocandi, apprehendendi, capiendi et carceribus mancipari faciendi penisque spiritualibus et temporalibus, prout tibi visum fuerit, puniendi et corrigendi et, ne imposterum talia facere per se vel alios presumant, districtius inhibendi, contradictores et rebelles per censuram etc., invocato ad hoc etc., nec non omnia alia faciendi, per que eorum temeritas, si parere contempserint, reprimatur . . . Datum Rome 7. kal. aprilis anno 2.

Reg. Vat. 447 fol. 34 v.

De curia.

2088.

4. April 1457.

Paven opfordrer Kong Christiern til at deltage i det store Kørstog mod Tyrkerne og anbefaler sin Udsending Marinus de Fregeno, der skal prædike Korstoget i hans Lande.

. . . Notam arbitramur serenitati tue gravem ignominiam (*Raynaldus, Ann. Eccl. (Luceæ 1753) X, 112; Dipl. Norv. XVII, 506—07; Reg. 3989*). Datum etc. 4. aprilis anno 2. Regi Polonie . . . Simile regi Dacie Norvegie Gotorumque pro Gotia et Norvegia.

Arm. 39 vol. 7 fol. 78 v.

2089.

4. April 1457.

Paven meddeler Ærkebiskoppen i Lund, at han har stadfæstet sin Formands Paabud om et Korstog mod Tyrkerne, og anbefaler sin Nuntius og Kollektor Marinus de Fregeno samt beder om, at Ærkebiskoppen vil vinde Kongen for Korstogsplanen.

Gregis dominici in terris curam gerentes (*Dipl. Norv. VI, 583—84*). Datum Rome sub anulo piscatoris die 4. aprilis anno 2. Archiepiscopo Gnecensi . . . Simile archiepiscopo Gotie [ɔ: Dacie].

Arm. 39 vol. 7 fol. 79 v.

2090.

20. April 1457.

Klerken Jens Pedersen fra Roskilde Stift faar paa ny Kanonikat og Præbende i Roskilde, som Biskoppen der allerede een Gang havde overdraget ham.

Nuper certis canonicatu et prebenda ecclesie Roskildensis per privationem et amotionem cuiusdam Birgerii Magni ab eisdem per episcopum Roskildensem legitime factas vacantibus, idem episcopus Roskildensis canonicatum et prebendam predictos Johanni Petri clerico eiusdem Roskildensis diocesis auctoritate sua ordinaria contulit et providit etiam de eisdem, ipseque Johannes collationis et provisionis sibi factarum huiusmodi

vigore canonicatus et prebende eorundem possessionem assecutus est et possidet de presenti. Cum autem dubitat privationem et amotionem, collationem, provisionem ac dictorum canonicatus et prebende assecutionem viribus non subsistere, presertim quia ab aliquibus asseritur prefatum Birgerum tempore, quo canonicatum et prebendam huiusmodi obtineret, Nicolai pape V cubicularium ac postea officialem sedis apostolice extitisse, supplicat igitur, quatenus, privationem, amotionem, collationem, provisionem et possessionis assecutionem huiusmodi ac quecunque inde secuta ex certa scientia confirmantes, . . . de dictis canonicatu et prebenda [fructus 7 mr.] eidem Johanni Petri de novo dignemini providere. Fiat. A. Datum Rome 11. kal. maji anno 3.

Suppl. 492 fol. 123 v.

2091.

1. Maj 1457.

Paven stadfæster og indskærper, da Kong Christiern har klaget over, at de pavelige Dommere endnu stadig stævner Danske til at møde i Tyskland, Nicolaus V's Brev af 22. April 1449 (Nr. 1940) om, at Danske i pavelige Retsager ikke maa stævnes udenfor Danmark i første Instans, kasserer alle de Domme, der er fældede paa Trods af Brevet, og befaler Ærkebiskoppen i Lund, Biskoppen i Slesvig og Provsten i Roskilde at vaage over, at Brevet bliver overholdt.

Ad perpetuam rei memoriam. Dudum Nicolaus papa V (*Script. rer. Dan. VIII, 427—30; Reg. 3991*). Datum Rome kal. maji anno 3.

Afskrift i [»Marcellus' Kopibog« og derefter i] Barth. B, 229—35.

2092.

2. Maj 1457.

Paven befaler Ærkebiskoppen i Lund og Biskopperne i Alessandria og Lübeck at overdrage Embedet som Prior i Benediktinerklostret i Odense til Munken Bent (Andersen) i samme Kloster, som allerede var valgt dertil af Kapitlet, og fjærne den indtrængte Gregers (Tygesen) fra Embedet.

Archiepiscopo Lundensi et Alexandrino ac Lubicensi episcopis. Religionis zelus, vite ac morum honestas [etc.]. Dudum siquidem omnes dignitates in cathedralibus ecclesiis ordinum quorumcunque post pontificales maiores . . . dispositioni nostre reservavimus . . . Et deinde, prioratu ecclesie Ottoniensis, qui inibi dignitas post pontificalem maior existit, per liberam resignationem Jacobi Geeth de illo, quem tunc obtinebat, in manibus capituli dicte ecclesie sponte factam et per eosdem capitulum, cum ad eos cessantibus reservationibus apostolicis electio . . ., dum prioratus pro tempore vacat, de antiqua et approbata ac

hactenus pacifice observata consuetudine pertineat, ordinaria auctoritate admissam vacante, sicut exhibita nobis nuper pro parte Benedicti monachi ecclesie Ottoniensis ordinis s. Benedicti petitio continebat, ipsi capitulum dictum Benedictum, ordinem ipsum expresse professum et in sacerdotio constitutum, in eorum ac dicte ecclesie priorem elegerunt, ipseque Benedictus electioni huiusmodi illius sibi presentato decreto consentiens, illam obtinuit ordinaria auctoritate confirmari necnon electionis et confirmationis huiusmodi vigore assecutus fuit fructus ex illo provenientes licet modicos suscipiendo. Cum autem electio et confirmatio ac possessio predictae viribus non subsistant, et secundum premissa prioratus ipse adhuc vacare noscatur . . . , nos, volentes dicto Benedicto, asserenti, quod Gregorius, qui se gerit pro monacho dicte ecclesie, in eodem prioratu, quem idem Benedictus electionis et confirmationis huiusmodi vigore assecutus fuerat, se intruserit ac illum nullo canonico titulo sibi suffragante per annum et ultra citra tamen biennium detinuerit, prout detinet, indebite occupatum, gratiam facere specialem, fraternitati vestre mandamus, quatenus eodem Gregorio vocato prioratum predictum, ad quem consuevit quis per electionem assumi, et cui cura imminet animarum [fructus deductis oneribus 10 mr.], prefato Benedicto auctoritate nostra conferre curetis, amoto exinde dicto Gregorio. Datum Rome 6. non. maji anno 3.

X

X

X.

Reg. Vat. 447 fol. 201.

2093.**2. (og 18.) Maj 1457.**

Munken Bent (Andersen) i St. Knuds Kloster i Odense faar Provisionsbrevet paa Prioratet sammesteds udstedt med Tilføjelse af, at Indtægten var større end tidligere angivet.

Reformatio.

Dignetur s. v. litteras apostolicas super prioratu regulari monasterii seu ecclesie cathedralis regularis s. Kanuti Ottoniensis ordinis s. Benedicti, qui dignitas inibi maior post pontificalem existit etc., Benedicto monacho seu fratri dicti ordinis et ecclesie ac inibi professo etc. concessas cum express[ione], quod fructus etc. dicti prioratus 10 mr.¹⁾ valorem annum non excedunt, con-

¹⁾ II: 20 mr.

ficiendas expediri mandare litterasque desuper expedire¹⁾. Concessum. Jo. Zamorensis. Datum Rome 6. non. maji²⁾ anno 3.

Suppl. 493 fol. 9 og (II) fol. 77.

2094.

7. Maj 1457.

Klerken Jens Pedersen fra Roskilde Stift faar Kanonikat og Præbende i Viborg.

Supplicat Johannes Petri clericus Roskildensis diocesis, quatenus sibi de canonicatu et prebenda ecclesie Vibergensis [fructus 7 mr.], vacantibus per obitum Cristiani Suenonis, dignemini providere. Fiat. A. Datum Rome non. maji anno 3.

Suppl. 492 fol. 162.

2095.

7. Maj 1457.

Kong Christiern faar Kanonikat og Præbende i Roskilde, som Biskoppen i Roskilde havde frataget Birgerus Magni, overdragne til Klerken Jens Pedersen fra samme Stift.

Dudum certis canonicatu et prebenda una ex quindecim sive mediis prebendis ecclesie Roskildensis, in qua maiores et medie et minores prebende fore noscuntur, prebenda Hacstrop vulgariter nuncupata, ex eo vacante [c: -tibus], quod Olauus Daa episcopus Roskildensis, ad Cristierni regis Dacie requisitionem et instantiam et ex suo officio contra quendam Brigerum Magni tunc ipsius ecclesie canonicum, statuta ipsius ecclesie et capituli, que servire [c: servare] juraverat, contravenientem sepiusque et legitime ad faciendum apud ipsam ecclesiam residentiam personalem et statuta ecclesie et capituli huiusmodi observandum citatum et ad sui presentiam super hiis et aliis propterea evocatum minimeque per se, procuratorem seu responsalem comparentem sive causam absentie sue allegare curantem, debitis monitionibus et citationibus cum competentibus intervallis precedentibus rite et legitime procedens, ipsum canonicatu et prebenda predictis, quos idem Bergerus tunc obtinebat, eius contumacia et demeritis in ipsum regem et eius regna, ut asseritur, commissis exigentibus, tam propter contraventionem statutorum et non residentiam quam etiam aliis rationabilibus de causis juris ordine servato per suam sententiam diffinitivam, que nulla provocatione suspensa in rem transivit judicatam, privavit et amovit realiter ab eisdem³⁾, canonicatum et prebendam predictos sic vacantes Johanni Petri clerico eiusdem Roskil-

¹⁾ Gz. — Cod. expediri ²⁾ II: 15. kal. junii ³⁾ Gz. — Cod. eisdem neonon

densis diocesis auctoritate ordinaria contulit et providit etiam de eisdem. Verum dictus Burgerus s. v. subdiaconus erat et est ac etiam Nicolai pape V cubicularius fuit, et quia quidam Laurentius Butzer, eiusdem ecclesie canonicus, eandem prebendam sic collatam in ipsius oratoris prejudicium optasse dicitur, idem orator dubitat collationem et provisionem predictas viribus non subsistere. Supplicant igitur tam ipse rex Dacie in personam et pro parte ipsius Johannis Petri quam ipse Johannes, quatenus, collationem et provisionem huiusmodi ordinariam omniaque inde secuta rata et grata habentes et ex certa scientia confirmantes . . et nichilominus sibi specialem gratiam facientes, de dictis canonicatu et prebenda [fructus 7 mr.] eidem Johanni Petri de novo providere dignemini, statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie, illis presertim, quibus caveri forsan dicatur, quod nullus inibi maiorem prebendam as[s]equi valeat, nisi de minori ad mediam et de media ad maiorem prebendam huiusmodi gradatim et per optionem ascendat, non obstantibus. Fiat. A . . . Datum Rome non. maji anno 3.

Suppl. 492 fol. 139 v.

2096.

15. Maj 1457.

Paven udsteder Pas og Anbefalingskrivelse paa ubestemt Tid for sin Udsending Paulus Justinianus, Biskop i Bergen, med 12 Ledsagere.

Universis, ad quos presentes advenerint. Cum Paulus Justinianus (*Dipl. Norv. XVII, 1016—17*) . . . presentibus ad nostrum beneplacitum duraturis. Datum Rome id. maji anno 3.

Reg. Vat. 447 fol. 272.

De curia.

2097.

15. Maj 1457.

Paven befaler Biskop Paulus Justinianus i Bergen at søge at skaffe Fred eller i al Fald Vaabenstilstand mellem de to nordiske Konger.

Paulo Justiniano episcopo Bergensi. Regis pacifici, in cuius ortu salutifero [etc.]. Sane cum, prout dolenti memoria recordamur, inter Cristiernum Dacie et Carolum Svecie reges gravis dudum et dispendiosa valde operante humani generis inimico fuerit bellicosa discordia suscitata et vigeat de presenti et in dies magis invalescere videatur, ex qua magna animarum pericula, corporum strages, anxie cure, perpetue et mordaces sollicitudines et labores et alia innumerabilia mala, que furores bellici secum trahunt, hactenus sunt secuta, et nisi de celeri et expediendi provideatur remedio, longe maiora et peiora prioribus

sequi verisimiliter formidantur, nos, sane¹⁾ quamplurimum condolentes, ut vires Romane ecclesie devotorum filiorum, quas²⁾ in Turchorum et aliorum hostium orthodoxe fidei hac³⁾ nostra etate prohdolor contra Christi fideles sevientium capita converti decederet [c: deceret], in perniciem comunem et mutuam effundantur⁴⁾, dum vires [c: vias] et modos posibles, per quos reges ipsi ad concordiam et pacem promere [c: promoveri] possent, continue et assidue non desinimus indagare, dum hec mordax cura nostram mentem occuparet, te, quem nuper prefecimus in episcopum ecclesie Bergensis tunc pastore carentis, et de cuius integritate, litterarum scientia, providentia circumspecta, rerum agendarum experientia, aliis preclaris virtutibus specialem in domino fiduciam obtinemus, tanquam pacis angelum, concordie reparatorem et reformatorem benivolentie ad tractandum et concludendum, si deus annuerit, pacem insidiis carituram et veram concordiam inter reges prefatos decrevimus destinare. Hortamur igitur tuam fraternitatem, tibi nichilominus in remissionem peccaminum et sub virtute sancte obedientie districte precipiendo mandantes, quatenus, ad reges prefatos personaliter te conferens, indilate inter reges ipsos eorumque colligatos, subditos et sequaces pacem et concordiam auctoritate nostra tractare et firmare et quocunque expediendi robore stabilire juxta datam tibi a deo prudentiam et cum omni conamine ingenii tui quacunque exacta diligentia procures, et nichilominus, si pax et concordia huiusmodi de facili forsitan deduci non posset, inter reges, colligatos, subditos et sequaces predictos, treugas, ad quam longius tempus fieri poterit, indicas auctoritate predicta easque facias firmiter observari . . . Nos enim tibi ordinandi, terminandi et dicta auctoritate nostra confirmandi et alia, que ad hec expedienda videris, faciendi plenam concedimus tenore presentium facultatem. Datum Rome id. maji anno 2 [c: 3].

De curia.

Reg. Vat. 447 fol. 272 v.

18. Maj 1457.

Se Suppliken af 2. Maj (Nr. 2093).

2098.

21. Maj 1457.

Paven befaler Munken Gregers Tygesen i Odense, som, efter at være præsen-teret Kapitlet af Kongen og valgt af dette, havde bemægtiget sig Prioratet sammesteds, skønt Besættelsen var reserveret Pavestolen, at opgive dette, men løser ham forøvrigt fra den Skyld, han derved havde paadraget sig.

¹⁾ Gz. — Cod. ante ²⁾ Gz. — Cod. quos ³⁾ Gz. — Cod. ac

⁴⁾ Gz. — Cod. confundantur

Gregorio Tukonis monacho ecclesie Ottoniensis ordinis s. Benedicti. Sedes apostolica pia mater [etc. som Nr. 1411]. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte tua petitio continebat, quod olim, prioratu ecclesie Ottoniensis ordinis s. Benedicti, qui inibi dignitas maior post pontificalem existit, et ad presentationem regis Dacie pro tempore existentis ex privilegio apostolico pertinere dignoscitur, tunc per liberam resignationem Jacobi Geeth de illo, quem tunc obtinebat, in manibus capituli predictae ecclesie sponte factam et per eosdem capitulum, ad quos admissio resignationis huiusmodi de antiqua et approbata ac hactenus pacifice observata consuetudine pertinet, ordinaria auctoritate admissam vacante, Cristiernus rex Dacie te prefatis capitulo infra tempus legitimum presentavit, predictique capitulum post huiusmodi presentationem . . . te in eorum et dicte ecclesie priorem concorditer, solo uno ex monacis capitularibus ipsius ecclesie discrepante, de consilio patrum abbatum dicti ordinis elegerunt, tuque, electionis [ɔ: -ni] huiusmodi illius tibi presentato decreto consentiens, eam a . . . Henechino episcopo Ottoniensi infra tempus debitum simul cum capitulo prefatis ordinaria auctoritate confirmari postulasti, sed idem episcopus in decrepita etate amodo constitutus, nescitur quo spiritu ductus, electionem ipsam, quamvis rite et de persona idonea celebrata foret, confirmare recusavit, tuque postmodum, ne ecclesia ipsa in spiritualibus detrimenta sustineret, tamquam simplex et juris ignarus, pretextu presentationis et electionis earundem possessionem ipsius prioratus ad requisitionem et institutionis [ɔ: instantiam] regis et patrum abbatum predictorum de facto apprehendens, illum extunc detinuisti, prout detines de presenti, fructus licet paucos percipiens ex eodem similiter de facto. Quare pro parte tua nobis fuit supplicatum, ut tibi et statui tuo in premissis oportune providere dignaremur. Nos igitur omnem inhabilitatis et infamie maculam sive notam per te premissorum occasione contractam tenore presentium penitus abolemus. Volumus autem, quod exnunc prioratum ipsum realiter et omnino dimittas. Datum Rome 12. kal. junii anno 3.

C. XVI. de Montepolitiano.

Reg. Lat. 527 fol. 269.

2099.

21. Maj 1457.

Paven befaler Skatmesteren i Lübeck at overdrage Prioratet i Odense til Gregers Tygesen, efter at denne, som var valgt af Kapitlet, skønt Embedets Besættelse tilkom Pavestolen, først har frasagt sig det.

Thesaurario ecclesie Lubicensis. Dignum arbitramur etc. Hodie siquidem pro parte Gregorii Tukonis monachi ecclesie Ottoniensis ordinis s. Benedicti nobis exposito . . . [som Nr. 2098 til similiter de facto]. Cum autem prioratus ipse adhuc vacare noscatur, nos, volentes dictum Gregorium, asserentem, quod ipse ordinem predictum expresse professus existit, quodque Benedictus Andree, qui se gerit pro monacho dicte ecclesie, ad ipsum prioratum sic vacantem ante predictum Gregorium absque presentatione dicti regis quamvis de facto electus fuit, gratioso favore proseguere volentes (!), discretioni tue mandamus, quatenus, si vocatis dicto Benedicto et aliis, qui fuerint evocandi, prioratum predictum, ad quem consuevit quis per electionem assumi, et cui cura imminet animarum [fructus 14 mr.], vacare ac per diligentem examinationem eundem Gregorium ad hoc idoneum esse reppereris, prioratum predictum prefato Gregorio, postquam illum realiter et omnino dimiserit, auctoritate nostra conferas. Datum Rome 12. kal. junii anno 3.

C. XXX. 3. id. oct. anno 3. de Montepolitiano.

Reg. Lat. 527 fol. 269 v.

2100.

12. Sept. 1457.

Kardinalerne Guillermus (de Estouteville), Antonius (de la Cerda), Philippus (Calandrini), Petrus (Barbus), Johannes (de Mella), Johannes (de Castiglione), Eneas (Piccolomini) og Prosper (Colonna) giver Aflad til dem, der paa bestemte Dage besøger det Kapel, Ridderen Engelbert Albertsen (Bydelsbak) til Torbernefeld i Roskilde Stift har ladet opføre paa sin Gaard. Brevet gælder for al Fremtid.

Guillermus tituli s. Martini in Montibus, Antonius tituli s. Grisogoni, Philippus tituli s. Laurentii in Lucina, Petrus tituli s. Marci, Johannes tituli s. Prisce, Johannes tituli s. Clementis, Eneas tituli s. Sabine, Prosper tituli s. Georgii, s. Romane ecclesie presbiteri cardinales, universis presentes litteras inspecturis, lecturis, visuris pariter et auditoris. Dum precelsa [etc. som Nr. 926]. Cum itaque, sicut accepimus, nobilis vir dominus Engelbertus de Torbernefelde, miles Roskildensis diocesis, venerabilem ecclesiam sive capellam in dicto loco Torbernefelde ob anime sue ac dilecte sue conthoralis, pie memorie domine Mette, suorumque parentum animarum salutem de novo erigi et construi ipsamque sub honore, invocatione et nomine b. Marie virginis dedicari fecit pariter et consecrari desideratque in ea non absque magno devotionis fervore divinum cultum augmentare, cupientes igitur eundem militem in suo bono proposito

confortare ac deo populum reddere acceptabilem et bonorum operum sectatorem, quodque ipsa ecclesia sive capella congruis frequentetur honoribus ac in suis structuris perficiatur, in ornamentis quoque, fructibus, censibus ac divinis officiis augmentetur . . . , necnon ut ipsa mater misericordie eo sedulius ad filium suum, dominum nostrum Jesum Christum, regem glorie, pro ipsorum Christi fidelium remissione peccaminum intercedat . . . , omnibus vere penitentibus et confessis, qui ecclesiam sive capellam antedictam in nativitatis domini nostri Jesu Christi, pasche, penthecostes, assumptionis b. Marie virginis et ipsius ecclesie sive capelle dedicationis festivitibus et celebritate devotionis, orationis aut peregrinationis causa devote visitando accesserint annuatim ac ad constructionem edificii, calicum, librorum, campanarum aliorumque ornamentorum inibi pro divino cultu necessariorum fructuumque et censuum eiusdem ecclesie sive capelle augmentationem de bonis sibi a deo collatis pie et caritative quotienscunque manus porrexerint adjutrices, nos cardinales prefati pro qualibet vice et qualibet die ipsarum festivitatum et celebritatis huiusmodi cum earum octavis centum dies indulgentiarum de injunctis eis penitentiis relaxamus, presentibus vero perpetuis futuris temporibus duraturis. In quorum omnium fidem et testimonium premissorum presentes nostras litteras exinde fieri nostrorumque cardinalatum sigillorum fecimus appensione communiri. Datum Rome anno 1457 indictione 5. die vero lune 12. mensis sept. pontificatus anno 3.

Orig. paa Perg. med [6] Segl i Danske Selskabs Membraner. L. Dipl.

2101.

21. Sept. 1457.

Kong Christiern giver Paven Meddelelse om de hyppige Overfald af Lapper, Mambrer, Erpioner o. lign., der ofte i et Antal af 150,000 har overfaldet hans Lande, men af hvilke han har fældet 200,000, saa at de endelig overgav sig, om Kong Karls store Forbrydelser, der foraarsagede, at han nu er bleven afsat og Kong Christiern kronet til Konge af Sverige, og om at Fæstningen Viborg i Finland er bleven erobret, efter at 30,000 Fjender er dræbte.

. . . Calisto . . . pape tertio Christiernus regnorum Dacie Norvegie Svecie etc. . . . Subiit animum (*Script. rer. Dan. VIII, 380—81; Reg. 4003*). Datum etc. [1457 Mathei apostoli].

Afskrift [i »Marcellus' Kopibog« og derefter i] Barth. B, 151—54.

2102.

21. Sept. 1457.

Kong Christiern takker Kardinal Prosper Colonna for det Brev, som han har modtaget gennem Geminianus Trevisanus, beklager, at Trondhjems Ærke-

bispestol ikke bliver besat efter hans Ønske, og udtaler sin Betænkelighed over, at Paven har provideret [Paulus Justinianus] med Bergens Bispestol, da den af Kapitlet udvalgte [Joakim Grubbe] bliver støttet af Norges Rigsraad.

Cristiernus . . . Illustri principi consanguineo nostro amantissimo P. . . s. Romane ecclesie tituli s. Georgii ad aureum vellus diacono cardinali . . . Litteras vestras (*Dipl. Norv. XVII, 1018—19; Reg. 4004*). Datum in castro nostro Stocholmensi regni nostri Svecie die b. Mathei apostoli nostro sub regali secreto.

Afskrift i [»Marcellus' Kopibog« og derefter i] Barth. B, 155 f.

2103.

Okt. 1457.

Kong Christiern takker Kardinal Æneas (Sylvius Piccolomini), fordi han, som Geminianus Trevisanus har forklaret, selv har villet antage sig de nordiske Sager, og anbefaler til ham sin uretfærdig anklagede Raadgiver Biskop Marcellus' og Trondhjem Ærkestols Sag.

Cristiernus . . . E. . . tituli s. Praxedis s. Romane ecclesie presbitero cardinali¹⁾, amico nostro sincerissimo. Quid dicemus (*Dipl. Norv. XVII, 1021—22; Reg. 4012*). Datum etc. [c: 1457 mensis oct.].

Afskrift i [»Marcellus' Kopibog« og derefter i] Barth. B, 156 f.

2104.

19. Okt. 1457.

Paven takker Ærkebiskop Jöns (Bengtson Oxenstierna) og det svenske Rigsraad for Modtagelsen af deres Brev, hvori de har givet Meddelelse om, at de paa Grund af Kong Karls Tyranni, Krænkelse af den kirkelige Frihed og kætterske Tilbøjeligheder har jaget ham bort, beklager det skete og opfordrer dem til nu at styre Folket vel og overholde Kirkens Friheder.

Johanni archiepiscopo Vpsalensi et nobilibus viris universis baronibus, proceribus, consiliariis et militibus regni Svecie et Gothorum. Ex tenore litterarum vestrarum (*Raynaldus, Ann. Eccl. (Lucæ 1753) X, 122—23; Reg. 4008*). Datum Rome 14. kal. nov. anno 3.

X

X

Reg. Vat. 461 fol. 28 v.

2105.

19. Okt. 1457.

Paven giver Ærkebiskop Jöns (Bengtson Oxenstierna), hans Kansler og Kapellaner Tilladelse til at vælge Skriftefædre, der kan give dem Absolution for den Forseelse, de har begaaet ved at gribe til Vaaben og deltage i Kampe mod Kong Karl, — hvad de efter eget Sigende snarere fortjente Ros for. Ærke-

¹⁾ Denne Kardinaltitel er urigtig; Æneas var Kardinal af St. Sabina.

biskoppen, paa hvis Vegne hele Rigsraadet søger, fremstiller Sagen saaledes, at Oprøret var begyndt, før han blev valgt til Rigets Forstander og Hovedsmand.

Johanni archiepiscopo Vpsalensi, primati regni Svecie. Intenta semper (*Script. rer. Dan. VIII, 414—16; Reg. 4009³⁾*). Datum Rome 14. kal. nov. anno 3.

C.

Reg. Vat. 461 fol. 29 v. — Afskrift i [»Marcellus' Kopibog« efter Originalen og kollationeret af Kong Christierns Kansler Daniel Kepken 3. April 1464]; derefter i Barth. B, 210—12. En anden Afskrift i Ørnhiälms Dipl.

2106.

25. Okt. 1457.

Paven befaler sin Korstogsprædikant, Franciskanermunken Jacobus de Marchia, at henvende sig til Kejseren og Kongerne i Ungarn, Bosnien, Polen og Danmark for at opfordre dem til at sende Gesandter til den paatænkte Kongres om Korstog mod Tyrkerne.

Jacobo de Marchia ordinis Minorum professori, nuntio nostro. Posteaquam a nobis recessisti (*Wadding, Annales Minorum XIII, 5—6; Reg. 4010*). Datum Rome sub anulo piscatoris die 25. oct. anno 3.

»Ex originali«.

2107.

16. Nov. 1457.

Kong Christiern beklager overfor Kardinal Prosper (Colonna), at han tidligere (21. Sept., Nr. 2102) har udtalt sig imod Paulus Justinianus' Udnævnelse til Biskop i Bergen, erklærer, at han nu har anerkendt ham og sendt ham til Rom som sin Prokurator, og beder Kardinalen tage sig af Biskop Marcellus' og Trondhjem Ærkestols Anliggender.

Cristiernus Illustri principi. P. . . s. Romane ecclesie tituli s. Georgii ad aureum vellus diacono cardinali, consanguineo nostro peramantissimo . . Intellectis pridem rumoribus (*Dipl. Norv. XVII, 1022—23; Reg. 4014*). Datum in castro nostro Stocholmensi regni nostri Svecie die 16. mensis nov. anno 57 nostro sub regali secreto.

Afskrift i [»Marcellus' Kopibog« og derefter i] Barth. B, 160 f.¹⁾

2108.

17. Nov. 1457.

Kong Christiern meddeler Paven, at han har anerkendt Paulus Justinianus som Biskop i Bergen og nu sender ham tilbage til Rom som sin Prokurator blandt andet i Biskop Marcellus' Anliggender og takker Paven for hans Løfte om, at han ikke i Fremtiden vil bortgive Embeder i de nordiske Lande uden at have indhentet Kongens Samtykke.

¹⁾ Samme Dag et lignende Brev til Kardinal Æneas Sylvius Piccolomini (Reg. 4015).

. . . . Calisto . . s. Romane et universalis ecclesie summo pontifici Cristiernus etc. Ad has regiones (*Dipl. Norv. XVII, 1023—24; Reg. 4016*). Datum in castro Stocholmensi regni mei Svecie die 17. mensis nov. anno etc. 57 meo sub regali secreto.

Afskrift i [»Marcellus' Kopibog« og derefter i] Barth. B, 149 f.

2109.

17. Nov. 1457.

Kong Christiern takker Kardinal Jacobus (de Portugallia) for flere Breve, anbefaler til ham sin Udsending Biskop Paulus Justinianus i Bergen og beder ham tage sig af Biskop Marcellus' og Trondhjem Ærkestols Sager.

Cristiernus etc. . . . illustri principi P. [Ϸ: J.] s. Romane ecclesie tituli s. Eustachii diacono cardinali, consanguineo et amico optatissimo . . Cum dignitas vestre illustris prosapie (*Dipl. Norv. XVII, 1024—25; Reg. 4017*). Datum [som forrige Brev].

Afskrift i [»Marcellus' Kopibog« og derefter i] Barth. B, 158 f.

2110.

17. Nov. 1457.

Kong Christiern skriver i samme Anledning til Kardinal Philippus (Calandrini).

Cristiernus . . . P. tituli s. Laurentii in Lucina s. Romane ecclesie presbitero cardinali, amico nostro precarissimo. Litteris v. r. p. pridem receptis (*Dipl. Norv. XVII, 1025—26; Reg. 4018*). Datum [som forrige Brev].

Afskrift i [»Marcellus' Kopibog« og derefter i] Barth. B, 159 f.

2111.

18. Nov. 1457.

Kong Christiern takker Kardinal Johannes (de Torquemada) for hans Anstrængelser i Sagen om Trondhjem Ærkestol, meddeler, at han er bleven Konge i Sverige, beder ham skride ind mod Ericus (Vastonis), Forstander for Birgittes Hospital i Rom, og anbefaler sin Udsending Biskop Paulus Justinianus i Bergen.

Cristiernus . . . I. s. Romane ecclesie tituli s. Marie in Transiberim presbitero cardinali. Lectis v. p. litteris (*Dipl. Norv. XVII, 1026—27; Reg. 4019*). Datum in castro nostro Stocholmensi regni nostri Svecie die 18. mensis nov. anno etc. 57, regnorum nostrorum Dacie, Slavorum Gothorumque decimo, Norvegie octavo, Svecie vero anno primo, nostro sub regali secreto.

Afskrift i [»Marcellus' Kopibog« og derefter i] Barth. B, 161 f.

2112.

22. Nov. 1457.

Kongen instruerer sin Udsending Paulus Justinianus om at forklare for Paven, at han hidtil er bleven hindret i at sende Hjælp mod Tyrkerne af

Krige med vilde Nabofolk og Kong Karl; nu vil han gerne sende indtil 200,000 Mand, som bekvemtest bør gaa gennem Rusland, ikke gennem Tyskland og Ungarn, men i saa Fald maa Paven skaffe Fred mellem Danmark og Polen og opfylde Norges Krav m. m.

Cristiernus . . . Infrascriptarum institutionum tenoribus Paulus episcopus Bergensis in regno nostro Norvegie debet nomine nostro ad proposita per ipsum nobis sub credentia pro parte summi pontificis in materia Theucrorum respondere. Primo, quod laudamus (*Dipl. Norv. XVII, 1027—29; Reg. 4021*). Datum die 22. nov. in castro nostro Stocholmensi regni nostri Svecie anno etc. 57 sub Marcelli episcopi Scalholtensis, propter recessum nostri sigilli, episcopali secreto.

Afskrift i [»Marcellus' Kopibog« og derefter i] Barth. B, 168—71.

2113.

26. Nov. 1457.

Kong Christiern udtaler overfor Paven sin dybe Sorg over Tyrkernes Fremtrængen og meddeler ham, at han har givet Paulus Justinianus Fuldmagt til at forhandle med ham om dette Spørgsmaal samt om Trondhjem Ærkestol og den tyske Orden.

. . . . Calisto . . s. Romane et universalis ecclesie summo pontifici Cristiernus regnorum Dacie Norvegie etc. . . . Etsi . . , quantus sit sollicitudini vestre optatus pervigil (*Dipl. Norv. XVII, 1030—31; Reg. 4023*). Datum in castro meo Stocholmensi regni mei Svecie die 26. mensis nov. anno etc. 57 meo sub regali secreto.

Afskrift i [»Marcellus' Kopibog« og derefter i] Barth. B, 147—49.

2114.

27. Nov. 1457.

Biskop Marcellus i Skalholt meddeler Kardinal Prosper Colonna, at alene han og Ærkebiskop Jöns Bengtson Oxenstierna i Upsala stemte for at anerkende Paulus Justinianus som Biskop i Bergen og fik overtalt det øvrige Raad og Kongen, og anbefaler sig derfor til Kardinalens Velvilje.

Ad cardinalem de Columpna ex parte Marcelli Scalholtensis episcopi in causa Bergensis ecclesie Tandem fuerat . . contradictionum anfractus (*Dipl. Norv. XVII, 1031—32; Reg. 4024*). Scriptum in castro Stocholmensi regni Svecie die 27. nov. [1457].

Afskrift i [»Marcellus' Kopibog« og derefter i] Barth. B, 164 f.

2115.

29. Nov. 1457.

Biskop Marcellus takker Kardinal Æneas (Sylvius Piccolomini) for hans Brev, minder om deres gamle Venskab i Frankfurt og anbefaler sig til hans Velvilje.

Epistola ad Eneam, cardinalem Senensem, jam papam Pium II¹⁾, Marcelli Scalholtensis. Quid effar (*Dipl. Norv. XVII, 1032—34; Reg. 4025*). Scriptum ex castro Stocholmensi Svecie anno 1457 3. kal. dec.

Afskrift i [Marcellus' Kopibog^o og derefter i] Barth. B, 165—67.

2116.

1. Dec. 1457.

Paven befaler Biskoppen og Provsten i Roskilde at reformere Skovkloster, hvorfra nogle Munke havde klaget til Paven over, at Klostertugten var i Forfald.

Episcopo Roskildensi et preposito ecclesie Roskildensis. Ad monasteriorum et aliorum religiosorum locorum [etc.]. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Johannis Vlani [ϝ: Olavi], Johannis Johannis, Jacobi Jacobi et Henyngi ac nonnullorum aliorum monachorum monasterii Schovocloster ordinis s. Benedicti Roskildensis diocesis petitio continebat, quod, licet ipsi in eodem monasterio dictum ordinem expresse professi existant, tamen inibi quietis animis et sanis conscientiis remanere non possunt, nisi in ipso monasterio, in quo nulla regularis observantia viget, reformatio facta fuerit. Quare pro parte predicatorum, asserentium, quod ipsi ex magno devotionis fervore in monasterio huiusmodi, in quo dictam emisissent professionem, sub eadem regulari observantia vivere et altissimo perpetuo famulari divinumque cultum juxta eorum possibilitatem augmentare proponunt, nobis fuit supplicatum, ut dictum monasterium reformari mandare et alias super premissis providere dignaremur. Nos igitur discretioni vestre mandamus, quatenus vos, ad prefatum monasterium personaliter accedentes et pre oculis solum deum habentes, monasterium ipsum auctoritate nostra visitare curetis. Nos enim vobis monasterium ipsum visitandi et in eo reformationis officium juxta sanctiones canonicas et prefati ordinis regularia instituta exercendi aliaque omnia, que ad prefati monasterii ac personarum in eo degentium salutem et commodum ac religionis et prefati cultus conservationem et augmentum necnon morum, vite et honestatis regularis ampliationem necessaria fuerint seu etiam oportuna, faciendi et exequendi ac contradictores quoslibet et rebelles per censuram ecclesiasticam et alia juris remedia auctoritate apostolica compescendi plenam

¹⁾ Brevet er altsaa først indført i Kopibogen efter Pius II's Tronbestigelse.

tenore presentium concedimus facultatem. Datum Rome kal. dec. anno 3.

P. gratis de mandato. de Varris.

Reg. Lat 521 fol. 213 v.

2117.

16. Febr. 1458.

Paven udnævner Ejler Timmesen (Rosenkrantz), som i Forvejen var postuleret af Kantoren og Kapitlet i Viborg, til Provst dør, skønt han kun er 19 Aar, og giver ham Dispensation til at vente med at lade sig indvie til de højere Grader, til han har naaet den kanoniske Alder.

Elero Tymonis preposito ecclesie Vibergensis. Nobilitas generis, vite ac morum honestas [etc.]. Dudum siquidem omnes dignitates in cathedralibus ecclesiis maiores post pontificales . . dispositioni nostre reservavimus . . Cum itaque postmodum prepositura ecclesie Vibergensis, que inibi dignitas maior post pontificalem existit, ex eo, quod Johannes Pabe prepositura predicta, quam tunc obtinebat, suis culpis et demeritis exigentibus, ordinaria auctoritate privatus fuit, vacet ad presens . . . , nos, qui dudum voluimus, quod in quibuscunque beneficialibus impetrationibus a nobis obtinendis non obstantie beneficiales impetrantium exprimerentur, et quecunque super huiusmodi impetrationibus sine expressione dictarum non obstantiarum pretextu impetrande fortassis concessionis, quod non obstantie huiusmodi pro expressis haberentur, expediende littere nullius essent roboris vel momenti, volentes tibi, qui in decimo nono vel circa dicte etatis anno constitutus et ex utroque parente de militari genere procreatus existis et ad ipsam preposituram sic vacantem post cessionem factam per Hartuicum Yuari clericum dicte diocesis, per cantorem et capitulum dicte ecclesie in illius prepositum concorditer electum, per ipsos cantorem et capitulum in prepositum postulatus fuisti, et pro quo cantor et capitulum predicti nobis super hoc supplicarunt, specialem gratiam facere, necnon postulationem et omnia inde secuta rata et grata habentes illaque confirmantes, preposituram predictam, ad quam consuevit quis per electionem assumi, et cui cura im[m]inet animarum [fructus 4 mr.] . . . tibi conferimus et de illa etiam providemus . . . , et nichilominus Vrbenetano, Arusiensi et Ripensi episcopis mandamus, quatenus . . . te . . . in corporalem possessionem prepositure predictae auctoritate nostra inducant, non obstante quod ad obtinendam dictam preposituram etatis premisse defectum pateris in illius anno constitutus, ut prefertur. Nos enim tecum, ut preposituram ipsam exnunc recipere et retinere libere valeas, quodque illius

ratione ad aliquos sacros et subdiaconatus ordines, quousque ad etatem legitimam perveneris, te promoveri facere minime tenearis . . . , tenore presentium . . dispensamus Datum Rome 14. kal. martii anno 3.

LX.

Reg. Vat. 451 fol. 184 v.

2118.

Febr. 1458.

Kong Christiern beder Paven om at tillade, at den affældige Biskop i Linköping faar en Kannik fra Upsala (Kettil Karlsson Vasa) til Koadjutor, og reservere Besættelsen af Bispestolen; han henviser iøvrigt til de Oplysninger, som Kardinal Prosper Colonna vil give.

. . Calisto . . s. [Romane] et universalis ecclesie summo pontifici Cristiernus Dacie Norvegie etc. . . . Suscepto primo tempore regni a me Svecie regali regimine (*Script. rer. Dan. VIII, 379—80; Reg. 4039*). Datum etc. [c: 1458 mensis febr.].

Afskrift i [»Marcellus' Kopibog« og derefter i] Barth. B, 150—151.

2119.

Febr. 1458.

Kong Christiern meddeler Kardinal Prosper (Colonna), at han har underlagt sig Sverige og erklæret Polen Krig for at beskytte den tyske Orden, og beder Kardinalen yde sin Bistand til, at Biskop Nicolaus i Linköping, der er affældig, faar en Koadjutor.

Cristiernus . . . principi illustri P. . . ss. Romane ecclesie tituli s. Georgii ad aureum vellus diacono cardinali, consanguineo et amico optatissimo. Relatibus adventantium (*Script. rer. Dan. VIII, 383—84; Reg. 4040*). Datum etc. [c: 1458 febr.].

Afskrift i [»Marcellus' Kopibog« og derefter i] Barth. B, 157—158.

2120.

7. Marts 1458.

Paven befaler Ærkebiskoppen i Lund at give Ridderen Trud Pedersen (Galen) til Alverslev og Beate Iversdatter (Thott) Tilladelse til at indgaa Ægteskab, skønt de er beslægtede i 4de Grad.

Episcopo (!) Lundensi. Oblate nobis (*Dipl. dioc. Lund. III, 388—89*). Datum Rome non. martii anno 3.

P. XVI. de Varris.

Reg. Lat. 529 fol. 70. Ogsaa Supplik (Fiat. A) i Suppl. 500 fol. 203. (Trykt *Dipl. dioc. Lund. III, 387—88*).

2121.

10. Marts 1458.

Paven reserverer Kanonikat og Præbende i Hildesheim for Provsten Didrik Calve i Ejdersted.

Theoderico de Caluis, preposito Eyderstudensi (!) in ecclesia Slesvicensi, licentiato in decretis. Litterarum scientia, vite ac

morum honestas [etc.]. Cum itaque canonicatus et prebenda ecclesie Hildesemensis . . . vacare sperentur, nos, volentes tibi, qui in decretis cum rigore examinis licentiatus fuisti et in Romana curia causarum procurator existis, gratiam facere specialem, motu proprio canonicatum et prebendam predictos conferendos tibi donationi apostolice reservamus. Datum Rome 6. id. martii anno 3.

Simili modo episcopo Vrbenetano et cantori ecclesie Lubicensis ac officiali Hildesemensi.

—
X X.

Reg. Vat. 452 fol. 39.

2122.

16. Marts 1458.

Klerken Burchardus Idzehude fra Lübeck Stift faar Kanonikat og Præbende i Haderslev.

Supplicat Borghardus Idzchude clericus Lubicensis diocesis, quatenus sibi de canonicatu et prebenda collegiate ecclesie Hadersleuensis Slesvicensis diocesis [fructus 4 mr.], per obitum Johannis Wilmeri vacantibus, dignemini providere. Fiat. A. Datum Rome 17. kal. aprilis anno 3.

Suppl. 500 fol. 193 v.

2123.

29. April 1458.

Paven giver Aflad til dem, der paa bestemte Dage besøger Kirken i Peterstorp paa Femern, hvor mange af de i Erik af Pommerns Krige faldne laa begravede; Brevet skal gælde for 22 Aar.

Universis Christi fidelibus etc. Licet is etc. Cum itaque provincia Ymbrie Ottoniensis diocesis per quondam Ericum Dacie Norvegie et Svecie regem penitus devastata ac omnibus clenodiis ecclesiasticis spoliata extiterit, ac plures ad ecclesias pro emunitate ecclesiastica consequenda confugientes exinde violenter ejecti [et] eiusdem regis imperio inhumaniter interempti extiterint, et eorum corpora inhumata atque dispersa remanserint in maximum christiane religionis obprobrium, nos, ut eo libentius pro salute animarum interemptorum eorundem Christi fideles ipsi orationes effundant et ad alia pietatis officia invitentur . . ., omnibus vere penitentibus et confessis, qui parrochiam ecclesiam in Peterstorp, ad quam inter alias fideles ipsi confugiunt, in annuntiationis et visitationis b. Marie virginis et s. Nicolai confessoris festivitibus devote visitaverint annuatim ac pro animarum earundem salute altissimo exoraverint . . ., quinque annos et totidem quadragenas de injunctis eis penitentiis relaxamus,

presentibus post viginti duos annos minime valituris. Volumus autem [etc. som Nr. 860]. Datum Rome 3. kal. maji anno 4.

P. XXX. de Varris.

Reg. Lat. 524 fol. 74.

2124.

13. Maj 1458.

Kong Christiern beder Paven stadfæste Øsel Domkapitels Valg af en Biskop og betoner, at Øsel staar under de danske Kongers Beskyttelse.

. . . Calisto . . s. Romane et universalis ecclesie summo pontifici Cristiernus regnorum Dacie etc. . . Non pigebit (*Script. rer. Dan. VIII, 396—97; Reg. 4044*). Datum in castro meo Stocholmensi regni mei Svecie 3. id. maji anno 1458 nostro sub regali secreto.

Afskrift i [»Marcellus' Kopibog« og derefter i] Barth. B, 180—81.

2125.

[13. Maj 1458.]

Kong Christiern skriver til Kardinal Prosper Colonna i samme Anledning og anbefaler sine og Øsel Domkapitels Udsendinge, især sin Kapellan, Provsten paa Øsel, der desuden skal forhandle om visse hemmelige Anliggender med Paven.

. . . Illustri principi P. s. Romane ecclesie . . tituli s. Georgii ad aureum vellus diacono cardinali, consanguineo et amico nostro optatissimo . . Vacante pridem Oxiliensi ecclesia (*Script. rer. Dan. VIII, 397—98; Reg. 4046*). Datum in castro nostro Stocholmensi.

Afskrift i [»Marcellus' Kopibog« og derefter i] Barth. B, 181—82.

2126.

13. Maj 1458.

Kong Christiern sender med sin Kapellan, Provsten paa Øsel, et Brev til sin Prokurator i Rom, Paulus Justinianus om Bekræftelse af Bispevalget paa Øsel, om Drabet paa Biskop Thorlav i Bergen og om at opnaa et paveligt Skriverembede for sin Kapellan Daniel Kepken, og befaler Paulus at søge Kardinal Prosper Colonnas Hjælp.

Cristiernus . . regnorum Dacie etc. Paulo episcopo Bergensi, in Romana curia procuratori nostro. Lator presentium (*Dipl. Norv. XVII, 1036—37; Reg. 4045*). Datum in castro nostro Stocholmensi regni nostri Svecie die 13. mensis maji anno 58 nostro sub regali secreto.

Afskrift i [»Marcellus' Kopibog« og derefter i] Barth. B, 187 f.

2127.

14. Maj 1458.

Kong Christiern beklager overfor Paven Tyrkernes Fremgang, men meddeler, at han ikke kan sende Hjælp, da hans Riger stadig angribes af Tatarer, Russere og Preussere. Heller ikke kan han sende Gesandter til Korstogskongressen, da han har modtaget Pavens Brev for sent.

Ad papam in causa Turchorum excusatoria super [non] comparitione diete 1458 14. maji. Cristiernus etc. Cogitanti michi (*Dipl. Norv. XVII, 1034—36; Reg. 4047*).

Afskrift i [»Marcellus' Kopibog« og derefter i] Barth. B, 196 f.

2128.

3. Juni 1458.

Kong Christiern meddeler Paven, at Biskop Nicolaus (König) i Linköping er død, at Kapitlet enstemmigt har valgt Koadjutoren (Kettil Karlsson Vasa) til Biskop, og at denne nu er i Rom for at opnaa Stadfæstelse af Valget; Kongen beder om, at Paven vil providere Kettil Karlsson med Bispedømmet, skønt han ikke har naaet den kanoniske Alder.

. . . Calisto . . s. Romane et universalis ecclesie summo pontifici Cristiernus . . regnorum Dacie etc. Cum deceat regiam dignitatem (*Script. rer. Dan. VIII, 398—99; Reg. 4050*). Datum in castro meo Copenhagen regni mei Dacie anno etc. 1458 die 3. junii meo sub regali secreto.

Afskrift i [»Marcellus' Kopibog« og derefter i] Barth. B, 182—84.

2129.

7. Juni 1458.

Paven udnævner Kanniken i Trondhjem Oluf Trondsen til Ærkebiskop sammesteds, efter at Henrik Kalteisen har nedlagt sit Embede ved sin Prokurator Dominikanermunken Poul Helgesen fra Roskilde.

Olauo electo Nidrosiensi. Apostolatus officium (*Dipl. Norv. XVII, 512—14*). Datum Rome 7. id. junii anno 4.

Simili modo Capitulo ecclesie Nidrosiensis.

Clero civitatis et diocesis Nidrosiensis.

Populo — — — —

Universis vasallis ecclesie —

Regi Norvegie.

P. XXII. XI. XI. XI. XI. XI. de Varris.

Reg. Lat. 534 A fol. 97.

2130.

8. Juni 1458.

Paven befaler sin Kollektor Marinus de Fregeno at indbetale Udbyttet af sin Indsamling til Huset Pangrotiner i Nürnberg paa Huset Medicis Vegne og selv begive sig til Rom.

Dilecte fili! Sinistras et malas informationes per personas dignas fide habuimus de te et commissione, quam prosecutus es et prosequeris; ob quas non parum contra te commoti fuimus, cum te non lateat nos ad eas partes te destinasse, ubi legati nostri s. Angeli legatio non se extendebat, et in talibus partibus ut taliter te haberes, quod ad honorem nostrum et sedis apo-

stolice utilitatemque sancte amprisie contra Turchum cederet; quod contrarium fecisse videris, nec [de]¹⁾ defectu, quem fecisti, nunquam (!) nobis scripsisti nisi nunc novissime secretario nostro Michaeli Ferrarii, cui etiam nescimus quid excusationis in purgationem tuam allegas. Nos, quamquam, ut diximus, sinistras informationes de te habeamus, tamen libenter te audiemus, et placebit nobis falsa de te fuisse nuntiata, eritque non mediocri purgatio tua, si fructum et utilitatem, ut scripsisti, ex tua commissione sentimus, quamvis minor sit, quam facultas, quam habuisti, requirat. Itaque, cum ad classem nostram orientalem, que non parum in illis partibus est necessaria, impresentiarum subsidium bonum mittamus et continue mittere oporteat, accepimus a Petro et Johanne de Medicis et sociis mercatoribus nostre Romane curie summam 6000 duc. eiusque [c: eisque] consignavimus pecunias per te collectas et colligendas, que, ut scripsisti, apud personas fide et facultatibus idoneas juxta commissionem nostram sunt deposite. Facias igitur, ut mercatoribus prefatis, hoc est Conrado Pangrotiner et sociis de Norimberg pro eis, prefate pecunie et alie, quascunque habere poteris, illico et sine difficultate tradantur; in quo ita diligenter te habeas, ut, que de te audivimus, non vera fuisse intelligantur, et te commendare valeamus; et de prefatis pecuniis Conrado Pangrotiner et sociis de Norimberg assignatis fieri facias duas quitantias, quarum alteram tibi retineas, alteram ad nos mittas. Preterea, quoniam cupimus de multis partium ipsarum fieri certiores et credamus (!) te plenam notitiam habere, volumus, ut collectis et consignatis pecuniis prefatis et aliis, quas poteris, illico te ad nos personaliter conferas. Datum 8. junii 1458.

Marino de Fregeno nuntio et collectori apostolico.

Arm. 39 vol. 7 fol. 173.

2131.

8. Juni 1458.

Paven anmoder om, at Pengene fra Marinus de Fregenos Indsamling maa blive indbetalte til Huset Pangrotiner i Nürnberg²⁾.

Dilecti filii! Cum prosecutionem sanctissime cruciate contra perfidum Turchum hactenus humeris nostris sustinuerimus et sustinere etiam, quamdiu vixerimus, usque ad sanguinis effusionem proponamus, oportet nos subsidia undique conquirere. Itaque devotiones vestras hortamur, ut pecunias per Marinum

¹⁾ add. Gz.

²⁾ Fuerunt expedita tria sub hac forma.

[de] Fregeno nuntium nostrum in partibus ipsis collectas et apud vos depositas consignetis illico et sine aliqua difficultate Conrado Pangrotiner et sociis de Norimberg, quoniam de eis sumus hic bene securi. In quo ita diligenter vos habeatis, ut de prompta obedientia et devotione valeatis a nobis commendari; nam necessitates nostre ob amprisiam huiusmodi sunt maxime. Tenemus enim in partibus orientalibus classem satis magnam, subvenimus Scanderbecho et aliis terris et locis, ne a perfidis Turchis damnis afficiantur. Circa aliud quia nostre cogitationes non magis versantur, quam ut perfidum Turchum exterminare et perdere possimus, ob quod habemus jam apud nos plurimorum principum christianorum oratores, cum quibus de huiusmodi prosecutione tractamus, speramus, quod talis mari terraque parabitur potentia, quod deo auxiliante de nefanda secta Turcorum victoriam reportabimus gloriosam. De pecuniis huiusmodi per vos assignandis dictis mercatoribus mittatis ad nos quitantiam. Datum 8. junii [1458].

Arm. 39 vol. 7 fol. 173 v.

2132.

25. Juni 1458.

Paven giver Kong Erik »af Norge« Tilladelse til at vælge en Skriftefader, der kan give ham Aflad i Lødsøjeblikket.

Erico Norvegie regi. Devotionis tue (*Dipl. Norv. XVII, 516*). Datum Rome 7. kal. julii anno 4.

P. de Varris.

Reg. Lat. 534 A fol. 243.

2133.

1. Juli 1458.

Paven befaler Ærkedegnen i Ribe at overdrage Sognepræsten Birger Jensen i Helsingborg Kanonikat og Præbende i Roskilde, som Birgerus Magni har resigneret ved sin Prokurator Henricus Gherwen, Kannik i Lübeck.

Archidiacono ecclesie Ripensis. Dignum arbitramur (*Dipl. dioc. Lund. III, 395—96*). Datum Rome kal. julii anno 4.

Pe. XXII. 12. kal. aug. anno 4. de Varris.

Reg. Lat. 534 A fol. 36 v.

2134.

13. Juli 1458.

Paven giver Ridderen Claus Rønnow, Hovedsmand i Nyborg, og hans Hustru Birgitte (Christiernsdatter Vasa) Tilladelse til at have Rejscaalter og lade læse Messe, ogsaa før Daggry.

Nobili viro Nicolao Ronnow militi, domino loci de Nyborgh Ottoniensis diocesis, et nobili mulieri Bricide eius uxori. Sin-

cere [etc.], etiam antequam illucescat dies, circa tamen diurnam lucem etc. Datum Rome 3. id. julii anno 4.

P. XXIII. de Varris.

Reg. Lat. 534 A fol. 217 v.

2135.**2. Aug. 1458.**

Kong Christiern beklager sig overfor Paven over, at denne trods sit Løfte uden at spørge Kongen har udnævnt Dominikanermunken Paulus til Biskop i Hole med Samtykke af Kongens Prokurator Paulus Justinianus; han beder Paven om ikke altid at høre denne, med mindre han kan vise Breve fra Kongen.

Ad papam Calistum in causa Holensis ecclesie . . . Christiernus etc. Priore tempore (*Dipl. Norv. XVII, 1037—38; Reg. 4051*). Datum Hafnis etc. [c: 1458 2. aug.].

Afskrift i [»Marcellus' Kopibog« og derefter i] Barth. B, 193 f.

PIUS II

valgt 19. Aug. 1458, viet 3. Sept. 1458, død 15. Aug. 1464.

2136.

23. Aug. 1458.

Kong Christiern takker Kardinal Prosper Colonna for hans Brev af 17. Juni, omtaler, at han har anbefalet sin Kapellan Joakim Trolle til Kardinalen, og beklager sig over, at Paulus Justinianus havde indstillet en engelsk Dominikanermunk Paulus til at opnaa Hole Bispedømme, hvilket Kongen ikke havde givet ham Ret til; han erklærer, at han ikke vil finde sig deri, da Paulus er en berøgtet Sørøver, og det er altfor farligt at lade Englænderne faa Indpas paa Island, og beder Kardinalen om at modvirke Paulus' Udnævnelse.

Ad cardinalem de Columpna in causa Holensis ecclesie . . . Cristiernus etc. . . . Clausis pridem nostris apicibus (*Dipl. Norv. XVII, 1039—40; Reg. 4052*). Datum in Hafnensi castro die 23. mensis aug. anno etc. 58.

Afskrift i [»Marcellus' Kopibog« og derefter i] Barth. B, 194 f.

2137.

3. Sept. 1458—15. Aug. 1464.

Ripensis. Andreas Thome dispensatio ad futuram.

Uddrag i Indice 328 efter Reg. Lat. Pii II anno 2 lib. 7 (tabt) fol. 93.

2138.

3. Sept. 1458.

Paven befaler sin Kapellan og Auditør Magister Petrus de Valle at overdrage Lübeckerkanniken Henricus Gherwen Ærkedegneembedet i Dardesheim ved Halberstadt, som Albert Krummedige havde resigneret ved Kurien.

Magistro Petro de Valle, capellano nostro et causarum palatii apostolici auditori. Rationi congruit etc. Dudum siquidem pro parte Alberti Crummeduck canonici ecclesie Lubicensis Calisto pape III exposito, quod olim, archidiaconatu in Dardesem in maiori ecclesia Halberstadensi, quem bone memorie Brochardus episcopus Halberstadensis tempore promotionis de persona sua

ad dictam ecclesiam Halberstadensem per sedem apostolicam facte obtinebat, per promotionem huiusmodi et munus consecrationis eidem episcopo de mandato dicte sedis impensum vacante, de eodem archidiaconatu Warnero Cloden preposito ecclesie s. Bonifacii etiam Halberstadensis primo, et deinde, cum ipse Wernerus, dicti archidiaconatus possessione per eum non habita, prepositura[m] ipsius ecclesie s. Bonifacii tunc vacantem auctoritate apostolica sibi collatam pacifice assecutus fuisset, et propterea dictus archidiaconatus per assecutionem prepositure huiusmodi vacare nosceretur, de illo Hermanno Pylverling cellerario dicte maioris ecclesie eadem fuerat auctoritate provisum, orta que postmodum inter dictum Hermannum et quondam Henningum Storbeken canonicum dicte maioris ecclesie super archidiaconatu predicto materia questionis, Nicolaus papa V causam huiusmodi, non obstante quod de sui natura ad predictam curiam legitime devoluta et apud eam tractanda et finienda non esset, tibi ad instantiam dicti Hermanni audiendam commiserat et fine debito terminandam, ac subjuncto, quod, postquam tu in eadem causa ad nonnullos actus citra tamen conclusionem processeras, lite huiusmodi sic indecisa pendente, Hermannus cellerariam predictae maioris ecclesie tunc vacantem, et que cum dicto archidiaconatu canonicè obtineri non potest, predicta auctoritate sibi collatam extiterat pacifice assecutus, Henningus vero predicti extra dictam curiam extiterat vita functus, cum archidiaconatus ipse adhuc per assecutionem cellerarie huiusmodi vacare nosceretur, idem Calistus predecessor causam huiusmodi ad se per suas litteras advocavit et litem huiusmodi penitus extinxit ipsique Alberto de dicto archidiaconatu . . . gratiose mandaverat provideri, prout in eisdem Calisti litteris plenius continetur. Postmodum vero, ipsi Calisto pro parte Henrici Gherwen canonici dicte ecclesie Lubicensis exposito, quod orta [esset]¹⁾ inter Albertum predictum et Johannem Qauvten canonici [c: -cum] dicte maioris ecclesie super dicto archidiaconatu materia questionis, idem Calistus causam huiusmodi, non obstante quod ad dictam curiam legitime devoluta et apud eam de juris necessitate tractanda et finienda non esset, tibi de novo ad instantiam dicti Alberti audiendam commiserat et fine debito terminandam, tuque in ea ad nonnullos actus citra tamen conclusionem inter partes ipsas dicebaris pro-

¹⁾ add. Gz.

cessisse. Cum autem prefatus Albertus, lite huiusmodi sic coram te indecisa pendente, per Johannem Nicolai de Fleruco rectorem parochialis ecclesie de Fleruco Leodiensis diocesis, a dicto Henrico procuratore ad hoc ab eodem Alberto specialiter constituto . . . legitime substitutum procuratorem, liti et cause huiusmodi et omni juri sibi in dicto archidiaconatu quomodolibet competenti in manibus dicti Calisti, die videlicet 4. non. julii anno 4, sponte cessisset, ac ipse Calistus cessionem huiusmodi duxisset admittendam, dictus Calistus dicto die tibi voluit dari in mandatis, quatinus eidem Henrico de canonicatu [c: archidiaconatu] dicte maioris ecclesie, per cuius dumtaxat canonicos archidiaconatus ipse gubernari consueverat, auctoritate predicta provideres, prebendam vero ipsius maioris ecclesie . . . , si qua vacabat tunc aut cum vacaret, quam ipse Henricus . . . acceptaret, conferendam ipsi Henrico . . . donationi apostolice auctoritate predicta reservares, necnon eundem Henricum, dummodo in ipso archidiaconatu intrusus non foret, in omni jure, si quod dicto Alberto tempore cessionis huiusmodi in eodem archidiaconatu quomodolibet competere poterat, auctoritate predicta surrogares dictumque jus sibi conferres et provideres etiam de eodem . . . , et nichilominus prebendam huiusmodi, quam reservares, si vacabat aut cum vacaret, ut prefertur, eidem Henrico post acceptationem huiusmodi necnon archidiaconatum predictum [fructus 6 mr.] prefato Henrico auctoritate predicta conferres Ne autem de cessione et admissione necnon voluntate huiusmodi pro eo, quod super illis dicti Calisti predecessoris littere eius superveniente obitu confecte non fuerant, hesitetur, ipseque Henricus illarum frustretur effectum, volentes et auctoritate predicta decernentes, quod presentes littere ad probandum plene cessionem [et] voluntatem Calisti predecessoris huiusmodi ubique sufficiant . . . , quodque eodem voluntas et concessio perinde a dicta die 4. non. julii suum sortiantur effectum, ac si super illis predicti Calisti predecessoris littere sub eiusdem diei data confecte fuissent, prout superius enarratur, discretioni tue mandamus, quatenus prefato Henrico, dummodo in dicto archidiaconatu intrusus non fuerit, de canonicatu dicte maioris ecclesie auctoritate predicta provideas . . . , necnon eundem, pro quo etiam in eadem ecclesia unam ex vacaturis prebendis huiusmodi conferendam sibi, cum vacaverit, reservare intendimus, in omni jure, si quod prefato Alberto tempore cessionis huiusmodi in eodem archidiaconatu quomodolibet competere poterat, dicta

auctoritate surroges predictumque jus sibi conferas , et nichilominus archidiaconatum predictum, dummodo tempore date dicte diei non sit in eo alicui speciali-ter jus quesitum . . . , prefato Henrico eadem auctoritate conferas Datum Rome 3. non. sept. anno 1.

P. XXX. 3. kal. febr. anno 1. de Varris.

Reg. Lat. 535 fol. 205.

2139.

8. Sept. 1458.

Slesvigkanniken Johannes Lindeman faar, skønt han forud har adskillige andre (tyske) Embeder, et evigt Vikariat i Hildesheim, som allerede var lovet ham af Calixtus III.

Alias canonicatu et prebenda ecclesie s. Andree Hildesemensis per obitum Hermanni Dorscop vacantibus, Johannes Lindeman canonicus ecclesie Slesvicensis illos vigore sue gratie expectative per Calistum papam III sibi concesse infra tempus legitimum acceptavit et de illis sibi fecit provideri, illorum possessione non subsecuta. Dubitat tamen idem Johannes acceptationem et provisionem predictas viribus non subsistere. Supplicat igitur idem Johannes, qui etiam litterarum apostolicarum abbreviator existit, quatenus sibi de dictis canonicatu et prebenda [fructus 4 mr.] . . . de novo dignemini providere, non obstantibus canonicatu et prebenda dicte ecclesie, quos possidet [fructus similiter 4 mr.], ac canonicatu et prebenda ecclesie s. Cassii Bunensis [fructus 8 mr.] necnon quadam cappella castri Horneborch [fructus 5 mr.] Coloniensis et Halberstadensis diocesum, quos non possidet et de quibus auctoritate apostolica sibi successive provisum extitit, ac etiam quadam alia perpetua vicaria in eadem ecclesia Hildesemensi [fructus similiter 5 mr.], super qua idem Johannes causam contra certum eius adversarium in Romana curia committi fecit, dicto adversario nondum in causa vocato, renuntiatque idem Johannes omni juri sibi ad eandem vicariam [fructus 5 mr.] quomodolibet competenti necnon liti et cause, petens eandem renuntiationem cum opportuna liti extinctione admitti, non obstante etiam quadam alia perpetua vicaria in eadem ecclesia Hildesemensi [fructus 8 mr.], quam similiter non possidet, et super qua causam in eadem curia committi etiam fecit. Concessum. R. Valentinus. Datum Rome apud s. Mariam Maiorem 6. id. sept. anno 1.

Suppl. 503 fol. 8.

2140.

12. Sept. 1458.

Paven befaler sin Kapellan og Auditor Magister Petrus de Valle at overdrage Slesvigkanniken Johannes Lindeman et evigt Vikariat i Hildesheim, hvorom han havde ført Proces ved Kurien med to forskellige¹).

Magistro Petro de Valle cappellano nostro et causarum palatii apostolici auditori. Vite ac morum honestas [etc.]. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Johannis Lindeman canonici ecclesie Slesvicensis petitio continebat, quod, orta dudum inter ipsum et Johannem Hunoldi, qui se gerit pro clerico Hildesemensi, super perpetua vicaria in ecclesia Hildesemensi, quam tunc per obitum Hermanni Rotgberding vacantem Johannes Lindeman se quarundam litterarum sibi per Calistum papam III gratiose concessarum vigore, prout ex illarum forma poterat, infra tempus legitimum acceptasse et de illa sibi provideri fecisse dictumque Johannem Hunoldi se litteris necnon acceptationi et provisioni predictis contra justitiam opposuisse . . . , seque [c: eumque] eandem vicariam occupasse et detinuisse ac detinere indebite occupatam, Johannes Hunoldi vero predicti ipsam vicariam ad se de jure spectare asserebant, prout asserunt, materia questionis, prefatus predecessor causam huiusmodi, cum tunc partes ipse presentes in dicta curia existerent, tibi ad prefati Johannis Lindeman instantiam audiendam commisit et fine debito terminandam. Et deinde, Tymmone Wobeze clerico asserente sibi de dicta vicaria etiam apostolica fuisse auctoritate mandatum provideri ipsamque vicariam ad se spectare et propterea sua interesse, idem predecessor tibi commisit, quatenus dictum Tymmonem ad ipsam causam pro huiusmodi suo admitteres interesse, tuque in huiusmodi causa inter partes ipsas ad aliquos actus diceris processisse. Cum autem, lite huiusmodi sic coram te indecisa pendente, dictus Tymmo apud sedem apostolicam fuerit vita functus, nos, qui postmodum . . . ad summi apostolatus apicem . . . assumpti fuimus, [quique]²) omnibus causarum eiusdem palatii auditoribus commisimus, ut omnes coram eis pendentes causas, quas ex commissionibus predicti predecessoris audiebant, in eo statu, in quo tempore obitus eiusdem predecessoris coram eis indecise remanserant, auctoritate nostra resumerent illasque ulterius audirent et fine debito terminarent juxta tenores commissionum super hiis factarum eisdem . . . , discretioni tue man-

¹) Johannes Lindeman fik (3. Sept. 1458) ogsaa Provision paa St. Cassius Kirke i Bonn (Reg. Lat. 541 fol. 48). ²) add. Gz.

damus, quatenus eundem Johannem Lindeman, dummodo ipse in prefata vicaria intrusus non fuerit, in omni jure, si quod dicto Tymmoni tempore obitus sui in dicta vicaria quomodolibet competiit, auctoritate nostra surroges dictumque jus sibi conferas et provideas etiam de eodem ipsumque Johannem Lindeman ad huiusmodi jus ac eius necnon litis et cause prosecutionem et defensionem in eo statu, in quo prefatus Tymmo tempore obitus huiusmodi erat et, si viveret, posset et deberet admitti, admittas, ut est moris, et nichilominus vicariam predictam, que sine cura est [fructus 8 mr.], eidem Johanni Lindeman auctoritate nostra conferas . . . , non obstantibus, quod idem Johannes Lindeman canonicatum et prebendam Slesvicensis predictae [fructus 4 mr.] obtinet, et nos nuper sibi de canonicatu et prebenda s. Cassii Bunnensis ecclesiarum [fructus 8 mr.] gratiose providimus sibi que dudum de cappella sine cura sita in castro Horneborech Coloniensis et Halberstadensis diocesum, quam et dictos canonicatum et prebendam ecclesie s. Cassii non possidet [cuiusque fructus etiam 4 mr.], dicta fuit auctoritate provisum. Nos enim cessionem juris cuiuslibet, si quod eidem Johanni Lindeman in quibusvis aliis a premissis beneficiis quomodolibet competiit . . . , per ipsum Johannem Lindeman hodie in manibus nostris sponte factam admittimus per presentes . . . Datum Rome pridie id. sept. anno 1.

P. XX. 4. non. dec. anno 1. de Varris.

Reg. Lat. 585 fol. 297.

2141.

17. Okt. 1458.

Klerken Johannes Steen fra Bremen Stift faar et evigt Beneficium i Slesvig, skønt han forud fører Proces ved Kurien om Kantoriet i Ribe.

Supplicat Johannes Steen clericus Bremensis diocesis, quatenus sibi de perpetuo beneficio sito in ecclesia Slesvicensi, vacante per obitum Borchardi Idzehude in curia s. v. defuncti [fructus 3 mr.], sive premissis sive alias quovismodo sive per obitum Johannis Willemeyer vacet, providere dignemini, non obstante cantoria in ecclesia Ripensi, quam non possidet, super qua lis in vestro palatio causarum apostolico pendet indecisa. Fiat. E. Datum Rome 16. kal. nov. anno 1.

Suppl. 506 fol. 110 v.

2142.

19. Okt. 1458.

Klerken Mads Smalsted fra Børglum Stift, som vil gaa ind i Præmonstratenserordenen, faar Provstiet i Børglum.

Supplicat Mathias Smalstede clericus Burglanensis diocesis, qui ordinem canonicorum Premonstratensium profiteri intendit, quatenus sibi de prepositura ecclesie Burglanensis dicti ordinis sub regula ordinis s. Augustini degentis, que dignitas inibi maior post pontificalem, curata et electiva existit [fructus 4 mr.], per obitum Johannis Nicolai vacante, dignemini providere. Fiat. E. Datum Rome 14. kal. nov. anno 1.

Suppl. 506 fol. LXXX (100).

Burglanensis. Matthias Ginalstet (!) receptio in canonicum. Idem prepositura per obitum.

Uddrag i Indice 328 efter Reg. Lat. Pii II anno 1 lib. 4 (tabt) fol. 201.

2143.

4. Nov. 1458.

Klerken Wilhelmus Hemunshi fra Bremen Stift, som opholder sig ved Kurien, faar et Beneficium i Sognekirken i Hemelstorp i Ratzeburg Stift, skønt han forud har et evigt Vikariat i Sønderborg i Odense Stift.

Supplicat Willelmus Hemunshi clericus Bremensis diocesis, in curia s. v. presens, quatenus sibi de perpetuo sine cura beneficio ad altare s. Catherine situm in ecclesia parrochiali Hemelstorp Razeburgensis diocesis [fructus 3 mr.], per obitum Johannis Munter vacante, et quod tanto tempore vacabat, quod eius collatio juxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta est, dignemini providere gratiose, non obstante perpetua vicaria in parrochiali ecclesia Sunderburgensi Ottoniensis diocesis [fructus 4 mr.], quam obtinet. Fiat. E. Datum Rome pridie non. nov. anno 1.

Suppl. 507 fol. CLXI (181) v.

2144.

7. Nov. 1458.

Klerken Christoffer Jensen (Present) fra Roskilde Stift faar Provstiet i Upsala, skønt han forud har Kanonikater og Præbender i Lund, Roskilde og Aarhus og Sognekirkerne i Udby og Gimlinge i Roskilde Stift, hvilken sidste han dog vil opgive; Klerken Oluf Jakobsen fra Roskilde Stift faar Kanonikat og Præbende i Roskilde, og Klerken Henricus Munter fra Leiden Stift Kirken i Gimlinge.

Supplicat Cristoforus Johannis clericus Roskildensis diocesis, in artibus magister et de nobili genere ex utroque parente procreatus, quatenus sibi de prepositura ecclesie Vpsalensis [fructus 24 mr.], per obitum Birgeri Magni . . . vacet [ϝ: vacante], dignemini providere, non obstantibus canonicatibus et prebendis ecclesiarum videlicet Lundensis, Roskildensis et Arusiensis, quorum

nulla valorem fructus 3 mr. non (!) excedit, non obstantibus etiam parrochiali ecclesia in Vbii¹⁾ Roskildensis diocesis [fructus 8 mr.], super qua dictus orator in vestro sacro palatio apostolico unam diffinitivam sententiam, que in rem transivit iudicatam, reportavit, cuius tamen possessionem nondum habuit, necnon parrochiali ecclesia in Gymlingen eiusdem diocesis [fructus 3 mr.], quam dimittere est paratus . . ., similem gratiam facientes Olauo Jacobi clerico Roskildensis diocesis, nullum beneficium habenti, de canonicatu et prebenda dicte ecclesie Roskildensis [fructus 6 mr.] per mortem eiusdem vacantibus, item similem gratiam facientes Henrico Munter clerico Leodiensis diocesis, nullum beneficium obtinenti, [cui]²⁾ ecclesiam parrochiam in Gymlingen Roskildensis diocesis predicte, per dimissionem dicti Cristofori vacantem seu vacaturam, [fructus 3 mr.] conferre dignemini in omnibus ut supra. Fiat de omnibus. E. Datum Rome 7. id. nov. anno 1.

Suppl. 508 fol. 191 v.

2145.

15. Nov. 1458.

Kong Christiern og hans Kapellan Joakim Grubbe, tidligere postuleret Biskop i Bergen, der for Tiden er i Rom, faar bevilget Dispensation for de kirkelige Straffe, som denne maatte være hjemfalden til, fordi han uden at afvente Pavens Stadfæstelse havde taget Bispestolen i Besiddelse efter Biskop Thorlavs Drab og væbnet havde medvirket ved Stiftets Forsvar imod Sørøvere fra England og Bretagne samt under Krigen med Sverige deltaget i den med sine Svende. Joakim Grubbe faar tillige Tilladelse til at beholde de Beneficier, han har, og modtage nye.

Exponitur pro parte Joachim Grabbe (!) (*Dipl. Norv. XVII, 517—19*). Fiat. E. Datum Rome 17. kal. dec. anno 1.

Suppl. 509 fol. 45.

2146.

24. Nov. 1458.

Biskop Marcellus i Skalholt ønsker Pius II til Lykke med, at han er bleven Pave, og giver ham mange Formaninger og gode Raad.

Sanctissimo et beatissimo in Christo patri domino Pio etc. humilis capellanus s. v. Marcellus episcopus Schalotensis Cum tui decessoris obitum (*Dipl. Norv. XVII, 1040—42; Reg. 4059*). Datum Hafnis 8. kal. dec. anno etc. 58.

Afskrift i [»Marcellus' Kopibog« og derefter i] Barth. B, 199 f.

¹⁾ eller Vibii ²⁾ add. Gz.

2147.

28. Nov. 1458.

Paven stadfæster med visse Ændringer Calixtus III's Brev (Nr. 2087), hvorved denne havde givet sin Nuntius og Kollektor Marinus de Fregeno, Subdiakon fra Parma Stift, Ret til at bevilge visse Indulgenser.

Ad futuram rei memoriam. Olim Calistus papa III (*Dipl. Norv. XVII, 519—20*). Datum Rome 4. kal. dec. anno 1.

X

X

X.

Reg. Vat. 469 fol. 162.

2148.

Nov. 1458.

Kong Christiern anmoder Paven om, at hans Kansler, Kanniken Mogens (Krafse) i Lund, maa blive udnævnt til Koadjutor og senere til Eftermand for den gamle og svagelige Biskop Henneke (Ulfeld) i Odense, der selv i Rigsraadet havde ansøgt Kongen derom.

Ad papam Pium . . . Cristiernus etc. Quamquam . . . ecclesiarum omnium v. s. onus incumbit (*Dipl. dioc. Lund. III, 397—99; Reg. 4060*). Datum etc. anno 58 mensis nov.

Afskrift i [»Marcellus' Kopibog« og derefter i] Barth. B, 191—93.

2149.

Nov. 1458.

Kong Christiern beder Kardinal Prosper Colonna om at yde sin Medvirking til, at Mogens Krafse bliver Biskop Hennekes Koadjutor og senere Eftermand, under Henvisning til, at baade Biskoppen, Kapitlet, Gejstligheden og Folket i Odense ønsker dette.

Cristiernus etc. . . . Illustri principi P. . . tituli s. Georgii ad aureum vellus diacono cardinali, consanguineo et amico carissimo. Variis rerum diversarum nobis accusationibus (*Dipl. dioc. Lund. III, 399—400; Reg. 4061*). Datum in castro nostro Copenhagenen etc. anno 58 nov. mensis.

Afskrift i [»Marcellus' Kopibog« og derefter i] Barth. B, 190—91.

2150.

Nov. 1458.

Prioren og Kapitlet i Odense ansøger enstemmig Paven om, at Kongens Kansler, Lundekanniken Mogens Krafse, maa blive udnævnt til Koadjutor og senere Efterfølger for Biskop Henneke (Ulfeld) i Odense.

Sanctissimo etc. . . . Nos prior et capitulum ecclesie cathedralis Ottoniensis (*Dipl. dioc. Lund. III, 400—401; Reg. 4062*). Datum etc. anno 58 mensis nov.

Afskrift i [»Marcellus' Kopibog« og derefter i] Barth. B, 189—90.

2151.

Nov. 1458.

Kong Christiern minder Kardinalkollegiet om det Konkordat, der ved den nuværende Paves, Kejserens og hans Bistand var afsluttet mellem den tyske Nation og Paven (Bullen »Ad sacram Petri sedem«), beklager sig over, at Pave Calixtus alligevel har provideret Jodocus med Øsels Bispestol uden Hensyn til Kapitlets Valg, og beder Kollegiet virke for, at denne Udnævnelse bliver taget tilbage.

Cristiernus episcopis presbiteris et diaconibus, sacro collegio s. Romane ecclesie cardinalium . . . Meminimus (*Script. rer. Dan. VIII, 410—11; Reg. 4063*). Datum anno etc. 58 mensis nov.

Afskrift i [»Marcellus' Kopibog« og derefter i] Barth. B, 202—04.

2152.

1. Dec. 1458.

Biskop Marcellus i Skalholt skriver til Kardinal Prosper Colonna med Beklagelse af, at han ikke er bleven Pave, men Lykønskning, fordi han har undgaaet Besværlighederne ved Paveværdigheden.

Ex parte Marcelli ad cardinalem de Columpna Humilis capellanus magnitudinis vestre Marcellus episcopus Scalotensis . . . Pridem cum obitum Calisti pape (*Dipl. Norv. XVII, 1042—43; Reg. 4064*). Datum Hafnis anno etc. 58 kal. dec. sub sigillo etc.

Afskrift i [»Marcellus' Kopibog« og derefter i] Barth. B, 197 f.

2153.

16. Dec. 1458.

Paven overdrager Officialen i Slesvig at modtage Albert Krummediges Resignation af Ærkedegneembedet i Slesvig og Peder Nielsen (Lodehat)s af Provstiet i Harsyssel i Ribe Stift og lade dem bytte Embede.

Officiali Slesvicensi. Apostolice sedis circumspecta benignitas [etc. som Nr. 1480]. Cum Albertus Crumedick archidiaconatum, qui maior post pontificalem dignitas, et Petrus Nicolai¹⁾ preposituram ecclesie Ripensis in Herszuzel²⁾, que personatus existunt, quos inter cetera obtinent, desiderant invicem permutare, nos . . . discretioni tue mandamus, quatenus, si est ita, ab Alberto archidiaconatus et a Petro predictis prepositure predictorum resignationes, si eas in tuis manibus ex causa permutationis huiusmodi sponte facere voluerint, hac vice dumtaxat auctoritate nostra admittas eisque per te admissis archidiaconatum, ad quem quis per electionem assumitur, cuique et dicte prepositure cura imminet animarum [fructus 4 mr.], ac Petro [c: Petro ac] preposituram, ad quam quis per electionem non

¹⁾ II: decretorum bacalarius

²⁾ II: Hartezzusel

assumitur [fructus etiam 4 mr.], Alberto . . prefatis eadem auctoritate conferas Datum Rome 17. kal. jan. anno 1.

O. XXX. id. febr. anno 1. Pontanus.

Reg. Lat. 536 fol. 150; ogsaa (II) Supplik (Fiat. E.) i Suppl. 508 fol. 239.

2154.

18. Dec. 1458.

Paven udnævner sin Kammerherre, Provsten i Nürnberg Johannes Lochner, til sin Nuntius og Kommissær for at opkræve de Penge, som Marinus de Fregeno som Korstogskollektor i de nordiske Riger m. fl. Steder havde indsamlet, og giver ham Ordre til at deponere disse Penge hos Kammerets Depositær, Købmanden Antonius Conradi Pangortiner [Ϸ: Pangrotiner] i Nürnberg.

Johanni Lochner preposito ecclesie Neremburgensis(!), utriusque juris doctori, cubiculario et familiari ac nuntio et commissario nostro. Preclara fidelitas (*Dipl. Norv. XVII, 520—23*). Datum Rome 15. kal. jan. anno 1. *De curia.*

Reg. Vat. 469 fol. 267.

2155.

Dec. 1458 (?).¹⁾

Slesvigkanniken Johannes Lindeman faar udfærdiget et Brev (af 24. Nov. 1458) paa to Kanonikater og Præbender paany med Tilføjelse af, hvilke andre Embeder han besidder.

Reformatio.

Nuper s. v. Johanni Lyndeman canonico Slesvicensi, litterarum apostolicarum abbreviatori, de duobus canonicatibus sub expectatione totidem prebendarum sub data 8. kal. dec. anno 1 gratiam fecit expectativam desuper petitione consecuta, in qua de non obstantiis ipsius Johannis mentio per inadvertentiam facta non extitit. Dignetur igitur s. v. litteras apostolicas desuper expediendas cum expressione, quod dictus Johannes [som Nr. 2139]. Fiat. E.

Suppl. 509 fol. 61.

2156.

27. Febr. 1459.

Paven bevilger forskellige Ansøgninger fra Kong Christiern om 1) Udstedelse af Indulgenser paa visse kirkelige Festdage, 2) Absolution for dem, som har lagt voldsom Haand paa en Gejstlig uden at dræbe ham, 3) at Biskop Gunner i Oslo skal være Generalkollektor af Peterspengene i Provinsen Trondhjem, hvilket Calixtus III havde udnævnt ham til, 4) Tilladelse for Kongen, Dronning Dorothea og deres Børn til at vælge en Skriftefader.

Primo indulgentes indulgentiam (*Dipl. Norv. XVII, 524*). Fiat de omnibus. E. Datum Senis apud s. Mariam 3. kal. martii anno 1.

Suppl. 510 fol. 99 v.

¹⁾ Udateret; den følgende Supplik: Datum Rome 19. kal. jan. anno 1.

2157.

14. Marts 1459.

Paven udnævner efter Ansøgning af Biskop Henneke (Ulfeld) i Odense, Kongen og Kapitlet Kongens Kansler, Lundekanniken Mogens Kraffse, til Koadjutor i Odense.

Magno Kraffse canonico Lundensi, coadjutori et administratori in spiritualibus et temporalibus ecclesie Ottoniensi per sedem apostolicam deputato. Romani pontificis [etc.]. Sane pro parte Hennichini (*Dipl. dioc. Lund. III, 401—02*). Datum Senis pridie id. martii anno 1.

V

X

X

X

X.

Reg. Vat. 499 fol. 122.

2158.

15. Marts 1459.

Paven giver Lægmandene Peder Nielsen (Pil) til Skovsgaard og hans Søn Verner fra Odense Stift Tilladelse til at have Rejsealter.

De altaribus.

Petro Nicolai et Venero eius nato, laicis Ottoniensis diocesis. Devotionis vestre sinceritas etc. Datum Senis id. martii anno 1.

P. V. de Varris.

Reg. Lat. 548 B fol. 246.

2159.

9. April 1459.

Optegnelse om, at det pavelige Kammer modtager 6000 Gylden fra Marinus de Fregenos Indsamling i Tyskland og udbetaler dem til Firmaet Medici.

Introitus aprilis 1458.

Die 9. eiusdem mensis [9: aprilis] prefatus thesaurarius per manus Ambrosii ut supra ponit ad introitum fl. auri de camera 6000 pro totidem positus ad exitum die presenti in hoc libro, quos honorabiles viri Petrus et Johannes de Medicis et socii de Romana curia habuerunt in solutionem pro parte 10000 fl., quos ipsi concesserunt camere apostolice, et quos [Marinus de Fregeno] collector in partibus Alamanie per duas litteras cambii misit dicte camere de pecuniis sue collectorie . . .

fl. 6000.

Exitus aprilis 1458.

Die 9. prefatus thesaurarius de mandato et per manus ut supra ad exitum poni fecit summam fl. auri de camera 6000 pro totidem ad introitum positus, quos Marinus de Frigiano(!) col-

lector in Alamania de pecuniis dicte collectorie misit ad cameram apostolicam per banchum societatis de Medicis de Romana curia vigore duarum litterarum cambii eisdem de Medicis directarum, et quos ipsi de Medicis penes se retinuerunt in deductionem 10000 fl., per eos dicte camere concessorum, ut apparet, per mandatum factum die . . . fl. 6000.

Introitus et Exitus 440 fol. 42, 158; trykt Dipl. Norv. XVII, 1044.

2160.

19. April 1459.

Paven overdrager Kantoriet i Haderslev til Tymme Smalsted, skønt han forud har Kanonikat og Præbende sammesteds.

Thimotheo Smalstedhe cantori ecclesie b. Marie Hadhrsleuensis Slesvicensis diocesis. Nobilitas generis, vite ac morum honestas [etc.]. Dudum siquidem omnes dignitates in collegiatis ecclesiis principales tunc vacantes et inantea vacaturas dispositioni nostre reservavimus. Cum itaque postmodum cantoria ecclesie b. Marie Hadhrsleuensis Slesvicensis diocesis, que inibi dignitas principalis et per canonicum eiusdem ecclesie retineri solita est, quam Michael Ywari obtinebat, per obitum eiusdem Michaelis vacet, nos te, qui ex utroque parente de nobili genere procreatus ac presbiter et canonicus eiusdem ecclesie existis, gratioso favore prosequi volentes, cantoriam predictam, que sine cura est, et ad quam quis consuevit per electionem assumi [fructus 10 fl. auri de camera], tibi conferimus et de illa etiam providemus, non obstante quod canonicatum et prebendam dicte ecclesie [fructus 20 fl. similium] nosceris obtinere. Datum Senis 13. kal. maji anno 1.

Simili modo Feltrensi et Bergensi ac Arusiensi episcopis.

P. XII. X. 4. id. maji anno 1. de Varris.

Reg. Lat. 539 fol. 296.

2161.

22. Maj 1459.

Præsten Tymme Smalsted fra Slesvig Stift faar Sognekirken i Tavlov i Ribe Stift, skønt han forud har Kanonikat og Præbende i Haderslev.

Supplicat Thimoteus Smalstede presbiter Slesvicensis diocesis, de nobili genere ex utroque parente procreatus, quatenus sibi de parrochiali ecclesia loci de Tawelhog Ripensis diocesis [fructus 12 libr. Turon. parv.], per obitum Errici (!) Johannis vacante, non obstantibus canonicatu et prebenda ecclesie collegiate b. Marie virginis Hadersslef [fructus 16 libr. Turon. parv.] providere dignemini. Fiat. E. Datum Ferrarie 11. kal. junii anno 1.

Suppl. 511 fol. 8.

2162.**29. Maj 1459.**

Præsten Gregers Tygesen, som er Munk i Odense Kloster, faar ny Provision paa Prioratet der, som han allerede havde faaet af Calixtus III, men som var blevet gjort ham stridigt af Munken Bent Andersen.

Cum alias Gregorio Tukonis, presbitero ordinem s. Benedicti professo monasterii Ottoniensis, per Calistum papam III de prioratu ecclesie Ottoniensis, tunc vacante, qui inibi dignitas maior post pontificalem existit, gratiose fuerat provisum, nichilominus tamen quidam Benedictus Andree monachus dicti ordinis, qui asserit sibi per eundem Calistum fore de dicto prioratu etiam provisum, huius¹⁾ provisionis vigore prefatum Gregorium multipliciter molestavit et perturbavit super eodem [sic], quod pacificam dicti prioratus non potuit adipisci possessionem. Nunc vero dictus Benedictus Andree eundem prioratum in favorem alterius, ut fertur, resignavit sponte; supplicat igitur prefatus Gregorius Tukonis, quatenus, impetrationem et concessionem huiusmodi super dicto prioratu per predecessorem v. s. factas pro expressis habentes, sibi de dicto prioratu [fructus 14 mr.] de novo gratiose providere necnon eundem Gregorium a quibuscunque excommunicationis etc. sententiis absolvere dignemini. Fiat. E. Datum Mantue 4. kal. iunii anno 1.

Suppl. 511 fol. 28.

29. Maj 1459.

Supplik se Bullen 9. Juni 1459 (Nr. 2165).

2163.**2. Juni 1459.**

Klerken Mikkell Markvardsen fra Odense Stift faar Kanonikat og Præbende i Lund, skønt han forud har Sognekirken i Aastrup i Odense Stift.

Supplicat Michael Marquardi clericus Ottoniensis diocesis, quatenus sibi de canonicatu et præbenda ecclesie Lundensis per obitum Boetii Sommer vacantibus [fructus 4 mr.] dignemini providere, non obstante parrochiali ecclesia in Astrup eiusdem Ottoniensis diocesis [fructus 4 mr.], quam idem Michael obtinet. Fiat. E. Datum Mantue 4. non. iunii anno 1.

Suppl. 511 fol. CLXII (182).

2164.**5. Juni 1459.**

Paven befaler Biskopperne i Ribe, Slesvig og Lübeck at bekræfte Odensekirkens Privilegier.

Ripensi et Slesvicensi ac Lubicensi episcopis. Desiderantes statum ecclesiarum [etc.]. Sane pro parte prioris et capituli ec-

¹⁾ Gz. — Cod. cuius

clesie Ottoniensis ordinis s. Benedicti nobis nuper exhibita petitio continebat, quod, cum tam Innocentius IV et nonnulli alii Romani pontifices quam etiam archiepiscopi, episcopi et alii prelati necnon reges, duces et alii principes seculares ipsos et prefatam ecclesiam, que ante illius in cathedralem ecclesiam erectionem solenne monasterium fuerat, variis privilegiis et indultis per eorum litteras communiverint et insigniverint, prior et capitulum prelibati ad hoc, ut illa perpetuis futuris temporibus eis et prefate ecclesie illibata permaneant, valde cupiunt illa omnia apostolico munimine roborari. Quare pro parte prioris et capituli predictorum nobis fuit supplicatum, ut eorum voto super hiis oportune providere dignaremur. Nos igitur . . fraternitati vestre mandamus, quatinus, si et postquam exhibitis et productis coram vobis privilegiis et litteris antedictis vobis de indultis predictis legitime constiterit, illa, quatinus rationabiliter concessa et hactenus observata sunt, auctoritate nostra confirmetis ac, illa in vestris super hiis habendis processibus inserentes, ea plene firmitatis robur obtinere decernatis, et nichilominus, si confirmationem huiusmodi per vos vigore presentium fieri contigerit, extunc privilegia et indulta predicta necnon confirmationem huiusmodi per vos vigore presentium faciendam, si et quotiens expedire videritis, ac pro parte prioris et capituli predictorum fueritis requisiti, solenniter publicantes ac in premissis omnibus eisdem priori et capitulo efficacis defensionis presidio assistentes, non permittatis eos super hiis contra eorundem privilegiorum et litterarum tenorem per quoscunque indebite molestari, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, invocato, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Datum Mantue non. junii anno 1.

L.

Reg. Vat. 499 fol. 392; ogsaa (ufuldstændigt) i Odensebogen (Upsala univ. bibl.; De la Gardies Donation Nr. 39).

2165.

9. Juni 1459.

Paven befaler Biskopperne i Orvieto og Slesvig samt Dekanen i Lübeck at overdrage Ribekanniken Peder Wulf Kanonikat og Præbenden Egaa i Aarhus.

Vrbenetano et Slesvicensi episcopis ac decano ecclesie Lubicensis. Vite ac morum honestas [etc.]. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Petri Wulff canonici Ripensis petitio continebat, quod olim, canonicatu ecclesie Arusiensis et prebenda, Egw nuncupata, in eadem, cum mensa curata illi canonice annexa, quos

Andreas Skael¹⁾ obtinebat, per obitum eiusdem Andree vacantibus, Johannes episcopus Arusiensis eosdem canonicatum et prebendam prefato Petro auctoritate ordinaria contulit et de illis etiam providit. Cum autem idem Petrus dubitet collationem et provisionem predictas viribus non subsistere, et dicti canonicatus et prebenda adhuc vacare noscantur, nos discretioni vestre mandamus, quatenus canonicatum et prebendam predictos cum huiusmodi annexa [omnium fructus 4 mr.] eidem Petro auctoritate nostra conferre curetis, non obstante quod idem Petrus canonicatum et prebendam ecclesie Ripensis [fructus 3 mr.] noscitur obtinere. Datum Mantue 5. id. junii anno 1.

P. XXII. pridie id. junii anno 1. de Varris.

Reg. Lat. 535 fol. 311 v; ogsaa (II) Supplik (Datum Mantue 4. kal. junii anno 1. Fiat. E.) i Suppl. 511 fol. CV (125) v.

2166.

9. Juni 1459.

Peder Wulf faar udfærdiget ny Provision paa Kanonikat og Præbende i Aarhus trods tidligere urigtige Opgivelser.

Reformatio.

Alias s. v. Petro Wulff de canonicatu et prebenda ecclesie Arusiensis cum suis annexis sibi auctoritate ordinaria collatis de novo providit et eosdem sibi contulit, litteris desuper nondum expeditis, prout in supplicatione desuper per e. s. v. signata [continentur], in qua idem Petrus dictos canonicatum et prebendam cum annexis [se] fore assecutum per inadvertentiam narravit, licet eorundem canonicatus et præbende et annexorum possessor minime extitit. Dignetur igitur s. v. litteras apostolicas super dicta nova provisione gratiose²⁾ confectas aut conficiendas, perinde ac si in dicta supplicatione nulla de assecutione possessionis mentio facta fuisset, expediri mandare. Fiat. E. Datum Mantue 5. id. junii anno 1.

Suppl. 511 fol. CXXII (162) v.

2167.

Juni 1459.

Kong Christiern beklager overfor Paven Tyrkernes Fremgang, men erklærer, at han har faaet Indbydelsen til Kongressen i Mantua saa sent, at han ikke kan komme, da han ikke har Tid til at sammenkalde Rigernes Raad.

Ad papam Pium. Excusat se, quod non veniat ad dietam Mantuanam et condolet pape de Thurcis anno etc. 59 mensis

¹⁾ II: Skeel ²⁾ Gz. — Cod. gratia

junii . . . Christiernus etc. Cum universorum voto (*Dipl. Norv. XVII, 1044—46; Reg. 4072*).

Afskrift i [»Marcellus' Kopibog« og derefter i] Barth. B, 208 ff.

2168.

Juni 1459.

Kong Christiern minder atter Paven om sin Andel i Afsluttelsen af Wienerkonkordatet, beklager sig over, at dette er bleven krænkede paa flere Maader af Nicolaus V og Calixtus III, særlig ved Udnævnelsen af Jodocus til Biskop paa Øsel, og beder om, at denne Udnævnelse maa blive taget tilbage.

Ad papam Pium . . . anno etc. 59 [mensis] junii . . Christiernus etc. Quamquam regiam decet modestiam (*Script. rer. Dan. VIII, 411—13; Reg. 4074*).

Afskrift i [»Marcellus' Kopibog« og derefter i] Barth. B, 205—07.

2169.

Juni 1459.

Kongen takker Paven for hans Velvilje mod den postulerede Biskop Ketil (Karlsson Vasa) og Dispensation for dennes mangelfulde Alder og beder om, at Paven nu vil udnævne ham til Biskop i Linköping.

Pio etc. Christiernus etc. Opere pretium est (*Script. rer. Dan. VIII, 413; Reg. 4073*). Datum Hafnis anno etc. 59 junii¹).

Afskrift i [»Marcellus' Kopibog« og derefter i] Barth. B, 207—08.

2170.

5. Juli 1459.

Paven indsætter den allerede under Calixtus III virkende Kollektor Marinus de Fregeno, der havde deponeret nogle af de indsamlede Penge hos Conradus Pangrotiner i Nürnberg (Filial af Firmaet Medici) og efterladt andre i Magdeburg, Bamberg, Meissen, Merseburg og Gnesen Stifter, til sin Nuntius, Kollektor og Kommissær for at opkræve disse Penge. Samtidig ophæver og tilbagekalder han den Undersøgelse, som han havde befalet Dr. Johannes Lochner i Nürnberg at sætte i Gang mod Marinus de Fregeno.

Marino de Fregeno juris canonici perito, subdiacono Parmensi. Probata fidei tue sinceritas (*Dipl. Norv. XVII, 526—28*). Datum Mantue 3. non. julii anno 1. *De curia.*

Reg. Vat. 471 fol. 301.

2171.

5. Juli 1459.

Paven, der ligesom sine Forgængere Calixtus III og Nicolaus V har prædiket et almindeligt Korstog mod Tyrkerne og i den Anledning bevilget Aflad, udnævner Marinus de Fregeno, Klerk fra Spoleto Stift, til sin Nuntius og Kollektor i Sverige, Norge, »Gotia«, Lithauen og Provinsen Lemberg.

Marino de Fregeno juris canonici perito clericoque Spoletane diocesis necnon per Svecie, Norvegie, Gotieque et Lie-

¹) Derefter Breve om samme Sag til Kardinalerne Prosper Colonna, Jacobus de Portugallia, Philippus Calandrinus og Guillielmus de Estouteville (Reg. 4081).

tuanie regnorum et principatuum terras, partes, loca et adherentias ac civitatem, diocesim et provinciam Leopoliensem nuntio et collectori nostro specialiter deputato. Novit ille, qui nichil ignorat (*Dipl. Norv. XVII, 528—32*). Datum Mantue 3. non. julii anno 1.

Gratis.

Reg. Vat. 471 fol. 273 v.

2172.

5. Juli 1459.

Paven tilstaar alle dem, der i de Lande, hvor Marinus de Fregeno prædiker Korstog, giver Bidrag til dette, Tilladelse til at vælge Skriftefader, der kan give dem Absolution een Gang i alle, ogsaa Pavestolen reserverede, Tilfælde, og Plenaraflad i Dødsøjeblikket samt Lov til at ombytte de fleste Løfter om gode Gerninger med andre. Han befaler alle Gejstlige at sørge for, at dette Brev bliver bekendtgiort, og bestemmer, at Afskrifter af det skal gælde lige med Originalen.

Universis Christi fidelibus, ad quos presentes nostre littere pervenerint. Omnipotentis dei immensa misericordia (*Dipl. Norv. XVII, 532—35*). Datum Mantue 3. non. julii anno 1.

Reg. Vat. 471 fol. 301.

De curia.

2173.

5. Juli 1459.

Paven indsætter efter Marinus de Fregenos Anmodning Jacobus de Carmigniola fra Siena til Medhjælper og Skatmester hos ham, træffer nærmere Bestemmelser om Pengenes Opbevaring, nøjagtig Regnskabsføring o. lign., giver ham Tilladelse til i sit Følge at have tre beredne Svende, der ligesom han selv, Marinus og dennes ni Svende skal have $\frac{1}{3}$ Gylden i Dagløn, giver en Række praktiske Forskrifter og fastslaar, at Jacobus og Marinus skal være helt lige-stillede.

Jacobo [de] Carmigniola quondam Francisci de Senis. Cum Marinus de Fregeno (*Dipl. Norv. XVII, 535—39*). Datum Mantue 3. non. julii anno 1.

Reg. Vat. 471 fol. 304 v.

2174.

5. Juli 1459.

Paven meddeler Marinus de Fregeno, at han har udnævnt Jacobus de Carmigniola til hans Medhjælper og Skatmester, og befaler ham at overgive alle de indsamlede Penge til denne, der da skal sende dem videre til Rom; samtidig tillader han Marinus i sit Følge at have ni beredne Svende, der skal have $\frac{1}{3}$ Gylden i Dagløn. Marinus faar endvidere Tilladelse til at indsætte Subkollektorer og andre Medhjælpere og give Fyrsterne, i hvis Lande han optræder, en passende Andel i Udbyttet.

Marino de Fregeno juris canonici perito, clerico Spole-tane diocesis, per Svecie, Norvegie ac Lictuanie regna et principatus necnon Leopoliensem provinciam et diocesim nuntio et

collectori nostro specialiter deputato. Cum, prout nobis supplicasti, quodam coadjutore (*Dipl. Norv. XVII, 539—42*). Datum Mantue 3. non. julii anno 3. *De curia.*

Reg. Vat. 471 fol. 303.

2175.

5. Juli 1459.

Paven udsteder Pas og Anbefalingsskrivelse for Marinus de Fregeno og dennes Følge.

Universis etc. Cum Marinus de Fregeno (*Dipl. Norv. XVII, 542*). Datum [Mantue 3. non. julii anno 1].

Reg. Vat. 471 fol. 275 v.

2176.

24. Juli 1459.

Paven tillader Hertug Adolf og Hertuginde Margrete af Slesvig at spise Mælkemad i Stedet for Olie i Fasten og paa andre Fastedage.

Nobili viro Adolpho duci et nobili mulieri Margarite ducisse Slesvicensi eius uxori. Speciali gratia et favore [etc.]. Cum itaque, sicut pro parte vestra nobis nuper exhibita petitio continebat, in locis temporalis dominio vestro subjectis olive non crescant, nec¹⁾ ibidem oleum nisi forte minus bonum deferatur, nos igitur vobiscum, ut quadragesimalibus usque ad diem palmarum necnon singulis vigiliis et jejuniis a jure preceptis loco olei lacticiniis absque alicuius pene incursu vesci possitis, tenore presentium dispensamus. Datum Mantue 9. kal. aug. anno 1.

P. XXX. de Varris.

Reg. Lat. 546 fol. 156 v; ogsaa Supplik (Fiat. E.) i Suppl. 513 fol. 201.

2177.

24. Juli (4. Aug.) 1459.

Hertug Adolf af Slesvig faar bevilget, at Gejstlige ikke skal kunne stævnes udenfor Landet, at han og hans Hustru maa nyde Mælkemad i Stedet for Olie i Fasten og paa Fastedage, og at det overdrages Ærkebiskoppen i Bremen og Biskopperne i Lübeck og Slesvig at reformere Klostrene i hans Land.

a. Quamvis Adelphus (!) dux Slesvicensis, Holsacie comes in locis et terris sue ditioni subjectis absque acceptione personarum justitiam ministret, nichilominus nonnulli incole eiusdem domini tam ecclesiastici quam seculares extra huiusmodi dominium pretextu rescriptorum seu litterarum apostolicarum sepe numero ad iudicium trahuntur et molestantur in maximum dispendium et detrimentum eorundem. Quare pro parte prefati

¹⁾ Gz. — Cod. ut

ducis supplicatur, quatenus pro pace et quiete incolarum eorundem dignemini ipsi duci indulgere, quod nullus prelatus nulla-que alia ecclesiastica, secularis aut regularis, persona extra dominium dicti ducis nisi in eventum denegate justitie pretextu quarumcunque litterarum apostolicarum non facientium de indulto huiusmodi mentionem quavis occasione vel causa ad iudicium trahi non (!) possit, decernendo exnunc omnes processus, sententias, censuras et penas, quos et quas contra huiusmodi indultum haberi vel promulgari contigerit, nullius existere firmitatis

b. Item, cum in dominio dicti ducis [etc. . . . Suppl. til Nr. 2176]. Fiat. E.

c. Item, cum sint in eodem dominio plura monasteria tam monialium quam virorum ordinum diversorum, in quibus regularis norma depressa est et illorum persone excessus et crimina, que impunita pertranseunt, committere detestabiliter non tremescunt, propter que monasteria ipsa tam in spiritualibus quam in temporalibus et tam in capitibus quam in membris visitationis et reformationis officium exposcunt salutare, idcirco supplicatur pro parte dicti ducis, quatenus . . . dignemini archiepiscopo Bremensi et Lubicensi et Slesvicensi episcopis visitandi monasteria predicta, etiam si aliqua ex eis exempta et immediate sedi apostolice subjecta sint, in eisdem capitibus et membris ac spiritualibus et temporalibus visitandi, reformandi, delinquentes corrigendi, puniendi, privandi, ammovendi (!) omniaque alia, [que] pro ipsorum monasteriorum felici regimine ac divini cultus augmento necessaria noverint vel oportuna, faciendi necnon contradictores etc. compescendi plenam facultatem concedere dignemini (!). Fiat pro semel. E.¹⁾ Datum Mantue 9. kal. aug. anno 1.

Suppl. 513 fol. 201 og (II) 297 v; det sidste Sted dog kun c.

2178.

26. Juli 1459.

Paven tillader Præsten Gregers Tygesen fra Odense Stift at have Rejsealter.

De altaribus.

Gregorio Tukonis presbitero ordinis s. Benedicti Ottoniensis diocesis. Devotionis tue etc. Datum Mantue 7. kal. aug. anno 1.

P. de Varris.

Reg. Lat. 548 B fol. 252 v.

¹⁾ II: Fiat pro duabus vicibus, adhibito quoad loca exempta uno religioso per superiorem deputando. Datum Mantue pridie non. aug. anno 1.

2179.

31. Juli 1459.

Priorinden og Konventet i Gudum Kloster faar det overdraget nogle Prælater at beskytte dem mod Biskoppen i Ribe og reformere Klostret.

Exponunt priorissa et conventus monasterii Guthum ordinis s. Benedicti in regno Dacie et terra Jutie situatum [ɔ: -ti] Ripensis diocesis, quod, cum prefata [ɔ: -ti] priorissa et conventus vitam anhelarent ducere reformatam et deo secundum statuta ordinis famulari, et quia sub ordinario loci existunt, qui ipsas de jure confirmare deberet, sed hucusque facere minime curavit, quin immo ipsi monasterio plurima intulit gravamina, monasterium cum curia et equitibus suis in expensis onerando, pretendens bona huiusmodi monasterii ad se pertinere, pluries propterea dictum monasterium visitando et bona huiusmodi devorando et pauperes mulieres aggravando, ipsas in bona vita reformatam et disciplina minime instruendo, quare recurrunt ad pedes v. s. prefate oratrices [petendo], quatenus aliquibus prelati in partibus illis mandare dignemini, ut, constituto summarie ipsis de premissis, ipsas ab huiusmodi depressionibus defendant atque auctoritate apostolica reformat et secundum regulam ordinis earundem in prefato monasterio manendo et deo famulando manuteneant ipsique episcopo inhi-beant, ut de cetero huiusmodi monasterium non quovismodo aggravet, cum invocatione brachii secularis, si opus fuerit, necnon, [ut] prefati conservatores et commissarii idem monasterium in bono [ɔ: bonis] ipsius mobilibus et immobilibus atque decimis, quocunque nomine nuncupentur, contra quoscunque, ipsa occupare, usurpare aut devorare anhelantes, in perpetuum unacum suis privilegiis, indultis, gratiis episcopalibus seu apostolicis realibus et personalibus, tempor[al]ibus aut perpetuis quibuscunque . . . , etiam si presentibus inseri deberent, auctoritate apostolica predicta conservent, licentiam concedere dignemini. Fiat. E. Datum Mantue pridie kal. aug. anno 1.

Suppl. 514 fol. 9 v.

2180.

4. Aug. 1459.

Paven bekræfter Cistercienserordenens Privilegier.

Ad futuram rei memoriam. Etsi quibuslibet personis ecclesiasticis vel religiosis, presertim illis, que mundi contemptentes illecebras in humilitatis habitu regi cunctorum principum in abstinentia et divinis officiis suas animas devoverunt, ex paterne pietatis officio teneamur assistere, professores tamen Cisterciensis

ordinis utriusque sexus eo ferventiori caritate complectimur, quo ipsum ordinem in dei ecclesia conspicuum et insignem uberiori dilectione prosequimur. Unde, si quando privilegia, gratias et indulta pro exaltatione et incremento eiusdem ordinis ac pace et tranquillitate in eo virtutum domino militantium per Romanos pontifices . . . aut imperatores et reges concessa comperimus, ut perpetuam firmitatem obtineant, ea merentur apostolici roboris clipeo communiri. Sane petitio abbatis Cistercii monasterii Cabilonensis diocesis eiusque coabbatum, abbatissarum et conventuum ordinis eiusdem nobis nuper exhibita continebat, quod olim nonnulla privilegia, immunitates, exemptiones, libertates, gratie, conservatorie et indulta per Innocentium IV, Alexandrum IV, Urbanum III, Gregorium VIII, Honorium III, Clementem V et quamplures alios Romanos pontifices seu pro Romanis pontificibus in eorum obedientiis habitos ac etiam per prelatos, pontifices, imperatores ac Romanos et alios reges pro augmento divini cultus et saluberrimo statu et incremento ordinis prelibati concessa fuerunt . . . Verum, sicut eadem petitio subjungebat, cum contingat interdum dicti ordinis professores contra huiusmodi privilegia et indulta per locorum ordinarios ac prelatos et alios, qui nomen domini in vanum recipere non formidant, indebite molestari, pro parte dictorum abbatis Cistercii, coabbatum eius, abbatissarum et conventuum ordinis prelibati nobis fuit supplicatum, ut huiusmodi privilegiis, gratiis et indultis ac litteris predecessorum, prelatorum, pontificum, imperatorum et regum prefatorum robur apostolice confirmationis adjicere et alias ad eorum perpetuum robur obtinendum partes apostolice provisionis interponere dignaremur. Nos igitur, . . . cupientes tranquillitati et paci abbatum, abbatissarum et conventuum ac professorum huiusmodi, quantum cum deo possumus, providere, . . . privilegia . . . , conservatorias, gratias et indulta, per quoscunque Romanos pontifices seu pro Romanis pontificibus in eorum obedientia [c]o: -tiis¹⁾ habitos abbatibus dicti monasterii Cistercii, eius coabbatibus et abbatissis et conventibus ordinis eiusdem . . . concessa, necnon prelatorum, pontificum, imperatorum, regum ac dominorum temporalium litteras huiusmodi . . . , prout rite et juste ac rationabiliter processerunt et prefato ordini fuerunt servata, . . . exnunc in perpetuum tenore presentium confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, universos

¹⁾ add. Gz.

ecclesie prelatos, patriarchas, primates, archiepiscopos, episcopos, abbates, priores, decanos, archidiaconos, prepositos, archipresbiteros, officiales et alios in dignitate constitutos, necnon principes christianos . . . et eorum officarios, civitatum quoque, villarum seu communitatum rectores et maiores rogantes et monentes attente eisque in virtute sancte obedientie et sub excommunicationis pena districte precipiendo mandantes, quatenus predictos abbates, abbatissas, conventus et personas ordinis prenominati prefatis privilegiis . . ., gratiis, conservatoriis et indultis, prout usi sunt, uti permittant pacifice, contradictores [etc.], invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, decernentes ea fore ubique, ubicunque et quandocunque exhibita fuerint . . ., in iudicio vel extra imperpetuum observanda. Datum Mantue pridie non. aug. anno 1.

Afskrift (ex transsumpto impresso) i Sorøbogen (Arne-Magn. 290 Fol.) fol. 38 som Del af Sixtus IV's Stadfæstelse (af 7. Marts 1476).

2181.

4. Aug. 1459.

Hertug Adolf af Slesvig faar bevilget, at hans Undersaatter, ligesom de i gejstlige Sager dømmes af Ærkebiskoppen i Bremen og Biskopperne i Lübeck, Slesvig og Odense, i verdslige Sager skal dømmes af ham og hans Embedsmænd, og at de ikke skal stævnes udenfor Landet, det sidste dog kun for saa vidt det ikke strider mod tidligere Pavebreve.

Pro parte Adolphi ducis Slesvicensis, Holsacie Stormarie et in Scomborg comitis, exponitur, quod, licet in nonnullis locis et terris sue ditioni subjectis archiepiscopus Bremensis necnon Lubicensis, Slesvicensis et Ottoniensis episcopi spirituales jurisdictionem obtinere dinoscantur, nec in illius exercitio per dictum ducem turbentur seu quomodolibet inquietentur, ipse etiam, quantum ad temporalem jurisdictionem pertinet, tam per se quam suos advocatos et ab eo deputatos iudices suorum¹⁾ subditorum (!) in reddenda cuilibet justitia nec remissus compertus fuerit nec morosus, licetque etiam juris utriusque testetur pagina actorem rei forum sequi debere nec quempiam ad forensia tribunalia evocari et, sicut superiores sua sibi volunt observari, ita et inferioribus sua debe[a]nt jura observare, cum ordo ecclesiasticus confunditur, quando unicuique jura sua non servantur, pro tanto, cum dictus dux equo semper animo sufferre fuit et est paratus, quod sui subditi in causis et casibus ad

¹⁾ Gz. — Cod. iudices atque suorum

forum ecclesiasticum de jure vel consuetudine spectantibus per eorum ordinarios ecclesiasticos et convenientur et distringantur, in causis autem et casibus ad suam et suorum temporalem jurisdictionem de similibus jure vel consuetudine pertinentibus per se et suos cunctis de ipsis querulantibus semper paratus fuit et erit ministrare justitie complementum, et propterea juri videtur obvium, quod ad forensia judicia protrahantur, ut igitur tam locorum ordinariis quam aliis iudicibus ordinariis ecclesiasticis ac etiam ipsi duci et suis eorum in premissis conserventur jura illibata et variis laboribus et expensis sui subditi non graventur, dignetur s. v. eidem duci concedere, quod nullus forensis iudex, commissarius vel prelatus nullaque persona ecclesiastica, secularis vel regularis, in suos subditos ordinariam jurisdictionem de jure vel consuetudine non obtinens, quacunque auctoritate et quarumcunque litterarum apostolicarum pretextu quascunque clausulas derogatorias habentium et de indulto huiusmodi plenam et expressam mentionem non facientium quavis occasione vel causa preterquam in defectum justitie denegate in causis spiritualibus nisi coram suis ordinariis ecclesiasticis et in temporalibus nisi coram ipso duce aut ab eo deputatis seu deputandis advocatis seu iudicibus conveniri seu ad iudicium in prima instantia evocari non (!) possit¹⁾, decernendo exnunc omnes processus, sententias, censuras et penas, quos et quas contra indulti huiusmodi tenorem haberi vel promulgari et quicquid contra ipsum attemptari contigerit, irritos et inanes. Fiat salvis litteris apostolicis. E. Datum Mantue pridie non. aug. anno 1.

Suppl. 514 fol. 155.

4. Aug. 1459.

Supplik af denne Dato se Nr. 2177.

2182.

23. Aug. 1459.

Paven giver Roskildekanniken Jakob Pedersen Tilladelse til at have Rejsealter.

De altaribus.

Jacobo Petri presbitero canonico ecclesie Roskildensi. Devotionis tue etc. Datum Mantue 10. kal. sept. anno 1.

A. Concordiensis.

Reg. Lat. 548 B fol. 207.

¹⁾ Gz. — Cod. posse

2183.

3. Nov. 1459.

Paven befaler Biskopperne i Roskilde og Odense at undersøge en Klage fra Provsten, Dekanen og Kapitlet i Lund over Ærkebiskop Tuve (Nielsen Juul), der efter deres Sigende misbruger sin Visitationsret saaledes, at hans Svende fra Mortensdag til Paaske hjemsøger, plager og udplyndrer Bønderne paa Kapitlets Ejendomme, og derefter paadømme Sagen.

Roskildensi et Ottoniensi episcopis. Humilibus supplicum votis (*Dipl. dioc. Lund. III, 410—12*). Datum Mantue 3. non. nov. anno 2.

P. XVI. de Varris.

Reg. Lat. 549 fol. 1 v.

2184.

26. Dec. 1459.

Paven befaler Biskoppen i Lübeck og Dekanerne i Schwerin og ved St. Mauritiuskirken udenfor Münster at overdrage et evigt Vikariat i Hamburg til Klerken Theodericus Wydembrugge fra Hildesheim Stift, skønt denne forud har bl. a. Kanonikat og Præbende i Slesvig.

Episcopo Lubicensi et Zwerinensis ac s. Mauricii extra muros Monasteriensis ecclesiarum decanis. Vite ac morum honestas [etc.]. Cum itaque quedam perpetua vicaria in collegiata ecclesia b. Marie opidi Hamburgensis Bremensis diocesis, que de jure patronatus laicorum existit, et quam Ludolphus Langenberke obtinebat, per obitum eiusdem Ludolphi, qui apud sedem apostolicam diem clausit extremum, vacet ad presens, nos, volentes Theoderico Wydembrugge, clerico Hildesemensis diocesis, . . . gratiam facere specialem, discretioni vestre mandamus, quatenus vicariam predictam, que sine cura est [fructus 4 mr.], . . . prefato Theodorico auctoritate nostra conferre curetis, non obstante . . . quod nos dudum sibi de canonicatu et prebenda ecclesie Slesvicensis, quos non possidet, [fructus 4 mr.]¹⁾ per alias nostras litteras mandavimus provideri gratiose. Datum Mantue 7. kal. jan. anno 2.

P. XX. 14. kal. febr. anno 2. de Varris.

Reg. Lat. 553 fol. 151 v.

2185.

11. Febr. 1460.

Paven udnævner Mogens Krafse til Biskop i Odense.

Magno Krafse electo Ottoniensi. Apostolatus officium [etc. som Nr. 451]. Dudum siquidem, Henichino feliciter olim episcopo Ottoniensi regimini ecclesie Ottoniensis ordinis s. Benedicti presidente, nos . . . provisionem eiusdem ecclesie dispositioni

¹⁾ Blandt non obstanterne nævnes ogsaa Ventebreve paa to Beneficier i Schwerin og Lübeck.

nostre duximus specialiter reservandam. Postmodum vero, prefata ecclesia per obitum dicti Henichini episcopi vacante, nos . . . ad te in sacerdotio constitutum . . . direximus oculos nostre mentis . . . [ac] de persona tua prefate ecclesie providemus. Datum Senis 3. id. febr. anno 2.

Simili modo Capitulo ecclesie Ottoniensis.

Clero civitatis et diocesis Ottoniensis.

Universis vassallis ecclesie —

Cristierno regi Dacie.

Archiepiscopo Lundensi.

P. XX. X. X. X. X. X. de Varris.

Reg. Lat. 559 fol. 90.

2186.

15. Febr. 1460.

Paven stadfæster efter Ansøgning fra Dekanen, Provsten, Ærkedegnen og Kantoren i Roskilde samt Dekanen i København den ordinære Jurisdiktions- og Visitationsret, som de sammen med Biskoppen i 100 Aar har udøvet i Roskilde Stift.

Ad futuram rei memoriam. Ut ea, que honorem et utilitatem (*Kbhs. Dipl. IV, 62—63¹*); *Reg. 4083*). Datum Senis 16. kal. martii anno 2.

P. XXX. de Varris.

Indtaget i et Notarialinstrument af 7. Sept. 1487 (*Kbhs. Gejstlighed 37; R. A.*); ogsaa i *Reg. Lat. 560 A fol. 258 v.*

2187.

20. Febr. 1460.

Biskop Mogens Krafse i Odense betaler Servispenge til det pavelige Kammer og Kardinalkollegiet.

[1460] Die 20. [mensis] febr. Magnus Krafse electus Ottoniensis principalis obtulit camere apostolice et collegio cardinalium pro suo communi servitio ratione perfectionis de persona sua ecclesie Ottoniensi sub data 3. id. febr. anno 2 auctoritate apostolica facte fl. auri de camera 150, ad quos dicta ecclesia taxata reperitur, et quinque minuta servitia consueta. Eorundem auctoritate etc.

Oblig. 76 fol. 181 v.

2188.

20. Febr. 1460.

Optegnelse om, at Biskop Mogens Krafse i Odense betaler Servispenge til det pavelige Kammer.

[1460] Die 20. eiusdem [c: mensis febr.] habuit prefatus thesaurarius, dicto Ambrosio ut supra recipiente, a²⁾ electo

¹⁾ Her dog med den urigtige Dato 14. Febr. 1459.

²⁾ Ikke udfyldt.

Ottoniensi pro comune (!) servitio ecclesie Ottoniensis per manus Thome de Spinellis et sociorum fl. auri de camera 75.

Introitus et Exitus 444 fol. 40.

2189.

23. Febr. 1460.

Biskop Mogens (Krafse) i Odense betaler Servispenge til Kardinalkollegiet.

Petrus etc., quod Magnus episcopus Ottoniensis pro totali solutione suorum communis et minuti servitiorum, in quibus etc., ac termino nondum elapso etc. fl. auri de camera 84 sol. 18 den. 9 nobis etc. per manus Henrici Gneznel prepositi Swericensis die date presentium solvi fecit realiter et cum effectu. De quibus etc. In quorum etc. Datum Senis die 23. mensis febr. anno 2. fl. 1 gr. 2.

Oblig. 79 fol. 1.

2190.

1. April 1460.

Klerken Peder Jakobsen fra Ribe Stift faar Sognekirken i Hygum i samme Stift.

Alias vacante parrochiali ecclesia s. Laurentii in Hajgwij [o: Hygum] Ripensis diocesis per obitum Johannis Thome, Petro Jacobi clerico eiusdem diocesis de dicta parrochiali ecclesia ordinaria auctoritate provisum est, possessione per eum subsecuta. Dubitat tamen collationem et provisionem ac possessionis adeptionem predictas viribus non subsistere. Supplicat igitur, quatenus collationem, provisionem ac possessionis adeptionem ex certa scientia confirmare [et] eidem Petro de dicta parrochiali ecclesia [fructus 4 mr.] de novo providere dignemini. Concessum. R. Valentinus. Datum Senis kal. aprilis anno 2.

Suppl. 516 fol. 167.

2191.

3. Maj 1460.

Klerken Jens Pedersen fra Roskilde Stift faar Kanonikat og mindre Præbende i Roskilde.

Dudum vacante una ex minoribus prebendis ecclesie Roskildensis in Dacia, in qua maiores, medie et minores prebende fore noscuntur, ex eo, quod quidam Laurentius Britsereczo (!) illam obtinens quandam ex maioribus prebendis ipsius ecclesie tunc vacantem, prout secundum formam statutorum ipsius ecclesie cessantibus reservationibus apostolicis poterat, infra debitum tempus optavit et illam extitit pacifice assecutus, eadem

sua, quam tunc obtinebat, minori prebenda cum certis tamen protestationibus dimissa, Johannes Petri clericus dicte diocesis minorem prebendam huiusmodi ordinaria auctoritate sibi collatam extitit assecutus illamque extunc per biennium vel circa possedit, prout possidet de presenti. Cum autem dubitat collationem et provisionem sibi de eadem maiori [o: minori] prebenda ordinaria auctoritate factas ex eo potissime, quia quidam Birgerus Magnus [o: -ni], per cuius privationem maior eadem prebenda vacavit, minus debite privatus fuisse dicitur ac subdiaconus sedis apostolice extitit, et etiam, quia prefatus Johannes ipsius ecclesie canonicus non erat, ac ex certis aliis causis viribus non subsistere, pro parte dicti Johannis supplicatur, quatenus, attento, quod idem Laurentius prefatam maiorem prebendam pretextu optionis huiusmodi per tres annos vel circa pacifice possedit, eidem Johanni factas collationem et provisionem huiusmodi et inde secuta quibus[que]cunque rata et grata habentes, dignemini ei de canonicatu ipsius ecclesie ac minori prebenda huiusmodi [fructus 3 mr.] in forma simplicis vel nove provisionis aut surrogationis vel si neutri seu alias, prout ei melius fuerit, providere. Fiat. E. Datum Macereti diocesis Senensis 5. non. maji anno 2.

Suppl. 522 fol. 226 v.

2192.

18. Juni 1460.

Klerken Peder Jakobsen fra Ribe Stift faar Dispensation til, skønt han har Sognekirken i Hygum, under sine Studier i Udlandet i 5 Aar ikke at lade sig indvie til de højere gejstlige Grader, naar han blot inden eet Aar bliver indviet til Subdiakon.

Supplicat Petrus Jacobi clericus Ripensis diocesis in minoribus ordinibus constitutus, quatenus secum, ut litterarum studio in loco, ubi illud viget generale, [insistendo] ratione parochialis ecclesie s. Laurentii in Hygarm (!) eiusdem diocesis, quam obtinet, hinc ad quinquennium ad ulteriores ordines preterquam ad subdiaconatum se promoveri facere minime teneatur, dummodo tamen infra annum ad eundem subdiaconatus ordinem se faciat promoveri, dispensare dignemini. Fiat. E. Et quod sola signatura sufficiat absque litterarum desuper expedendarum confectione. Datum Petreoli diocesis Senensis 14. kal. julii anno 2.

Suppl. 524 fol. 234 v.

2193.

4. Juli 1460.

Paven reserverer Provstiet i Åbo for Kanniken Magister Henricus Vrese sammesteds, som er Kong Christiern »af Sveriges« Kapellan.

Henrico Vrese canonico Aboensi, magistro in artibus. Litterarum scientia, vite et morum honestas [etc.]. Cum itaque prepositura ecclesie Oboensis (!), quam Corradus Bydz electus Aboensis tempore promotionis per nos facte de persona sua ad predictam ecclesiam obtinebat, prout obtinet, per promotionem huiusmodi et munus consecrationis eidem electo impendendum vacare speretur, nos tibi, qui Cristierni regis Svecie capellanus existis, specialem gratiam facere teque in dicta ecclesia, cuius canonicus existis, peramplius honorare volentes, preposituram predictam, que in dicta ecclesia dignitas post pontificalem maior existit [fructus 6 mr.], conferendam tibi donationi apostolice reservamus, non obstante . . . quod canonicatum et prebendam prefate ecclesie [fructus 4 mr.] nosceris obtinere. Datum Senis 4. non. julii anno 2.

Simili modo archiepiscopo Vpsalensi et Vpsalensis ac Zwe-
rinensis ecclesiarum prepositis.

P. XIII. XII. 14. kal. aug. anno 2. de Varris.

Reg. Lat. 552 fol. 288 v.

2194.

11. Juli 1460.

Klerken Johan Jensen (Quitow) fra Roskilde Stift faar Sognekirken i Fin-
derup, skønt han forud har Kanonikat og Præbende i Roskilde.

Supplicat Johannes Johannis clericus Roskildensis diocesis, de nobili genere ex utroque parente procreatus, quatenus sibi de parrochiali ecclesia Findrop dicte diocesis [fructus 20 fl. auri de camera], per obitum Suenonis vacante, dignemini providere, non obstantibus canonicatu et prebenda ecclesie Roskildensis, quos dictus Johannes obtinet [fructus 20 fl. similes], et quod ipsa parrochialis ecclesia cuidam clerico minorenni et absque dispensatione super etate huiusmodi et illius defectu auctoritate ordinaria collata extitit, et etiam si dicta ecclesia parrochialis cuicumque alteri forsan dicta auctoritate ordinaria in aliquo ex mensibus apostolicis collata fuerit. Concessum. R. Valentinus. Datum Senis 5. id. julii anno 2.

Suppl. 516 fol. 232 v.

Roskildensis. Johannes Johannis parrochialis per obitum.

Uddrag i Indice 328 efter Reg. Lat. Pii II anno 2 lib. 7 (tabt) fol. 177.

2195.

11. Aug. 1460.

Optegnelse om, at Marinus de Fregeno indbetaler 926 Gylden, indsamlede »in partibus Alamanie«, til Huset Medici.

Introitus aug. 1460.

[1460] Dicta die [11. eiusdem mensis aug.] habuit prefatus thesaurarius seu ad introitum posuit fl. auri de camera 926, quos Marinus de Frigeno in partibus Alamanie collector de pecuniis dicte collectorie et per manus societatis de Medicis ad dictam cameram misit, et quos ipsi de Medicis penes se retinuerunt in deductionem 10000 fl. per eos dicte camere concessorum. — Fl. 926.

Introitus et Exitus 443 fol. 77 og 444 fol. 80. Trykt Dipl. Norv. XVII, 1048.

2196.

1. Sept. 1460.

Ribekanniken Peder Wulf faar Sognekirken i Tamdrup i Aarhus Stift, skønt han ogsaa forud har et beneficium simplex i Aarhus.

Supplicat Petrus Wulff canonicus Ripensis, quatenus sibi de perpetuo beneficio curato sive parrochiali ecclesia in Tandrupp Arusiensis diocesis, tanto tempore vacante, quod ipsius collatio etc. juxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam devoluta existit, [fructus 4 mr.], providere dignemini, non obstantibus certis canonicatu et prebenda predictis [fructus 4 mr.] necnon simplici beneficio in ecclesia Arusiensi [fructus 2 mr.]. Concessum. R. Valentinus. Datum Senis kal. sept. anno 2.

Suppl. 516 fol. 266 v.

2197.

4. Sept. 1460.

Paven befaler Abbeden i Øm Kloster at overdrage Jakob Madsen et evigt Vikariat i Aarhus, hvortil Sognekirken i Skejby i Aarhus Stift er Anneks, skønt han forud har Kanonikat og Præbende i Aarhus.

Abbati monasterii Careinsule Arusiensis diocesis. Dignum arbitramur etc. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Jacobi Mathie canonici Arusiensis petitio continebat, quod olim, perpetua vicaria ad altare ss. Philippi et Jacobi in ecclesia Arusiensi per Boetium tunc episcopum Arusiensem fundata, quam Johannes Laurentii obtinebat, per obitum eiusdem Johannis vacante, Johannes episcopus Arusiensis vicariam predictam, cui parrochialis ecclesia Skeyby Arusiensis diocesis canonice est annexa, eidem Jacobo auctoritate ordinaria contulit et de illa etiam providit, ipseque Jacobus, collationis et provisionis huiusmodi vigore dictam vicariam cum annexa huiusmodi assecutus, illam

extunc possedit, prout possidet de presenti. Cum autem dictus Jacobus dubitat collationem et provisionem predictas ex eo, quod, prout ab aliquibus asseritur, jus presentandi personam idoneam ad dictum altare, dum pro tempore vacat, ad capitulum dicte Arusiensis ecclesie pertinet, ac certis aliis causis viribus non subsistere, et vicaria predicta adhuc vacare noscatur, nos discretioni tue mandamus, quatenus, si per diligentem examinationem eundem Jacobum ad hoc idoneum esse reppereris, dictam vicariam, que sine cura est [cuius et annexe huiusmodi fructus illius deductis oneribus 4 mr.], eidem Jacobo auctoritate nostra conferas, non obstante quod dictus Jacobus canonicatum et prebendam dicte ecclesie Arusiensis [fructus 1 mr.] noscitur obtinere. Datum Senis pridie non. sept. anno 3.

P. XXX. 5. id. oct. anno 3. de Varris.

Reg. Lat. 561 fol. 5.

2198.

9. Okt. 1460.

Paven befaler Kanniken Ludolphus Robering i Lübeck at overdrage Hans Ahlefeld Kanonikat og Præbende i Slesvig, skønt han forud har evige Vikariater i Lübeck, i Pløen og paa Femern og Sognekirken i Nienstad (?) i Slesvig Stift.

Ludolpho Roberingh canonico Lubicensi. Dignum arbitramur etc. Cum itaque canonicatus et prebenda ecclesie Slesvicensis, quos Dietleus Sutoris obtinebat, per obitum eiusdem Dietleui vacant ad presens, nos, volentes Johannem de Aleueld¹⁾ rectorem parrochialis ecclesie de Nyestat Slesvicensis diocesis, qui de militari genere ex utroque parente procreatus existit, favore prosequi gratioso, discretioni tue mandamus, quatenus, si per diligentem examinationem eundem Johannem ad hoc idoneum esse reppereris, canonicatum et prebendam predictos [fructus 4 mr.] eidem Johanni auctoritate nostra conferas, non obstante quod idem Johannes in Lubicensi unam et in opidi Plone ac in terre Ymbrie parrochialibus ecclesiis Lubicensis diocesis reliquas perpetuas sine cura vicarias [fructus 9 mr.] necnon dictam ecclesiam in Niestat [fructus 3 mr.] noscitur obtinere. Datum Rome 7. id. oct. anno 3.

P. XXII. 6. id. julii anno 3. de Varris.

Reg. Lat. 580 fol. 28; ogsaa (II) Supplik (Fiat. E.) i Suppl. 533 fol. 127 v.

2199.

9. Dec. 1460.

Paven befaler Biskoppen i Aarhus at overdrage Hartvig Juel Provstiet i Viborg, som Kapitlet havde valgt ham til og Biskoppen indsat ham i, skønt han forud havde Kanonikat og Præbende sammesteds.

¹⁾ II: Johannes de Aleveld presbiter Lubicensis.

Episcopo Arusiensi. Dignum arbitramur etc. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Hartwici Jwl canonici Vibergensis petitio continebat, quod alias, prepositura ecclesie Vibergensis, que inibi dignitas post pontificalem maior et electiva ac de jure patronatus regis Dacie pro tempore existentis ex privilegio apostolico, cui non est hactenus derogatum, fore dinoscitur, et quam Elerus Tymonis obtinebat, per obitum eiusdem Eleri vacante, capitulum eiusdem ecclesie prefatum Hartwicum in eorum et dicte ecclesie prepositum concorditer elegerunt, ac Christiernus rex Dacie, verus et unicus patronus dicte prepositure ac existens in pacifica possessione vel quasi juris presentandi personam idoneam, per capitulum huiusmodi electum eundem Hartwicum Kanuto episcopo Vibergensi infra tempus debitum presentarunt [o: -vit], ipseque episcopus eundem Hartwicum in prepositum dicte ecclesie ordinaria auctoritate instituit. Cum autem . . dictus Hartwicus dubitet electionem presentationem et institutionem predictas viribus non subsistere, et prefata prepositura adhuc vacare noscatur, nos, prefatum Hartwicum . . gratioso favore prosequi volentes, fraternitati tue mandamus, quatenus, si per diligentem examinationem eundem Hartwicum ad hoc idoneum esse reppereris . . . , preposituram predictam, cui cura imminet animarum [fructus 4 mr.], prefato Hartwico conferas . . . , non obstante quod idem Hartwicus . . . canonicatum et prebendam dicte ecclesie . . . [fructus 4 mr.] noscitur obtinere. Datum Rome 5. id. dec. anno 3.

P. XXVIII. 9. kal. jan. anno 3. de Varris.

Reg. Lat. 565 fol. 156; ogsaa Supplik (Fiat. E.) i Suppl. 527 fol. 143 v.

2200.

16. Dec. 1460.

Paven giver Abbed Niels i Øm Kloster i Aarhus Stift Tilladelse til at have Rejsealter.

De altaribus.

Nicolao abbati monasterii Careinsule ordinis Cisterciensis Arusiensis diocesis. Sincere etc. Hinc est, quod nos . . . , ut liceat tibi, qui presbiter es, habere altare portatile cum debita reverentia et honore etc. Datum Rome 17. kal. jan. anno 3.

P. X. de Varris.

Reg. Lat. 580 fol. 299.

2201.

7. Jan. 1461.

Jens Tymmesen faar Kanonikat og Præbende i Slesvig, skønt han forud har Sognekirken i Bupsee i samme Stift.

Supplicat s. v. Johannes Tymesseus (!) rector parrochialis ecclesie in Bupze Slesvicensis diocesis, quatenus canonicatum et prebendam ecclesie Slesvicensis, quam [c: quos] Henricus Brandes obtinebat, per obitum eiusdem Henrici vacantes [fructus 4 mr.], dicto Johanni conferre dignetur, dicta parrochiali ecclesia, quam possidet, [fructus similiter 4 mr.] . . non obstante. Fiat. E. Datum Rome 7. id. jan. anno 3.

Suppl. 528 fol. 133 v.

2202.

10. Febr. 1461.

Paven overdrager Kong Christierns Sekretær, Magister Benedictus Johannis, Provstiet i Vesterås, skønt han forud har Sognekirken i Köpung i samme Stift og Kanonikat med Ventebrev paa Præbende i Vesterås.

Benedicto Johannis de Arosia preposito ecclesie Arosiensis, magistro in artibus. Litterarum scientia, vite ac morum honestas [etc.]. Dudum siquidem omnes dignitates in cathedralibus ecclesiis post pontificales maiores tunc vacantes et inantea vacaturas dispositioni nostre reservavimus . . . Cum itaque postmodum prepositura ecclesie Arosiensis, quam [c: que] inibi dignitas post pontificalem maior existit, et quam Walaus Vtichen obtinebat, per obitum eiusdem Wlaih vacet . . ., nos, volentes tibi, qui Cristierni Dacie et Svecie regis secretarius existis, . . gratiam facere specialem, preposituram predictam, cui cura imminet animarum [fructus 50 fl. auri de camera], tibi conferimus et de illa etiam providemus, non obstantibus quod parrochiam ecclesiam de Chepone Arosiensis diocesis [fructus 20 fl. similes] obtines, et dudum tibi de canonicatu dicte ecclesie Arosiensis sub expectatione prebende vacature in eadem ordinaria fuit auctoritate provisum. Nos enim . . tecum, ut preposituram ipsam recipere et unacum dicta parrochiali ecclesia etiam, quoad vixeris, retinere illasque . . dimittere et loco dimissorum alia beneficia duo dumtaxat invicem incompatibilia . . recipere et etiam, quoad vixeris, insimul retinere libere valeas . . ., tenore presentium dispensamus . . . Datum Rome 4. id. febr. anno 3.

Simili modo archiepiscopo Vpsalensi et episcopo Vlterano.

P. XXX. XX. 4. kal. martii anno 3. de Varris.

Reg. Lat. 564 fol. 49 v.

2203.

23. Febr. 1461.

Underdiakonen Johannes Steen, som opholder sig ved Kurien, faar et evigt Vikariat i Stade i Bremen Stift, skønt han forud har Sognekirken i Neuenkirchen i samme Stift, Kantoriet i Ribe og et evigt Vikariat i Slesvig.

Supplicat Johannes Steen, subdiaconus ac rector parrochialis ecclesie in Nigenkerken terre Ditmertie Bremensis diocesis, in curia s. v. presens, quatenus sibi de perpetua sine cura vicaria sita in ecclesia s. Georgii intra aut s. Marie extra muros opidi Stadensis dicte diocesis, per obitum Hermanni Quadewek vacante, qui eandem obtinens fructuum camere apostolice debitorum in dicta diocesi Bremensi subcollector extitit [fructus 4 mr.], providere dignemini, dicta parrochiali ecclesia [fructus 6 mr.], quam possidet, ac cantoria in ecclesia Ripensi [fructus 4 mr.] necnon perpetua sine cura vicaria in ecclesia Slesvicensi [fructus 2 mr.], quas non possidet, et de quibus apostolica auctoritate sibi extitit provisum, ac super eis aut altera eorum [c: earum] in palatio apostolico coram certo eius auditore litigat, non obstantibus. Fiat. E. Et quod specifica expressio ecclesie, in qua beneficium ipsum sit, exprimi possit in confectione litterarum. Datum Rome 6. kal. martii anno 3.

Suppl. 529 fol. 151.

2204.

27. Febr. 1461.

Roskilde Domkapitel beder Paven om at stadfæste Valget af Provsten Oluf Mortensen (Baden) til Biskop efter Oluf Daas Død.

In nomine domini Amen. Sanctissimo ac beatissimo in Christo patri d[omino Pio pape II, divina] clementia sacrosancte Romane ac uni[versalis ecclesie ponti]fici Jacobus Olauui decanus totumque capitulum [ecclesie Roskildensis, s. v. hu]miles filii et devoti cum omni reverentia devotissima pedum oscula beatorum. Cum propter vacationem d[ominorum officio ecclesie] destitute gravia in spiritualibus et temporalibus dispendia patiantur, conditores canonum deliberatione prov[ida statuerunt, quod ultra 3] menses vacare non debeant ecclesie cathedrales. Defuncto igitur anno 1461 20. die mensis febr. . . . Olauo Daa episcopo Roskildensi et ipsius corpore cum reveren[tia debita die] proxime sequenti tradito ecclesiastice sepulture, ne ipsa ecclesia viduitatis sue incommoda diutius deploraret, fuit ab omnibus prelatiis et canonicis protunc apud ecclesiam Roskildensem residentibus 27. dies mensis eiusdem cum continuatione sequentium concorditer assignatus ad electionem futuri pontificis celebrandam. Citatis autem interim absentibus et convenientibus in termino supradicto ad capitulum Roskildense omnibus, qui debuerunt, voluerunt et potuerunt commode interesse, tandem deliberatione habita, per quam formam esset in electionis negotio proceden-

dum, placuit nobis omnibus per formam scrutinii eidem ecclesie providere. Unde tres de collegio fidedignos, videlicet Tuconem Johannis, Jacobum Petri et Petrum Hemmingi, concorditer duximus assumendos, quibus dedimus potestatem, ut secreto ac singillatim vota cunctorum, primo tamen sua et postmodum nostra, exquirerent diligenter et, eis in scriptis redactis, mox in communi eadem publicarent; scrutatores autem ipsi potestatem sibi traditam acceptantes et ad unum angulum nostri capituli se trahentes secreto ac singillatim inquisiverunt diligenter, sicuti nobis postmodum retulerunt, primo ad invicem vota sua et nostra postmodum, prout a nobis habuerant in mandatis, ipsisque in scriptis redactis mox in communi eadem publicarunt, quibus publicatis invenimus omnes, uno dumtaxat excepto, vota sua in scrutinio direxisse in . . . Olauum Martini prepositum Roskildensem, virum utique providum et discretum, litterarum scientia, vita et moribus merito commendandum, in sacris ordinibus et etate legitima constitutum, de legitimo matrimonio procreatum, in spiritualibus et temporalibus plurimum circumspectum, quem supradictus decanus de mandato nostro nobisque presentibus elegit solemniter in hunc modum: In nomine patris et filii et Spiritus sancti Amen. Cum, vacante Roskildensi ecclesia, vocatis, qui fuerunt evocandi, et presentibus die prefixa omnibus, qui debuerunt, voluerunt et potuerunt commode [interesse], placuit omnibus per formam scrutinii ecclesie providere, factoque scrutinio juxta formam concilii generalis ac eo publicato votorum] collatione habita diligenti repertum fuit omnes, uno dumtaxat excepto, in premissum Olauum [ecclesie Roskildensis] prepositum vota sua direxisse, virum utique providum et discretum, litterarum scientia, moribus et virtuosis actibus m[erito commendandum], in sacris ordinibus et etate legitima constitutum et de legitimo matrimonio procreatum, in spiritualibus et temporalibus plur[imum circumspectum], idcirco ego Jacobus Olai decanus Roskildensis vice et nomine totius capituli ac omnium jus in ipsa electione habentium ex p[otestate mihi a] toto capitulo tradita et concessa sepe dictum Olauum Martini prepositum invocata sancti Spiritus gratia eligo et [instituo] in ecclesie Roskildensis episcopum et pastorem. Idem vero electus electionem huiusmodi eodem die per dictum dominum d[ecanum, ut pre]mittitur, vice omnium nostrum sibi presentatam, licet [pro] humilitate se insufficientem et indignum asserens multipliciter, [omnibus] tamen vehementer instantibus timens

nostris dispositionibus contraire jugo divine vocationis cervicem coaptans accepit et] invocato divine pietatis auxilio ipso eodem die votis fratrum assentiendum duxit, non tam timide quam devote electi pastoris] officium onusque impositum, ut prodesse valeat, suscipiens et acceptans. Quam electionem sic canonice et solemniter factam] et publicatam in communi omnes unanimiter recepimus, approbavimus gratamque habuimus et acceptam. Deinde [Te deum laudamus] solemniter more solito decantavimus dictumque electum nostrum in episcopali cathedra, servatis de jure servandis, intro[misimus juxta] morem confestimque ipsam electionem clero et populo per magistrum Johannem cantorem eiusdem ecclesie fecimus publicari. Igitur sanctitati vestre tam devote quam humiliter [vo]to unanimi supplicamus, quatinus eandem electionem sic solemniter [factam, publicatam et] celebratam dignemini confirmare ac eidem electo nostro munus consecrationis favorabiliter impertiri, ut deo [pie inservire] et toti diocesi velud pastor idoneus preesse valeat utiliter et prodesse, nosque et alii eius subditi sub ipsius regimine possimus] salubriter militare. Ceterum, ut beatitudo vestra cognoscat evidentius vota nostrum omnium in predictis omnibus . . . [ut pre]mittitur concordasse ac nos in petitione huiusmodi existere unanimes et concordantes, presens electionis nostre decretum sanctitati] vestre transmittimus, sigillo capituli nostri maiori juxta statuta canonica roboratum propriis manibus et sigillis munitum, ac] etiam ad maiorem cautelam per infrascriptum tabellionem in formam publicam duximus redigendum. Datum anno [et die predictis] presentibus honorabilibus viris dominis Petro Suenonis et Clemente Johannis, perpetuis vicariis dicte ecclesie Roskildensis] ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Johannes [Fr]ost, clericus Ottoniensis diocesis imperiali auctoritate notarius publicus, qui electioni, rati[habiti]oni, publicationi omnibusque aliis . . . premissis, dum, sicut premit[titur], fiunt, una cum prenomminatis testibus presens interfui eaque omnia sic fieri vidi et audivi, instrumentum per alium scriptum exinde confeci, subscripsi, publicavi et in hanc formam publicam redactum sigillo et] nomine meis solitis et consuetis signavi rogatus et requisitus in fidem et testimonium. Et ego Jacobus Olavi decanus Roskildensis presbiter predictus ut supra in dominum prepositum consensi et consentio ac manu propria subscribo. Ego T[etzo Rosengarde] subscribo. Ego Johannes Johannis cantor consentiens subscribo. Ego Olavius Boecii subscribo.

Ego Laurentius Olai subscribo. Ego J[ohannes Syndonis subscribo]. Ego Tucco Johannis unus scrutatorum subscribo. Ego Jacobus Petri unus scrutatorum subscribo. Ego Michael Johannis subscribo. Ego Nicolaus [Bonde subscribo]. [Ego Petrus] Hemmingi unus scrutatorum subscribo. Ego Laurentius Petri subscribo. Ego Johannes Myndell subscribo. Ego Laurentius Ma[thei subscribo. Ego Johannes] Brøstrop subscribo. Ego Johannes Olai subscribo. Ego Johannes Nicolai subscribo. Ego Johannes Jone subscribo. Ego [Esbernus (?) Petri (?) subscribo. Ego] Johannes Torkilli subscribo. Ego Oddo Johannis subscribo. Ego Gregorius Tiderici subscribo. Ego Magnus Johannis subscribo. Ego Birgerus Strangonis [subscribo].

Beskadiget Orig. paa Perg. med [1] Segl i Arnemagn. Dipl. XXXII, 6; det manglende her udfyldt i Paranteserne []; Egennavnene fra Script. Rer. Dan. VIII, 324 og 328 samt 418—22.

2205.

10. April 1461 (eller 1462).

Paven bestemmer efter Ansøgning fra Abbed Guido i Citeaux og de øvrige Cistercienserabbeder, at Ordenens egne Visitatorer som hidtil skal have Ret til at besøge og reformere Cistercienserklostrene.

Ad futuram rei memoriam. Inter ceteros ordines in universali ecclesia stabilitos, quibus nos pretulit clementia salvatoris, Cisterciensem precipuis affectibus prosequentes, pro singulorum ipsius ordinis monasteriorum conservatione, ut in eis maiestas altissimi collaudetur jugiter in benedictionibus gratiarum sui que gloriosi nominis cultus et sacre religionis observantia vigeant, aciem attente considerationis extendimus ac circa ea, per que felicibus ipsorum successibus consulatur, quantum nobis ex alto permittitur, partes nostre sollicitudinis favorabiliter adhibemus. Sane pro parte Guidi Cisterciensis necnon ceterorum Cisterciensis ordinis monasteriorum abbatum nobis nuper exhibita petitio continebat, quod, licet ex regularibus institutis dicti ordinis auctoritate apostolica approbatis necnon de antiqua et approbata hactenusque ac tanto tempore pacifice observata consuetudine, quod in contrarium memoria non existit, visitatores ipsius ordinis ad visitandum illius monasteria pro tempore deputati tam pro directione personarum in eis altissimo famulantium quam ipsorum monasteriorum reformatione statutis temporibus singula monasteria predicta eis que presidentes et in illis sub regulari habitu degentes personas tam in capite quam in menbris visitare et reformare necnon in eis quecunque ad plenum visitati-

onis officium pertinere ac ipsarum personarum directionem concernere dinoscuntur, secundum deum et instituta huiusmodi peragere consueverint, ipsique visitatores juxta commissi eis officii debitum quamplura ex monasteriis predictis, que per diversas etiam in dignitatibus ecclesiasticis constitutas personas in administrationem vel commendam obtinentur, visitare et reformare necnon earundem personarum correctioni et emendationi intendere voluerint et pro posse tentaverint, quia tamen administratores et commendatarii predicti sive eorum vicarii vel officiales eos ad visitationem et reformationem huiusmodi, quibus ipsa monasteria et persone plurimum indigere noscuntur, faciendas recipere et admittere necnon contributiones, ad quas ratione monasteriorum eorundem ex concessione et ordinatione apostolica dicto ordini efficaciter obligantur, et quas eorum predecessores, dictorum monasteriorum abbates, qui fuerunt pro tempore, persolverunt, contra justitiam solvere recusarunt hactenus et recusant, ipsa monasteria in spiritualibus et temporalibus multipliciter deformata remanserunt, ac in eis non solum regularis observantia et monastica disciplina extincta [o: -te]¹⁾ sunt, verum etiam in eorum aliquibus licet opulentissimis pauci resident monachi et in plerisque diversorum ordinum persone labe apostasie et aliis respersi criminibus sine lege et timore domini viventes commorantur in gravem divine maiestatis offensam, religionis obprobrium, perniciosum exemplum fidelium et scandalum plurimorum. Quare pro parte abbatum predictorum nobis fuit supplicatum, ut ordinis et monasteriorum eorundem indemnitatibus, ne ad totalem ruinam deformationemque devenia[n]t, oportune providere dignaremur. Nos igitur, qui ex officii pastoralis ministerio nobis licet immeritis superna dispositione commissi ecclesiarum et monasteriorum omnium dispendiis occurrere et profectibus intendere jure tenemur, . . . hac perpetuo valitura constitutione statuimus, quod ipsius ordinis visitatores, qui pro tempore erunt, auctoritate presentium absque alicuius licentia vel consensu, quotiens opportunum fuerit, omnia ipsius ordinis monasteria, etiam si illa quibusvis personis ecclesiasticis pontificali vel quavis alia ecclesiastica dignitate predictis²⁾ commendata aut in administrationem concessa seu commissa fuerint, juxta sacrorum canonum [regulas]¹⁾ et instituta predicta visitare et reformare ac illorum personas corrigere et, si id eis expediens videatur, personas ipsas

¹⁾ add. Gz. ²⁾ Cod. predictis

ad alia eiusdem ordinis monasteria transferre atque alias idoneas eorum loco usque ad sufficientem numerum substituere et surrogare, contributiones quoque predictas auctoritate propria exigere eosdemque administratores et commendatarios sive eorum negotiorum gestores quemadmodum eorum predecessores, ipsorum monasteriorum abbates, qui pro tempore fuerunt, ad id compellere necnon quecunque alia facere . . libere valeant, que ad plenum visitationis et correctionis officium pertinere noscuntur et, prout secundum deum reformationi, directioni ac prospero statui monasteriorum et personarum huiusmodi cognoverint expedire, contradictores quoslibet et rebelles per censuram ecclesiasticam et alia oportuna juris remedia compescendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis . . . Datum Rome 4. id. aprilis 1461 anno 4¹).

Afskrift »ex transsumpto impresso« i Sorøbogen (Arnemagn. 290 Fol.) fol. 10 v.

2206.

13. April 1461.

Paven udnævner Roskildekanniken Oluf Mortensen (Baden) til Biskop i Roskilde.

Olauo Martini electo Roskildensi. Dum ad universas orbis ecclesias [etc. som Nr. 873]. Dudum siquidem Olauo Daci²) olim episcopo Roskildensi regimini ecclesie Roskildensis presidente, nos . . . provisionem eiusdem ecclesie dispositioni nostre duximus ea vice specialiter reservandum [Ϸ: -dam] . . . Postmodum vero, ecclesia predicta per obitum eiusdem Olai episcopi pastoris solatio destituta, nos ad te canonicum ipsius ecclesie, in sacerdotio constitutum . . . direximus oculos nostre mentis [ac] de persona tua prefate ecclesie providemus . . . Datum Rome id. aprilis anno 3.

Simili modo Capitulo ecclesie Roskildensis.

Clero civitatis et diocesis Roskildensis.

Populo — — — —

Universis vassallis ecclesie —

Archiepiscopo Lundensi.

Christierno Dacie regi.

H. XX. X. X. X. X. X. X. Folani.

Reg. Lat. 562 fol. 85 v.

2207.

16. April 1461.

Paven befaler Provsten i Roskilde at reservere Kanonikat og Præbende dør for Klerken Lyder Jensen (Quitow) fra samme Stift.

¹) anno 4 bliver 1462.

²) rettet fra Daa.

Preposito ecclesie Roskildensis. Dignum arbitramur etc. Cum itaque canonicatus et prebenda ecclesie Roskildensis, quos Olauus Martini electus Roskildensis tempore promotionis de persona sua ad dictam ecclesiam per nos facte obtinebat, prout obtinet, per huiusmodi promotionem et munus consecrationis impendendum eidem electo vacare sperentur, nos, volentes Liderum Johannis clericum Roskildensis diocesis, qui de nobili genere ex utroque parente procreatus existit, favore prosequi gratioso, discretioni tue mandamus, quatenus, si per diligentem examinationem eundem Liderum ad hoc idoneum esse reppereris, canonicatum et prebendam predictos [fructus 8 mr.], cum illos quovis modo preterquam per ipsius electi obitum vacare contigerit, conferendos eidem Lidero donationi tue auctoritate nostra reserves. Datum Rome 16. kal. maji anno 3.

P. XXII. 10. kal. junii anno 3. de Varris.

Reg. Lat. 580 fol. 9 v; ogsaa Supplik (Fiat. E.) i Suppl. 532 fol. 67 v.

2208.

18. April 1461.

Paven tillader den udvalgte Biskop Oluf Mortensen (Baden) i Roskilde at lade sig indvie af en anden Biskop og aflægge Lydighedseden til denne.

Olauo Martini electo Roskildensi. Cum nos pridem [etc. som Nr. 653]. Datum Rome 14. kal. maji anno 3.

H. XXVIII. Folani.

Reg. Lat. 562 fol. 88.

2209.

21. April 1461.

Væbneren Benedikt Powisch fra Slesvig Stift, som havde dræbt en Præst fra Kosel i samme Stift, fordi denne havde fornærmet hans Fader og dræbt en af Faderens Folk, ansøger om, at Biskoppen i Lübeck maa give ham Absolution for Drabet, og faar det bevilget, dog kun mod, at han først gør en Pilgrimsfærd til Rom.

Exponitur pro parte Benedicti Pagwische nobilis armigeri Slesvicensis diocesis, quod, cum alias quidam Hartwich Pogwische genitor oratoris domum dotis ecclesie parrochialis in Koslem dicte diocesis hora tarda animo ibidem hospitandi intrasset, ab ancilla presbiteri ibidem locum tenentis plebani hospitium pro illa nocte amicabiliter postulando missisque equis ad stabulum, dictus presbiter tunc ebrius et iratus supervenerit, dictum genitorem oratoris a domo expellere volens; cui idem genitor oratoris, quia tarda hora erat, ut cum eo pro illa nocte patientiam habere vellet, humiliter supplicavit, promittens nichil gratis ab eodem recipere, sed omnia bene solvere velle, ipse autem presbiter hiis non acquiescens equos dicti Hartwich diffligare cepit,

quod videns familiaris eiusdem Hartwiche, ne id faceret, intercepte conabatur, et factum¹⁾ est, quod ipse presbiter et familiaris antedicti ex hiis post verba ad verbera devenerunt; que audiens ipse Hartwiche genitor oratoris nitebatur eius familiarem de manibus ipsius presbiteri eripere, sed presbiter ille per eius, quam habuit, concubinam et certam aliam personam adjutus eundem genitorem oratoris in corpore et in capite enormiter vulneravit; videns tunc dictus familiaris dominum suum, videlicet oratoris genitorem, sic vulneratum, eundem presbiterum irato animo invadens ipsum ex brachiis in terram projecit, presbiter vero ille penitus furibundus arrepto cultello, quem portabat, dictum familiarem ipsius Hartwiche voluntarie lesit atque interfecit. Verum cum deinde aliquo tempore decurso ipse presbiter homicida dicto oratori in campis obviam, et nulla facta esset inter partes super premissis compositio, idem orator, animadvertens injuriam per ipsum presbiterum dicto eius genitori et suo familiari, quem interfecerat, illatam nec sufferre valens primos motus, qui in posse hominis non sunt, propter premissa ipsum presbiterum homicidam invasit atque vulneratum interfecit. Cum autem dictus orator juvenis et de militari antiquo genere illarum partium sit ac de premissis ex intimis doleat, supplicatur s. v. pro parte eiusdem oratoris, quatenus alicui prelato partium illarum et, si placet, episcopo Lubicensi committere dignetur, ut premissis attentis eundem oratorem ab homicidii reatu huiusmodi et peccatis suis aliis, que sibi confitebitur, in foro ecclesie absolvat sibi que super hoc penitentiam non tamen publicam, eam autem, de qua sibi pro anime sue salute expedire videbitur, injungat salutarem. Fiat, quod absolvatur, postquam huc venerit. E. Datum Rome 11. kal. maji anno 3.

Suppl. 531 fol. 223.

2210.

22. April 1461.

Paven befaler Ærkebiskoppen i Lund og Biskopperne i Aarhus og Viborg at skaffe Biskop Mogens (Krafse) i Odense, der lovlig er bleven udnævnt af Paven, indviet og kommen i Besiddelse af Bispestolens Ejendomme og Indtægter, Ret overfor Provsten Peder Akselsen (Thott) i Lund, der ved List er bleven valgt til Biskop, ved sine Slægtninges Hjælp søger at trænge sig ind i Stiftet og har appelleret Sagen til Pavestolen. Paven, som er bange for, at denne Sag skal vække store Forstyrrelser paa Fyn, der er Danmarks Midtpunkt, ophæver Sagen, der hidtil er ført overfor Kardinal Nicolaus af Gusa, paalægger Provsten evig Tavshed og befaler de 3 ovennævnte Gejstlige, at de

¹⁾ Gz. — Cod. actum

skal paabyde ham og hans Tilhængere i Løbet af 18 Dage at opgive alle Forulempelser af Mogens Krafse samt i Tilfælde af Ulydighed bandlyse dem og lade Bandlysningen bekendtgøre.

Archiepiscopo Lundensi et Arusiensi ac Vibergensi episcopis.
Ad apostolice dignitatis apicem (*Dipl. dioc. Lund. IV, Nr. 2*).
Datum Rome 10. kal. maji anno 3.

L.

Reg. Vat. 504 fol. 259.

2211.

5. Maj 1461.

Paven overdrager Roskildekanniken Christoffer Jensen (Present), som opholder sig ved Kurien, Provstiet i Roskilde, skønt han forud har Kanonikater og Præbender i Roskilde, Lund og Aarhus Stifter og Sognekirken i Gimlinge i Roskilde Stift og fører Proces om Sognekirken i Udby i samme Stift.

Cristoforo Johannis canonico Roskildensi decretorum doctori. Nobilitas generis, litterarum scientia, vite ac morum honestas [etc.]. Cum itaque prepositura ecclesie Roskildensis, quam Olauus electus Roskildensis tempore promotionis per nos facte de persona sua ad ecclesiam Roskildensem obtinebat, prout obtinet, per huiusmodi promotionem et munus consecrationis eidem electo impendendum vacare speretur, nos, volentes tibi, qui de nobili ac militari genere ex utroque parente procreatus et etiam in artibus magister existis, et quem¹⁾ capitulum dicte ecclesie in ipsius ecclesie prepositum concorditer elegerunt sive de dicta prepositura sibi de ipsius electi expresso consensu auctoritate ordinaria providerunt, licet de facto, . . . gratiam facere specialem, preposituram predictam, que inibi dignitas non tamen maior post pontificalem existit, cuique cura imminet animarum, et ad quam consuevit quis per electionem assumi [fructus 26 mr.], cum illam . . quovis modo preterquam per ipsius electi obitum vacare contigerit, conferendam tibi donationi apostolice reservamus, non obstantibus quod²⁾ eiusdem [fructus 4 mr.] et³⁾ Lundensis [fructus 3 mr.] ac Arusiensis [fructus 2 mr.] ecclesiarum canonicatus et prebendas⁴⁾ necnon parrochiam ecclesiam b. Marie in Gymlinge⁵⁾ Roskildensis diocesis [fructus etiam 4 mr.] obtines, et super parrochiali ecclesia in Wbi⁶⁾ dicte diocesis, quam non possides [fructus 8 mr.], in palatio apostolico coram certo illius auditore litigando diffinitivam, que nulla provocatione suspensa

¹⁾ II: tunc studentem in civitate vestra Bononiensi, ad presens in Romana curia commorantem ²⁾ II: uno ac minori ³⁾ II: alio et media

⁴⁾ II: alio canonicatu et minori prebenda ⁵⁾ II: Guilingen ⁶⁾ II: Woby

in rem transivit judicatam, reportasti. Volumus autem, quod, quamprimum dictam preposituram fueris vigore presentium pacifice assecutus, ecclesias parrochiales predictas, quas extunc vacare decernimus, omnino, prout etiam ad id te sponte obtulisti, dimittere teneris. Datum Rome 3. non. maji anno 3.

Simili modo Torcellano et Lubicensi ac Arusiensi episcopis.

P. XIII. XII. 12. kal. junii anno 3. de Varris.

Reg. Lat. 563 fol. 215; ogsaa (II) Supplik (Fiat. E.) i Suppl. 531 fol. 300.

2212.

28. Maj 1461.

Klerken Ville Friis fra Ribe Stift faar, skønt kun 21 Aar gammel, ny Provision paa Provstiet i Thy i Børglum Stift.

Nuper prepositura rurali in Tude Burglanensis diocesis, que de jure patronatus laicorum existit, per obitum Olai Berting vacante, Wilhadus Frisse, de nobili genere ex utroque parente procreatus, clericus Ripensis diocesis, illam ordinaria auctoritate sibi collatam assecutus extitit illamque extunc possedit [et possidet] de presenti. Dubitat tamen idem Wilhaldus (!) collationem et provisionem ac assecutionem huiusmodi viribus non posse subsistere ipsamque preposituram adhuc vacare; supplicat igitur dictus Wilhaldus, quatenus sibi de dicta ecclesia sive prepositura [fructus 5 mr.] de novo providere dignemini necnon super defectu etatis, quem patitur in vicesimo primo etatis sue anno constitutus, ratione studii dispensare dignemini. Fiat. E. Datum Rome 5. kal. junii anno 3.

Suppl. 533 fol. 142 v.

Burglanensis. Villardus Frisse nova provisio prepositure.

Uddrag i Indice 329 efter Reg. Lat. Pii II anno 4 lib. 7 (tabt) fol. 99.

2213.

30. Maj 1461.

Paven giver den udvalgte Biskop Oluf Mortensen (Baden) i Roskilde Til-ladelse til at vælge en Skriftefader, som maa give ham Plenaraflad i Dødsøjeblikket.

De plenaria.

Olauo Martini electo Roskildensi. Devotionis tue etc. Datum Rome 3. kal. junii anno 3.

P. de Varris.

Reg. Lat. 580 fol. 224 v.

2214.

30. Maj 1461.

Paven giver Præsten Jens Nielsen Frost fra Odense Stift samme Tilladelse.
De plenaria.

Johanni Nicolai, alias Frost, presbitero Ottoniensis diocesis.
Devotionis tue etc. Datum Rome 3. kal. junii anno 3.

P. de Varris.

Reg. Lat. 580 fol. 224 v.

2215.

9. Juni 1461.

Paven befaler Biskoppen i Roskilde at give Ridderen Aksel (Pedersen) Brahe og Maren Tygesdatter (Lunge), begge fra Lunde Stift, Tilladelse til at indgaa Ægteskab, skønt de er beslægtede i fjerde Grad.

Episcopo Roskildensi. Oblate nobis nuper (*Dipl. dioc. Lund. IV, Nr. 3*). Datum Rome 5. id. junii anno 3.

O. XV. Pontanus.

Reg. Lat. 567 fol. 166; ogsaa Supplik (Fiat. E.) i Suppl. 533 fol. 230 v.

2216.

11. Juni 1461.

Optegnelse om, at Biskop Oluf Mortensen (Baden) i Roskilde lover at betale Servispenge til det pavelige Kammer og Kardinalkollegiet.

1461. 11. [mensis] junii Olauus Martini electus Roskildensis, provisus (!) id. aprilis anno 3 Pii II, obtulit fl. 1000 per procuratores suos constitutos mediante instrumento facto in civitate Roskildensi 2. martii 1461.

Uddrag af Garampi efter Obl. C. A. (tabt) fol. 99 v og omtrent enslydende i S. C. 4 fol. 9.

2217.

12. Juni 1461.

Biskop Oluf Mortensen (Baden) i Roskilde betaler Servispenge til Kardinalkollegiet.

Alexander etc., quod Olauus episcopus Roskildensis pro totali solutione suorum communis et minuti servitorum, in quibus etc., ac termino nondum elapso etc. fl. auri de camera 527 sol. 39 nobis etc. per manus honorabilium virorum Thome de Spinellis et sociorum etc. die date presentium solvi fecit realiter et cum effectu. De quibus etc. In quorum etc. Datum Rome die 12. mensis junii [anno 3]. fl. 3 gr. 3.

Oblig. 79 fol. 22.

2218.

13. Juni 1461.

Paven stadfæster Kapitlets Valg af Provsten Oluf Mortensen (Baden) i Roskilde til Biskop sammesteds (jfr. Nr. 2204).

Ad futuram rei memoriam. Iis, que ad ecclesiarum [etc.]. Dudum siquidem, vacante ecclesia Roskildensi per obitum

Olaui Daa, capitulum dicte ecclesie . . . Olaum Martini dicte ecclesie canonicum et prepositum in episcopum Roskildensem concorditer elegerunt, et deinde nos, qui huiusmodi electionem ignorabamus, ad ipsummet Olaum Martini per capitulum electum, in sacerdotio constitutum, nostre mentis oculos direximus . . . [ac] de ipsiusmet Olaui Martini persona eidem ecclesie Roskildensi providimus, prout ex (!) aliis nostris sub data Rome id. aprilis anno 3. superinde confectis litteris plenius continetur. Nos igitur, capituli huiusmodi in hac parte supplicationibus inclinati, electionem per capitulum predictum factam cum omnibus inde secutis tenore presentium confirmamus. Datum Rome id. junii anno 3.

X

X

X

Reg. Vat. 481 fol. 25.

2219.**13. Juni 1461.**

Klerken Karl Clausen (Rønnov) fra Odense Stift faar Provstiet i Odense, hvortil han forud var præsenteret af Kong Christiern, og hvori han var indsat af Biskoppen, og Dispensation til, skønt kun 16 Aar gammel, at beholde det.

Dudum, prepositura ecclesie Ottoniensis tunc per obitum Nicolai Vanhaghen vacante, Cristiernus rex Dacie etc. Carolum Nicolai clericum Ottoniensis diocesis, de militari genere ex utroque parente procreatum, in decimo sexto vel circa sue etatis anno constitutum, ad preposituram predictam, que inibi personatus ruralis et de jure patronatus eiusdem regis existit, cuique cura imminet animarum, infra tempus legitimum loci ordinario presentavit, ipseque ordinarius, presentatione huiusmodi per eum admissa, dictum Carolum in eadem prepositura instituit, idemque Carolus vigore presentationis et institutionis earundem pefatam preposituram assecutus extitit illamque aliquamdiu possedit, prout possidet, pacifice, fructus licet paucos interim recipiens ex eadem. Cum autem pefatus Carolus dubitet ex eo presentationem et institutionem predictas viribus non subsistere, quod ipse deffectum etatis patitur, ad dictam curatam preposituram obtinendam in ipsius etatis anno predicto constitutus et ex certis aliis causis viribus non subsistere, supplicat igitur tam rex in personam ipsius Caroli dilecti sui quam Carolus pefati, quatenus presentationem et institutionem anteceditas et quecunque inde secuta confirmare et nichilominus de prepositura predicta [fructus 4 mr.] eidem Carolo de novo pro-

videre necnon cum eo, ut ipse non obstante defectu etatis pre-fatam preposituram retinere libere possit, quodque ratione dicte prepositure ad aliquem ex sacris ordinibus se facere promoveri minime teneatur, dignemini dispensare. Fiat. E. Datum Rome id. junii anno 3. Registrata.

Suppl. 526 fol. 227 (o: 127).

Ottoniensis. Carolus Nicolai nova provisio prepositure.

Uddrag i Indice 328 efter Reg. Lat. Pii II anno 2 lib. 18 (tabt) fol. 24.

2220.

13. Juni 1461.

Johannitermunken Laurentius Wesner i Eskilstuna i Strengnäs Stift, som var overført til Johanniterklostret i Ribe, faar, da han ikke kan taale Klimaet og Tørverøgen der, men faar stærk Hovedpine deraf, Tilladelse til at vende tilbage til Eskilstuna og blive der, saalænge hans Sygdom varer.

Exponit Laurentius Wesner presbiter professus in domo Eskilstuna ordinis s. Johannis hospitalis Jerusolimitani Stren-gensis diocesis, quod ex mandato prioris sui generalis Johannis Brun mansit in domo Ribe eiusdem ordinis Ripensis diocesis, ubi incurrit vehementem capitis dolorem, quasi malei pulsantes omni die fuissent in capite suo continue per 12 ebdomas ex carbonum et cespitum furioso fetore sibi prius inconsueto, qui carbones et cespites ibidem in domo predicta Ribe et civitate continue cremari solent et non in patria sua, et propterea hanc accidentalem et periculosam capitis infirmitatem incurrit, unde metuit se furiosum fieri et amentem; et, sicut medici dicunt, ulcus quoddam in cerebro suo gravatum est ex hac accidentali capitis sui infirmitate, de quo ulcere procedunt periculosa apo-stema[ta]¹⁾ in maxila sua et vulnerum cicatrices, ut satis adhuc apparent cuilibet intuenti; idcirco supplicat idem Laurentius, qua-tenus eidem, qui presbiter est, petita a superiori suo licentia, licet non obtenta, licentiam standi in ordinis antedicti habitu et observantia regulari, ad tempus vite sue in predicta domo Eskilstuna, ubi professus est, ut et ibidem, quia patria sua est, secundum dicta medicorum in convenientiore sibi aeris temperie facilius possit per medicos curari, concedere dignemini. Fiat durante infirmitate. E. Et ad vitam. Fiat. E. Datum Rome id. junii anno 3.

Suppl. 533 fol. 258 (o: 278).

¹⁾ add. Gz.

2221.

16. Juni 1461.

Paven giver Henrik von der Wisch til Wittensee i Slesvig Stift og hans Hustru Bertha Tilladelse til at have Rejsealter.

De altaribus portatilibus.

Nobili viro Henrico de Wisch, domino loci de Wittensee Slesvicensis diocesis, et nobili mulieri Berte eius uxori. Sincere etc. Hinc est etc., ut liceat cuilibet vestrum habere altare portatile etc. Datum Rome 16. kal. julii anno 3.

O. XII. Pontanus.

Reg. Lat. 580 fol. 226 v.

2222.

16. Juni 1461.

Paven giver Henrik von der Wisch til Wittensee i Slesvig Stift og hans Hustru Bertha Tilladelse til at vælge en Skriftefader, som maa give dem Plenar-aflad i deres Dødsøjeblik.

De plenaria.

Nobili viro Henrico de Rorsch (!), domino loci de Wittensee Slesvicensis diocesis, et nobili mulieri Berte eius uxori. Devotionis vestre etc. Datum Rome 16. kal. julii anno 3.

O. Pontanus: J.

Reg. Lat. 580 fol. 226 v.

2223.

22. (25.) Juni 1461.

Biskop Oluf Mortensen (Baden) betaler Servispenge til det pavelige Kammer.

Universis etc. Lodouicus etc. [ϝ: pape camerarius], quod Olauus episcopus Roskildensis pro totali et integra solutione sui communis servitii, in quo camere apostolice sub certis penis etc. ratione perfectionis etc. tenebatur efficaciter obligatus, fl. auri de camera 500, Giliforte de Buoncontibus camere apostolice clerico ac pape thesaurario pro ipsa camera recipiente, ac pro totali et integra solutione unius minuti servitii nobis et dicte camere clericis debitis, pro quo erat in dicta camera similiter obligatus, fl. similes 27 sol. 39 necnon pro totali et integra solutione trium minutorum servitorum familiaribus et officialibus ipsius pape debitorum, pro quibus erat in dicta camera pariformiter obligatus, fl. similes 83 sol. 17, ipsis clericis etc. recipientibus, die date presentium per manus honorabilium virorum Thome de Spinellis et sociorum de Romana curia tempore debito solvi fecit etc. De quibus quidem etc. In quorum etc. Datum Rome die 22. mensis junii anno 3. fl. 3 gr. 4.

Oblig. 78 fol. 65 v.

[1461] Dicta die [c: 25. mensis junii] habuit prefatus thesaurarius, Ambrosio ut supra recipiente, ab Olauo electo Roskildensi pro communi servitio dicte ecclesie per manus Thome de Spinellis et sociorum de Romana curia fl. similes [c: auri de camera] 500.

Introitus et Exitus 446 fol. 68.

2224.

7. Juli 1461.

Nonnen Birgitte Krumpen i Gavne Kloster, som 6 Aar forud havde faaet et Barn med en Lægmand, ansøger om nu paany at blive stillet lige med de andre Søstre i Klostret; Paven overlader Afgørelsen til Biskoppen i Roskilde.

Exponitur pro parte Birgicte Crumpens, monialis monasterii Gabenne ordinis s. Dominici Roskildensis diocesis expresse professe, de nobili genere ex utroque parente procreate, quod ipsa olim ex lapsu carnis devicta a quodam seculari carnaliter cognita exitit prolemque exinde suscepit, propter quod velo capitis ceterisque privilegiis dicti ordinis, quibus cetere moniales dicti monasterii gaudent, privata est. Cum autem de dictis excessibus doleat ab intimis atque sub regulari castimonia per sex continuos annos penitentiam agendo inde reconciliari summe desiderat (!), pro parte dicte Birgitte supplicatur, quatenus eam ad velum capitis et pristinos honores restituere et reponere dignemini necnon sub censuris et penis formidabilibus monialibus monasterii antedicti, quarum interest, precipere, ut eam sic restitutam atque repositam admittant. Fiat, quod ordinarius provideat, prout sibi videbitur. E. Datum Rome non. iulii anno 8.

Suppl. 534 fol. 177.

2225.

9. Juli 1461.

Jens Pedersen faar Kanonikat og Præbende i Aarhus, skønt han forud har Kanonikat og Præbende i Roskilde og en Sognekirke (ikke angivet hvor).

Supplicat Johannes Petri canonicus Roskildensis, quatenus sibi de canonicatu et prebenda ecclesie Arusiensis, vacantibus per obitum Nicolai Hoffueman [fructus 4 mr.], providere dignemini, non obstantibus canonicatu et prebenda ecclesie Roskildensis [fructus 3 mr.] ac quadam parrochiali ecclesia, cuius nominem (!) et cognominem (!) pro expressis habenda, vel in confectione litterarum exprimenda [sint] [fructus etiam 3 mr.], que obtinet. Fiat. E. Datum Rome 7. id. iulii anno 3.

Suppl. 534 fol. 192.

2226.

9. Juli 1461.

Klerken Mogens Andersen fra Roskilde Stift faar Kanonikat og Præbende ved Frue Kirke i København, ledige ved at den forrige Indehaver Bent er gaet ind i Skovkloster.

Cum quidam Benedictus, quosdam canonicatum et prebendam secularis et collegiate ecclesie b. Marie Haffnensis Roskildensis diocesis obtinens, monasterium Skovkloster ordinis s. Benedicti eiusdem diocesis ingressus fuerit, et, quamprimum idem Benedictus professionem emisit aut constiterit eum vitam mutare voluisse aut habitum professorum suscipere et illum per triduum gestaverit, canonicatus et prebenda huiusmodi vacare sperentur, supplicat Magnus Andree clericus dicte Roskildensis diocesis, quatenus sibi de dictis canonicatu et prebenda [fructus 3 mr.] providere dignemini. Fiat. E. Datum Rome 7. id. julii anno 3.

Suppl. 535 fol. 67.

2227.

9. Juli 1461.

Paven befaler Abbeden i Øm Kloster at overdrage Provstiet i Aarhus til Aarhuskanniken Mikkel Pedersen, som forud havde faet Provision derpaa af Biskoppen.

Abbati monasterii b. Marie Careinsule Arusiensis diocesis. Dignum arbitramur etc. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Michaelis Petri canonici ecclesie Arusiensis petitio continebat, quod olim, prepositura dicte ecclesie per liberam resignationem Eyleri Mathie de illa, quam tunc obtinebat, in manibus Johannis episcopi Arusiensis sponte factam et per dictum episcopum auctoritate ordinaria admissam vacante, idem episcopus ipsam preposituram prefato Michaeli eadem auctoritate contulit et de illa etiam providit, ipseque Mich[a]el collationis et provisionis huiusmodi vigore dictam preposituram extilit assecutus. Cum autem dictus Michael dubitet collationem [et] provisionem predictas viribus non subsistere, et predicta prepositura adhuc vacare noscatur, nos discretioni tue mandamus, quatenus, si per diligentem examinationem eundem Michaellem ad hoc idoneum esse reppereris, preposituram predictam, que in dicta ecclesia dignitas non tamen maior post pontificalem existit, et ad quam quis per electionem non assumitur, cuique cura imminet animarum [fructus 4 mr.], prefato Michaeli auctoritate nostra conferas. Datum Rome 7. id. julii anno 3.

P. XXII. 13. kal. aug. anno 3. de Varris.

Reg. Lat. 564 fol. 188; ogsaa Supplik (Fiat. quod provideatur de novo. E.) i Suppl. 534 fol. 211 v.

2228.

11. Juli 1461.

Paven befaler Abbeden i Øm Kloster at overdrage Ærkedegneembedet i Aarhus til Ejler Madsen (Bølle), som i Forvejen var valgt af Kapitlet.

Abbati monasterii b. Marie Careinsule Arusiensis diocesis. Dignum arbitramur etc. Dudum siquidem omnes dignitates in cathedralibus ecclesiis post pontificales maiores . . . dispositioni nostre reservavimus. Et deinde, archidiaconatu ecclesie Arusiensis, qui inibi dignitas maior post pontificalem¹⁾ existit, et ad quem consuevit quis per electionem assumi, quem Marquardus Skernououo²⁾ obtinebat, per obitum eiusdem Marquardi vacante³⁾, sicut exhibita nobis nuper pro parte Eylteri (!) Mathie olim prepositi dicte ecclesie petitio continebat, capitulum dicte ecclesie seu maior et sanior pars illorum, reservationis predict[e] forsán ignari, prefatum Eylerum in archidiaconum eiusdem ecclesie elegerunt, ipseque Eylerus, eiusdem reservationis similiter inscius, electioni huiusmodi illius sibi presentato decreto constitutus [c: consentiens] a Johanne episcopo Arusiensi auctoritate ordinaria confirmari obtinuit necnon electionis et confirmationis earundem pretextu dictum archidiaconatum assecutus existit, licet de facto. Cum autem secundum premissa electio et confirmatio predictae viribus non subsistant, ac dictus archidiaconatus adhuc vacare noscatur, nos, volentes dictum Eylerum, qui de militari genere procreatus existit, favore prosequi gratioso, discretioni tue mandamus, quatenus, si per diligentem examinationem eundem Eylerum ad hoc idoneum esse reppereris, archidiaconatum predictum [fructus 4 mr.] eidem Eylero auctoritate nostra conferas. Datum Rome 5. id. iulii anno 3.

P. XXX. 13. kal. aug. anno 3. de Varris.

Reg. Lat. 564 fol. 186; ogsaa Supplik (Fiat. E.) i Suppl. 535 fol. 101.

2229.

16. Juli 1461.

Klerken Henrik Nielsen (Skarsow) fra Roskilde Stift faar Kanonikat og Præbende i Roskilde, ledige ved Jakob Pedersens Indtræden i Kloster.

Cum quidam Jacobus Petri canonicus Roskildensis voto simplici ad religionem intrandam dudum sit astrictus, quodque solempnizare atque in manibus superioris emittere de proximo intendit vel forsán jam implevit, et propterea canonicatus et prebenda dicte ecclesie, quos optinet, vacare sperantur, supplicat

¹⁾ II: ac curata et electiva ²⁾ II: Skernouero ³⁾ Gz. — Cod. vacante et

Hinricus Nicolai clericus Roskildensis diocesis, de nobili militarium genere ex utroque parente procreatus, quatenus sibi de canonicatu et prebenda predictis [fructus 4 mr.], cum dictus Jacobus professionem expressam fecerit seu absolute vitam mutaverit vel professorum habitum assumpserit in [eoque]¹⁾ triduo perseveraverit vel alias quocunque modo tacite professus fuerit, vacent [o: vacantibus], dignemini providere. Fiat. E. Datum Rome 17. kal. aug. anno 3.

Suppl. 534 fol. 259.

2230.

18. Juli 1461.

Paven befaler Provsterne i Roskilde og ved St. Villehad i Bremen samt Dekanen ved Frue Kirke i København at overdrage Kanonikat og større Præbende i Aarhus til Klerken Johan Jensen (Quitow) fra Roskilde Stift, skønt han forud har Kanonikat og Præbende i Roskilde og Sognekirken i Finderup i Roskilde Stift.

Roskildensis et s. Willehadi Bremensis prepositis ac decano b. Marie Haffnensis Roskildensis diocesum ecclesiarum. Nobilitas generis, vite ac morum honestas [etc.]. Cum itaque canonicatus et quedam maior prebenda ecclesie Arusiensis, in qua maiores et minores prebende fore noscuntur, quos Marquardus Skernon²⁾ obtinebat, per obitum eiusdem Marquardi³⁾ vacent, nos, volentes Johanni Johannis clerico Roskildensis diocesis, qui de nobili genere ex utroque parente procreatus existit et in civitate Perusina annis pluribus studuit, gratiam facere specialem, discretioni vestre mandamus, quatenus canonicatum et maiorem prebendam predictos [fructus 4 mr.] eidem Johanni auctoritate nostra conferre curetis, non obstante quod idem Johannes canonicatum et prebendam ecclesie Roskildensis [fructus 4 mr.] necnon parrochiam ecclesiam in Omderi⁴⁾ (!) Roskildensis diocesis [fructus etiam 4 mr.] noscitur obtinere⁵⁾. Datum Rome 15. kal. aug. anno 3.

O. XX. 10. kal. aprilis anno 4. Pontanus.

Reg. Lat. 580 fol. 47; ogsaa Supplik (Fiat. E.) i Suppl. 534 fol. 217 v.

2231.

3. Sept. 1461.

Biskop Claus (Wulf) i Slesvig, som har oprettet et Embede som Lektor i Theologien og tillagt dette det første ledige Kanonikat og Præbende og sin Broder Johans Efterladenskaber, faar pavelig Bekræftelse derpaa.

¹⁾ add. Gz. — Cod. in triduoque ²⁾ II: Skernolu ³⁾ II: de mense maji proxime effluxi ⁴⁾ II: Umdori ⁵⁾ II: [et] quod nullus inibi ad maiorem prebendam nisi de minori ad maiorem gradatim per optionem ascendat.

Dudum Nicolaus episcopus Slesvicensis, errores et vitia extirpari sanamque doctrinam et virtutes in loco et populo suarum civitatis et diocesis Slesvicensis inseri desiderans, ad honorem omnipotentis dei, b. Marie, b. Petri et omnium sanctorum pro decore et venustate ecclesie Slesvicensis de Godschalci Rexstorpp prepositi et capituli eiusdem ecclesie capitulariter congregatorum assensu statuit, quod primo vacaturi canonicatus et prebenda dicte ecclesie sint perpetuo reservati pro magistro in theologia, qui eo ipso, quod licentiatum in theologia acceptaret et per ipsos capitulum acceptatus foret, esset canonicus dicte ecclesie ad prebendam in Sedorp in eadem ecclesia sic, quod alias prebendas et curas canonicas optare non posset, ipseque magister locum in capitulo et stallum in choro haberet ultra seniores canonicos eiusdem ecclesie, legeret quoque singulis ebdomadis die veneris finito completorio vel aliis die et horis lectionem sibi injungendam et in summis festivitatibus vice summam missam habentium solempniter predicaret, dummodo ad hec per canonicum, ad quem celebratio summe misse huiusmodi spectaret pro tempore, antea ad octo dies deprecaretur, et pro onere predicandi huiusmodi magister pro tempore existens ab oneribus chori et actibus capitularibus exoneratus existeret necessitate cessante, necnon ad instantiam dicti episcopi aut successorum suorum seu capituli predicte ecclesie per unum ex illius canonicis vocatus actibus capitularibus interesset, in maioribus negotiis sibi injungendis sollicitudinem suam impensurus, divina eum conti[n]gentia celebraret, distributiones cotidianas etiam absens propter studium lectionis vel sermonis, dummodo hoc distributori distributionum huiusmodi intimaret, cum integritate et panes prebendales sicut alii ipsius ecclesie canonici perciperet, ad capam choralem sive pluviale dandam seu dandum seu propriam solvendam non teneretur, sed illorum loco cedens aut decedens librum aut aliam rem tanti valoris pro usu sui successoris relinqueret, et, si magister ipse residens propter infirmitatem corporalem onera predicta supportare non posset, tunc ad arbitrium episcopi pro tempore existentis et dictorum capituli tanta¹⁾ de fructibus canonicatus et prebende perciperet, quod de illis posset commode sustentari, et residuum per eum converteretur in utilitatem officii ipsius magistri pro libris aut aliis ipsi officio necessariis, et, si dictus magister se absentaret seu onera ipsa sup-

¹⁾ Cod. cui

portare recusaret et monitus infra competentem terminum se emendare non curaret, caderet ab omni jure sibi in canonicatu et prebenda predictis quomodolibet competenti. Et nichilominus, ut ipse magister decentius statum suum tenere et onera ipsa commodius supportare valeret, idem episcopus, ut executor testamenti vel ultime voluntatis Johannis Wulff eius fratris, omnia bona mobilia et immobilia ubicunque existentia et fructus ac pecuniarum summas dicti Johannis ad altare cappelle animarum site in ecclesia predicta in parte occidentali ad meridiem assignata cum domo et curia ad hoc deputatis de dictorum prepositi et capituli consensu canonicatui, prebende ac officio predictis incorporavit ita, quod magister ipse domum et curiam huiusmodi in structuris conservare teneretur et singulis lune animarum, mercurii de sancto spiritu et veneris diebus de sancta Cruce missas celebraret seu celebrari faceret et in sermonibus suis populum, ut pro anima ipsius Johannis orarent, fideliter exortaretur. Ordinavit etiam idem episcopus, quod, postquam dicto magistro pro victu et vestitu juxta arbitrium episcopi et capituli predictorum forte [c: foret] competenter et decenter provisum, redditus 3 mr. . . .¹⁾ de dictis bonis ipsius Johannis capitulo et dominis interessentibus pro perpetua memoria eiusdem Johannis cederent juxta consuetudinem dicte ecclesie distribuendi, prout in instrumento publico inde confecto plenius continetur. Supplicat igitur episcopus prefatus, quatenus statuto, ordinationi seu incorporationi predictis aliisque premissis pro eorum subsistentia firmiori robur apostolice confirmationis adjicere seu canonicatum et prebendam predictos de novo sub modo et formis predictis pro magistro in theologia huiusmodi perpetuo reservare, [et ut]²⁾ sub quibuscunque litteris apostolicis minime comprehendantur, nec littere ipse et processus habitus vel habendi per easdem ad illos se extendant, censure quoque processuum eorundem neminem ardent nulliusque existant roboris vel momenti, decernere dignemini. Fiat. E. Datum Tibure 3. non. sept. anno 4.

Suppl. 537 fol. 66 v.

Slesvicensis. Pro Nicolao Slesvicensi episcopo confirmatio concessionis, applicationis et deputationis respectu canonicatus et prebende theologalis.

Uddrag af Garampi efter Reg. Lat. Pii II anno 3 lib. 18 (tabt) fol. 1.

¹⁾ Et Par Ord mangler i Supplikbindet. ²⁾ add. Gz.

Instrumentum unionis, incorporationis et foundationis pro lectore et magistro theologiæ in ecclesia Slesvicensi ab episcopo Slesvicensi Nicolao 1458 factæ et deinceps a Pio II anno 1461 confirmatæ 3. non. sept., addito privilegio, quod episcopus et capitulum habeant potestatem lectorem instituendi. 1463. 23. sept.

Uddrag i Westphalen IV, 3188 Nr. 73. Jfr. Ældste Archivreg. V, 551. (Reg. 4187).

2232.

10. Sept. 1461.

Klerken Mogens Andersen fra Roskilde Stift faar Sognekirken i Vejlbj i Aarhus Stift, skønt han forud har Kanonikat og Præbende i København.

Supplicat Magnus Andree clericus Roskildensis diocesis, quatenus sibi de parrochiali ecclesia Weylbj Arusiensis diocesis [fructus 4 mr.], vacante per mortem Esberni, providere dignemini, non obstantibus canonicatu et prebenda collegiate ecclesie Hoffnensis Roskildensis diocesis [fructus 3 mr.]. Fiat. E. Datum Tibure 4. id. sept. anno 4.

Suppl. 537 fol. 54.

2233.

11. Sept. 1461.

Præsten Laurens Olufsen fra Slesvig Stift faar Kanonikat og større Præbende i Haderslev, skønt han forud har Sognekirken i Halk i samme Stift og Præsten Niels Hoveman fra Slesvig Stift i over eet Aar har siddet inde med Kanonikatet og Præbenden (jfr. Nr. 2240).

Licet olim de prebenda maiori et canonicatu collegiate ecclesie b. Marie virginis in Hadersloff Slesvicensis diocesis, per obitum eiusdem [c: cuiusdam] Johannis Wilmeri [vacantibus], cuidam Burchardo Idzehude per Calistum predecessorem vestrum provisum extitit, idem tamen Bachardus (!) litteris desuper non expeditis in Romana curia diem clausit extremum. Cum igitur canonicatus et prebenda predicti vacare noscantur, supplicat Laurentius Alani presbiter dicte Slesvicensis diocesis, quatenus sibi de canonicatu et prebenda predictis [fructus 3 mr.] providere dignemini, non obstantibus parrochiali ecclesia Halcke diocesis antedicte [fructus 3 mr.], quam possidet, ne non tolerata facti [c: de facto] possessione quondam Nicolai Howemann, ipsos canonicatum et prebendam absque provisione vel collatione apostolica per annum et ultra indebite occupantis. Fiat. E. Datum Tibure 3. id. sept. anno 4.

Suppl. 537 fol. 96 v.

2234.

11. Sept. 1461.

Klerken Mads Nigeman fra Slesvig Stift faar Dispensation til, skønt han er blind paa det ene Øje, at lade sig indvie til de højere gejstlige Grader og modtage gejstlige Embeder.

Exponitur pro parte Mathei Nigeman clerici Slesvicensis diocesis, quod, cum dudum ipse in juvenili etate constitutus quadam gravi infirmitate detineretur, de qua quod resurgeret, nulla vel modica spes resultabat, ac postea ad convalescentiam¹⁾ perveniens se fecit ad omnes minores ordines rite promoveri, tandem quadam pellicula seu pustulla (!) quadam super visum oculi sui sinistri crescere incipiente, se auxilio et consilio cuiusdam medici subjiciens, unde, quod forte ex defectu medici provenit, visu eiusdem oculi absque tamen clausione eiusdem privatus fuit, deformitate aliquali contracta. Cum autem prefatus Matheus, qui in scholis particularibus aliquamdiu studuit ac voto parentum suorum, quod tempore infirmitatis huiusmodi emisisse dicuntur, videlicet quod ipse Matheus, si de infirmitate huiusmodi convalesceret²⁾, se faceret ad omnes sacros ordines promoveri et altissimo deserviret, satisfacere cupiens ex singulari devotionis fervore desideret se ad omnes sacros ordines facere promoveri³⁾, [supplicat igitur, quatenus secum, ut ad omnes sacros ordines se facere promoveri] necnon quecunque beneficia se (!) invicem compatibilia, si alias canonicè sibi conferantur, auctoritate quacunque recipere et retinere libere valeat, dispensare dignemini. Fiat et committatur episcopo Torcellano. E. Et quod littere desuper necessarie sub sigillo maioris penitentiarii expediantur. Fiat. E. Datum Tibure 3. id. sept. anno 4.

Suppl. 537 fol. 52.

2235.

24. Sept. 1461.

Kong Christiern faar bevilget, at der paa bestemte Dage skal gives dem, som besøger Domkirken i Slesvig, Aflad; Brevet skal gælde for al Fremtid.

Supplicat Cristiernus Dacie Svecie Vorbegie (!) [ɔ: Norvegie] Slauorum Gothorumque rex, quatenus, ut solempnis et inclita Slesvicensis ecclesia in suis domineis sita, que quondam gloriosissimis hedificiis ac ornamentorum insigniis prefulgebat, jam proch[d]olor propter maximas guerrarum turbines et maris alluviam, quas passa est, ad ruinam omnimode tendat (!) et extenuetur (!), Christi fidelium adjuta benevolis subventionibus

¹⁾ Cod. cavalentiam ²⁾ Cod. cavalesceret ³⁾ Teksten stærkt korrump; hele den egentlige Ansøgning mangler.

refficiatur, omnibus Christi fidelibus utriusque sexus vere penitentibus et confessis, [qui] ecclesiam predictam a primis vesperis festivitatis nativitatis virginis Marie et per octavam eiusdem devote visitaverint annuatim . . . , decem annorum indulgentiam et totidem quadragenarum perpetuo duraturam pro animarum suarum salute de injunctis eis penitentiis concedere dignemini. Fiat de indulgentiis septem annorum in festo et in die octave et in aliis diebus infra centum dierum. E. Et in dicta festivitate et per eius octavam. Et quod indulgentie huiusmodi perpetuo durent. Fiat ut supra. E. Datum Tibure 8. kal. oct. anno 4.

Suppl. 537 fol. 22.

2236.

30. Sept. 1461.

Optegnelse om. at Biskop Oluf Mortensen (Baden) i Roskilde betaler 200 Gylden for Bekræftelsen af Kapitlets Valg (jfr. Nr. 2218).

[1461] Dicta die [ultima mensis sept.] habuit prefatus thesaurarius, dicto Ambrosio ut supra recipiente, ab Olauo electo Roskildensi pro compositione confirmationis sibi per sanctissimum dominum nostrum papam concessa per manus honorabilium virorum Thome de Spinellis et sociorum de Romana curia fl. auri de camera 200.

Introitus et Exitus 449 fol. 7 v.

2237.

7. Okt. 1461.

Kardinalerne Nicolaus (de Cusa), Petrus (Barbus) og Johannes (de Mella) giver Aflad til dem, som paa bestemte Dage besøger Claranonnernes Klosterkirke i Roskilde; Brevet skal gælde for al Fremtid.

Nicolaus tituli s. Petri ad vincula, Petrus tituli s. Marci, Johannes tituli s. Prisce . . sacrosancte Romane ecclesie presbiteri cardinales, universis has litteras visuris et auditoris. Splendor paterne glorie, qui sua mundum ineffabili illuminat claritate, pia vota fidelium de ipsius clementissima majestate sperantium tunc precipue benigno favore prosequitur, cum devota ipsorum humilitas sanctorum precibus et meritis adjuvetur. Cupientes igitur, ut ecclesia monasterii sanctimonialium ordinis s. Clare civitatis Roskildensis congruis frequentetur honoribus, fidelesque eo libentius devotionis causa confluant ad eandem ac ipsius et monasterii structuris et reparationi dictarumque sanctimonialium sustentationi et subventioni manus porrigant adjutrices, omnibus vere penitentibus et confessis, qui dictam ecclesiam in die parasceves ac dominicis resurrectionis domini nostri Jesu Christi et pentecostes necnon eiusdem s. Clare, in cuius honorem

dicta ecclesia dedicata existit, et ipsius ecclesie dedicationis festi-
vitatibus et celebritate huiusmodi (!) devote visitaverint annuatim
et ad constructionem, reparationem et augmentationem edifici-
orum, calicum, librorum, campanarum aliorumque ornamen-
torum pro divino cultu necessariorum in dictis ecclesia et mo-
nasterio et ad ipsarum sanctimonialium sustentationem et sub-
ventionem in earum necessitatibus de bonis sibi a deo collatis
pie et caritative quotienscunque manus porrexerint adiutrices,
nos cardinales prefati et quilibet nostrum pro qualibet vice et
qualibet dierum et festivitatum predictarum ac celebritate huius-
modi centum dies indulgentiarum de injunctis eis penitentiis
relaxamus, presentibus vero perpetuis futuris temporibus dura-
turis. In quorum omnium fidem et testimonium premissorum
presentes litteras nostras exinde fieri nostrorumque cardinalatum
sigillorum jussimus et fecimus appensione communiri. Datum
Rome in domibus nostrarum solitarum residentiarum sub anno
1461 indictione 9, die vero 7. mensis oct. pontificatus anno 4.

Paa Plica: Ad laudem omnipotentis dei, b. Clare virginis
inclite et omnium sanctorum frater Olauus lector domus Nestue-
densis ordinis Minorum procuravit huic loco has indulgentias
in curia, pro quo deum orate.

Orig. med [3] Segl. 1) Gejstligt; af Omskriften kan læses: Nico . . . dinalis
de Cusa. 3) Stump; af Omskriften kan læses: cardinalis. Arnemagn. Dipl.
LXII, 8. L. Dipl.

2238.

8. Okt. 1461.

Klerken Wilhelmus Hemmingi fra Bremen Stift faar et evigt Vikariat i
Selmsdorf i Ratzeburg Stift, skønt han forud har et evigt Vikariat i Sønder-
borg i Odense Stift.

Lite pendente in vestro sacro palatio causarum apostolico
inter Wilhelmum Hemmingi clericum Bremensis diocesis et quen-
dam Johannem Ruden presbiterum Lubicensis diocesis de per-
petuo sine cura beneficio ad altare b. Katherine virginis, quod
de jure patronatus laicorum esse pretenditur, in parrochiali ec-
clesia Tselmerstorp Raseburgensis diocesis situm, prefatus vero
reus et possessor diem vite sue clausit extremum. Supplicat
dictus Wilhelmus, quatenus ipsum in omni jure, quod dicto
Johanni tempore obitus sui huiusmodi in dicto beneficio quo-
modolibet competebat, et ad possessionem, in qua dictus Jo-
hannes tempore huiusmodi sui obitus existebat, surrogare jusque
predictum sibi conferre et providere dignemini de eodem [fructus

3 mr.], non obstante perpetuo sine cura simplici beneficio in cappella Sunderburgensi Ottoniensis diocesis [fructus 2 mr. deductis oneribus], quod idem orator possidet. Fiat. E. Datum Rome 8. id. oct. anno 4.

Suppl. 537 fol. 275 v.

2239.

24. Okt. 1461.

Præsten Laurens Olufsen fra Slesvig Stift faar ny Provision paa Kanonikat og Præbende i Haderslev trods urigtig Angivelse i sin tidligere Supplik (Nr. 2233).

Reformatio.

Nuper s. v. Laurentio Olauui presbitero Slesvicensis diocesis de canonicatu et prebenda ecclesie collegiate b. Marie in Hadersleyff dicte Slesvicensis diocesis sedi apostolice reservatis gratiose provideri concessit. Sed quia in dicta supplicatione, ut a quibusdam asseritur, tempus et causam detentionis eorundem minus sufficienter videtur expressisse, dignetur s. v. litteras super huiusmodi gratia confectas sive conficiendas expediri mandare. Fiat. E. Datum Rome 9. kal. nov. anno 4.

Suppl. 529 fol. 41 v.

2240.

29. Okt. 1461.

Paven befaler Provsterne i Roskilde og ved St. Villehad i Bremen samt Kanniken Albert Krummedige i Lübeck at overdrage Præsten Laurens Olufsen fra Slesvig Stift Kanonikat og Præbende i Haderslev, skønt han forud har Sognekirken i Halk i samme Stift (jfr. Nr. 2235).

Roskildensis et s. Willehadi Bremensis ecclesiarum prepositis ac Alberto Crummedijk canonico Lubicensi. Vite ac morum honestas [etc.]. Dudum siquidem per Calistum papam III accepto, quod canonicatus et prebenda collegiate ecclesie b. Marie [in] Hadersleff dicte diocesis, quos Johannes Wilmeri obtinebat, per obitum eiusdem Johannis vacabant, tunc idem predecessor de ipsis canonicatu et prebenda Borchardo Ydzhude clerico Lubicensis diocesis gratiose provideri concessit. Cum itaque postmodum prefatus Brochardus (!), litteris apostolicis super huiusmodi concessionis gratia nondum confectis, apud sedem apostolicam fuerit vita functus, et canonicatus et prebenda predicti adhuc vacare noscantur, licet Nicolaus Houeman, qui se gerit pro presbitero eiusdem diocesis, dictos canonicatum et prebendam absque canonico titulo sibi quoad hoc quomodolibet suffragante per triennium et ultra, citra tamen quadriennium, post appositionem manuum dicti Calisti detinuerit, prout detinet,

indebite occupatos, nos, volentes Laurentio Olai, rectori parochialis ecclesie Halcke Slesvicensis diocesis, qui presbiter est, gratiam facere specialem, discretioni vestre mandamus, quatenus, si, vocatis Nicholao et aliis vocandis, ita esse ac canonicatum et prebendam predictos [fructus 3 mr.] . . . vacare repereritis, illos eidem Laurentio auctoritate nostra conferre curetis, non obstante quod ipse Laurentius parrochiam ecclesiam predictam [fructus 3 mr.] noscitur obtinere. Datum Rome 4. kal. nov. anno 4.

≡

X

X

Reg. Vat. 483 fol. 20.

2241.**8. Nov. 1461.**

Klerken Willelmus Hemmingi fra Bremen Stift faar paany tildelt et evigt Vikariat i Selmsdorf i Ratzeburg Stift, skønt han forud har et evigt Vikariat i Sønderborg i Odense Stift (jfr. Nr. 2238).

Alias pro parte Willēlmi Hemmigni (!) clerici Bremensis diocesis de perpetuo sine cura simplici beneficio ad altare b. Catherine virginis, quod de jure patronatus laicorum esse pretenditur, in parochiali ecclesia ville Teselmerstorp Raseburgensis diocesis situm, ad quod jus se pretendebat habere, causa in Romana curia Johanni Didaci de Coca vestri sacri palatii apostolici causarum [auditori] commissa, et in ea citatione ad partes contra quendam Johannem Ruden pretensum presbiterum dicti beneficii detentorem de certa [c: decreta] et missa et ad eius notitiam deducta, idem Johannes diem vite sue clausit extremum, et a nonnullis dictum beneficium asseritur adhuc vacare. Supplicat igitur dictus Willelmus, quatenus, litem et causam ad vos advocantes easque penitus extinguentes, dicto Willelmo de dicto beneficio [fructus 3 mr.] providere dignemini, non obstantibus jure patronatus predicto, cui pro hac vice placeat derogare, necnon simplici quodam sine cura beneficio in capella Sunderburgensi Ottoniensis diocesis [fructus 2 mr.], quod idem orator obtinet. Fiat. E. Datum Rome 6. id. nov. anno 4.

Suppl. 539 fol. 262 v.

2242.**20. Dec. 1461.**

Klerken Martinus Molner fra Camin Stift faar Sognekirken i Husum i Slesvig Stift.

Supplicat Martinus Molner clericus Caminensis diocesis, in utroque jure baccalaureus, quatenus sibi de parochiali ecclesia

in Husem Slesvicensis diocesis, per obitum Henrici Brant vacante [fructus 5 mr.], dignemini providere Concessum. R. Valentinus. Datum Rome 13. kal. jan. anno 4.

Suppl. 536 fol. 46 v.

2243.

9. Jan. 1462.

Paven befaler Biskoppen i Børglum at overdrage Provstiet i Børglum Kloster til Kanniken sammesteds Anders Jakobsen, som er præsenteret til Embedet af Kongen og valgt af Kapitlet.

Episcopo Burglanensi. Dignum arbitramur etc. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Andree Jacobi, canonici monasterii b. Marie de Burgla Premonstratensis ordinis tue diocesis, petitio continebat, quod olim, prepositura dicti monasterii, que conventualis et electiva ac de jure patronatus regis Dacie pro tempore existentis ex privilegio apostolico, cui non est hactenus in aliquo derogatum, existit, et quam Jonas etiam de Burgla obtinebat, per obitum eiusdem Jone vacante, Cristiernus rex Dacie, verus patronus dicte prepositure ac existens in pacifica possessione vel quasi juris presentandi personam idoneam ad ipsam preposituram, dum pro tempore vacat, eundem Andream ad predictam preposituram conventui dicti monasterii infra tempus legitimum presentavit, post quam quidem presentationem prefati conventus . . . eundem Andream, ordinem ipsam expresse professum et in etate legitima constitutum, in eorum et prefati monasterii prepositum concorditer elegerunt, ipseque Andreas electioni huiusmodi illius sibi presentato decreto consentiens eam obtinuit ordinaria auctoritate confirmari, necnon presentationis, electionis et confirmationis huiusmodi vigore preposituram ipsam extitit assecutus illamque extunc possedit, prout possidet. Cum autem dubitet presentationem, electionem et confirmationem huiusmodi viribus non subsistere, et prepositura ipsa adhuc vacare noscatur, nos, [volentes] prefatum Andream favore prosequi gratioso, fraternitati tue mandamus, quatenus, si per diligentem examinationem eundem Andream ad idoneum esse reppereris, preposituram ipsam [fructus 6 fl. auri de camera]¹⁾ ipsi Andree auctoritate nostra conferas . . . Datum Rome 5. id. jan. anno 4.

P. XXVI. 7. kal. febr. anno 4. de Varris.

Reg. Lat. 572 fol. 144; ogsaa (II) Supplik (Fiat. E.) i Suppl. 541 fol. 52 v; jfr. ogsaa Nr. 2244.

¹⁾ II: 6 mr.

2244.

[9. Jan. 1462.]

Anders Jakobsen faar Provisionsbrevet paa Provstiet i Børglum Kloster udstedt paany med Angivelse af, at Indtægten er 6 Gylden, og ikke, som i den første Supplik anført, 6 Mr.

Pridie s. v. Andree Jacobi, canonico monasterii b. Marie de Burgla Premonstratensis ordinis Burglanensis diocesis, de prepositura dicti monasterii, que conventualis et electiva ac de jure patronatus regis Dacie pro tempore existentis existit, mandavit provideri, prout in supplicatione desuper signata plenius continetur. Cum autem ob dantis supplicationem huiusmodi in forma camere defectum expressum fuit in dicta supplicatione, quod illius prepositure fructus 6 mr. arg. valebant, licet 6 fl. auri de camera non excedunt, dignetur igitur s. v. litteras apostolicas super huiusmodi supplicatione conficiendas cum expressione et extimatione, quod fructus 6 fl. auri de camera non excedunt, in cancellaria apostolica et in quibuscunque aliis locis expedire [o: -ri] mandare. Fiat. E. Et sub data prime supplicationis. Fiat. E.

Suppl. 541 fol. 180.

2245.

14. (og 16.) Jan. 1462.

Klerken Ville Friis fra Ribe Stift faar Provstiet i Thy og Hvidbjerg Kirke.

Nuper parrochiali ecclesia, prepositura rurali nuncupata¹⁾, in insula Tude et in parrochia Hundbergh sita Burglanensis diocesis per obitum Olavi Bertingh vacante, Vilhadus Frise clericus Ripensis, de nobili genere ex utroque parente procreatus, illam auctoritate ordinaria collatam sibi assecutus extitit illamque extunc possedit, prout possidet. Dubitat idem Wilhadus collationem et provisionem ac assecutionem huiusmodi viribus non subsistere, ipsamque parrochiam adhuc vacare dignoscitur. Supplicat igitur dictus Wilhadus, quatenus sibi de dicta parrochiali ecclesia [fructus 5 mr.]²⁾ de novo providere secumque³⁾ super defectu etatis, quem patitur in vigesimo secundo sue etatis anno constitutus, dispensare³⁾ dignemini. Fiat et solvat annatam integram. E. Datum Rome 19. kal.⁴⁾ febr. anno 4.

Suppl. 541 fol. 152 v og (II) fol. 263 v.

2246.

1. Marts 1462.

Klerken Lyder Jensen (Quitow) fra Roskilde Stift og Roskildekanniken Johan Jensen (Quitow) lover at betale Annater af Kanonikat og Præbende i Roskilde, som den sidste har faaet.

¹⁾ II: prepositura rurali in . . . ²⁾ II: 16 fl. auri de camera

³⁻³⁾ secumque—dispensare mangler i II. ⁴⁾ II: 17. kal. febr.

[1462] Dicta die [c: 1. mensis martii] Liderus Johannis clericus Roskildensis diocesis principalis ac Johannes Johannis canonicus Roskildensis ut principales et quilibet eorum in solidum obligarunt se camere apostolice super canonicatu et prebenda ecclesie Roskildensis [fructus 8 mr.], videlicet de solvendo in curia infra sex menses proxime futuros, per promotionem Olavi Martini ad ecclesiam Roskildensem factam [vacantibus] et collatis eidem sub data Rome 16. kal. maji anno 3.

Annate 1461—62 fol. 80 v (Archivio di Stato).

2247.

20. Marts 1462.

Paven giver Handelshuset Franciscus Neronis & Co. Sikkerhed for et alle-rede ydet Laan paa 12500 Gylden, bl. a. i Penge indsamlede af Marinus de Fregeno, der er Kollektor »i Vestens Egne«.

Francisco Neronis et sociis civibus et mercatoribus Florentinis. Nuper, cum nos pro quibusdam necessariis Romane ecclesie expediendis negotiis certa summa pecunie indigeremus, vos nobis et camere apostolice quantitatem 12500 fl. auri de camera de propriis vestris pecuniis liberaliter mutuastis animo et intentione pecunias ipsas a nobis et camera predicta recuperandi, quas pecunias nos in oportunitis negotiis dicte Romane ecclesie integre converti fecimus. Nos itaque, super restitutione dicte quantitatis 12500 fl. auri de camera indemnitati vestre, prout rationabile et conveniens est, providere volentes, nostro et successorum nostrorum . . . nomine vobis harum serie promittimus bona fide totam dictam summam vobis sine ulla exceptione, diminutione aut cavillatione integre et cum effectu restituere ac propterea quantitatem predictam 12500 fl. auri de camera per vos, ut premittitur, mutuatorum super omnibus pecuniarum quantitibus exactis et imposterum exigendis per Marinum de Frigeno, in partibus occidentalibus pecuniarum sancte cruciate collectorem, ac super omnibus pecuniarum summis . . . occasione certe sententie condemnationis de persona episcopi Dunelmensis in Anglia necnon super omnibus pecuniis proventis et proventuris ad manus Nicolai de Albizzis in partibus Ispanie tenore presentium assignamus Datum Rome 13. kal. aprilis anno 4.

De curia.

Reg. Vat. 518 fol. 77. Jfr. Dipl. Norv. XVII, 556.

Se Nr. 2205.

10. April 1462.

2248.

23. April 1462.

Klerken Esger Nielsen fra Ribe Stift faar Sognekirken i Darum, som Klerken Peder Henriksen fra samme Stift uretmæssig sad inde med.

Cum quidam Petrus Henrici clericus Ripensis diocesis dudum ante tempora(?) suasionem diabolica manus violentas injec[er]it in clericum atque usque ad magnam sanguinis effusionem leserit sitque propterea excommunicationis sententie a jure prolate laqueo involutus, sibique, communionem [o: -ni] fidelium minime restituto, parrochialis ecclesia, in Darum vulgariter nuncupata, nulliter collata exit[er]it, ipseque Petrus per annum et ultra dictam ecclesiam in anime sue dispendium indebite occupaverit interimque sacros ordines juxta statuta canonica non susceperit, pro parte Esgeri Nicolai clerici predictae Ripensis diocesis supplicatur, quatenus sibi de ecclesia parrochiali prefata [fructus 4 mr.] providere dignemini. Fiat. E. Datum Rome 9. kal. maji anno 4.

Suppl. 543 fol. 59 v.

2249.

23. April 1462.

Roskildekanniken Johan Jensen (Quitow) faar Sognekirken i Harboøre, skønt han forud har Sognekirken i Finderup i Roskilde Stift og Krav paa Kanonikat og Præbende i Aarhus.

Cum quidam Jacobus Cristiani, alias dictus Vindh, parrochialem ecclesiam, in Harboere communiter appellatam, per annum et ultra possederit sacrosque ordines juxta statuta canonica interim non susceperit, et propterea parrochialis ecclesia predicta vacare dinoscitur(!) et vacet ad presens, quare pro parte Johannis Johannis canonici Roskildensis, de nobili militarium genere ex utroque parente procreati, qui in civitate vestra Perusina pluribus studuit annis, supplicatur, quatenus sibi de ecclesia parrochiali predicta [fructus 4 mr.], non obstantibus canonicatu et prebenda ecclesie Roskildensis [fructus 4 mr.] necnon parrochiali ecclesia in Findropi Roskildensis diocesis [fructus 4 mr.] ac canonicatu et prebenda ecclesie Arusiensis [fructus 4 mr.], quos non possidet, providere dignemini. Fiat. E. Datum Rome 9. kal. maji anno 4.

Suppl. 547 fol. 28.

2250.

29. April (8. Juli) 1462.

Kong Christiern faar bevilget, at Brødrene og Søstrene (85 i Tallet) i Birgittinerklostret Munkeliv, der er ødelagt af Krige, maa overføres til Hovedøens Cistercienserkloster, hvor der kun er 12 Munke, og omvendt Hovedøens Munke til Munkeliv, saa at dette bliver Cistercienserkloster og Hovedøen Birgittinerkloster. Han anfører, at hans Raad har givet sit Samtykke, og lover at støtte Klostret.

Licet domus b. Marie et s. Brigitte (*Dipl. Norv. XVII, 556—58*).
Fiat de consensu. E. Datum Rome 3. kal. maji anno 4.

Suppl. 543 fol. 157 v og 545 fol. 155, her dog Datum in abbatia s. Salvatoris
Clusine diocesis 8. id. julii anno 4.

2251.

13. Maj 1462.

Ribekanniken Jens Gummesen faar Dekanatet i Ribe, hvortil Kapitlet
havde valgt ham.

Episcopo Slesvicensi. Apostolice sedis providentia circum-
specta [etc.]. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Johannis
Gunnonis¹⁾ canonici Ripensis petitio continebat, quod olim, de-
canatu ecclesie Ripensis, ad quem consuevit quis per electionem
assumi, et quem Andreas Schelen ab illius forsan fundatione et
erectione primevis sibi canonice collatum obtinebat, per obitum
eiusdem Andree vacante, capitulum predictae ecclesie pre-
fatum Johannem in ipsius ecclesie decanum concorditer elegerunt,
ipseque Johannes electioni huiusmodi illius sibi presentato
decreto consentiens eam postmodum obtinuit per episcopum
Ripensem ordinaria auctoritate confirmari necnon electionis et
confirmationis huiusmodi vigore ipsius decanatus possessionem
extitit assecutus. Cum autem de viribus erectionis, fundationis
et dotationis huiusmodi a nonnullis hesitetur, ipseque Johannes
etiam dubitet electionem et confirmationem predictas non valere,
et decanatus ipse adhuc vacare noscatur, pro parte dicti Johan-
nis nobis fuit supplicatum, ut fundationi, erectioni et dotationi
premissis pro illarum subsistentia firmiori robur apostolice con-
firmationis adjicere dignemur. Nos igitur, de premissis certam
notitiam non habentes, fraternitati tue mandamus, quatenus, si
et postquam tibi de fundatione, dotatione²⁾ ac erectione huius-
modi decanatus legitime constiterit, illas auctoritate nostra con-
firmes, et nichilominus, si per diligentem examinationem eun-
dem Johannem ad hoc idoneum esse reppereris, decanatum
predictum, qui in dicta ecclesia dignitas non tamen maior post
pontificalem existit, cuique cura imminet animarum [fructus
3 mr.], prefato Johanni eadem auctoritate etiam conferas. Da-
tum Viterbii 3. id. maji anno 4.

Her. L. 13. kal. aug. anno 4. pro magistris registri.

Reg. Lat. 579 fol. 90 (og i Barth. K., fol. 447 ff.; Reg. *6333); ogsaa (II)
Supplik (Fiat. E.) i Suppl. 544 fol. 10.

¹⁾ II: Gummonis ²⁾ Cod. donatione

2252.

24. Maj 1462.

Paven bekræfter Kong Christierns Brev, hvorved Brødrene Laurens og Leve Leve faar Lov til at nyde Ridder-Privilegier og føre adeligt Vaaben.

Laurentio Leuen advocato seu capitaneo Frisie Indemstrande¹⁾ et Leue²⁾ Leuessone fratribus laicis Slesvicensis diocesis. Sincere devotionis affectus [etc.]. Sane pro parte vestra nobis nuper exhibita petitio continebat, quod alias Cristiernus rex Dacie, qui etiam dux Slesvicensis et comes Holtzatie existit, vobis propter vestrarum virtutum merita et grata familiaritatis obsequia, que sibi et Adolpho duci Slesvicensi, dum vixit, impendistis, ac vestris heredibus, ut vos et ipsi omnibus privilegiis ad instar militum et de militari genere procreatorum comitatus Holtzatie et ducatus Slesvicensis in vestris et eorum bonis hereditariis, villis et possessionibus presentibus et futuris necnon armis, quibus parentes vestri hactenus usi fuerant, videlicet duobus gladiis albis per transversum in modo crucis in clipeo rubeo, ac ultra illa galea et super ea prosigno ipsius galee eisdem armis cum rubeo et albo coloribus et corona aurea, uti possetis, per suas litteras gratiose concessit. Quare pro parte vestra nobis fuit supplicatum, ut concessionem predictam pro eius subsistentia firmiori robur apostolice confirmationis adjicere dignaremur. Nos itaque . . . , concessionem predictam ratam et gratam habentes, illam . . . confirmamus ac presentis scripti patrocinio communimus. Datum Viterbii 9. kal. junii anno 4.

Her. XXX. pro magistris registri.

Reg. Lat. 579 fol. 152; ogsaa (II) Supplik (Fiat. E.) i Suppl. 545 fol. 76.

2253.

29. Maj (29. Juli) 1462.

Kong Christierns Kansler Daniel Kepken, Kannik og Kantor i København, faar Dispensation til i nogle (5 eller 3) Aar ikke at lade sig præstevie.

Supplicat Daniel Kepken canonicus et cantor ecclesie Haffnensis Roskildensis diocesis, Cristierni regis Dacie cancellarius, in minoribus ordinibus constitutus, quatenus secum, ut dicti regis servitiis insistendo se ratione canonicatus et prebende ipsius ecclesie, si ipse ex illis [c: illius] statutis et consuetudinibus ad hoc teneatur, et cantorie dicte ecclesie, que inibi dignitas principalis curata et electiva existit, quos obtinet, ad aliquem ex sacris ordinibus promoveri facere minime teneatur, dispen-

¹⁾ II: Niderumstrande ²⁾ II: Junge Loue

sare dignemini, dummodo propterea cura animarum non negligatur, sed canonicatus et prebende ac cantorie predictorum onera congrue supportentur. Fiat ad quinque¹⁾ annos. E. Datum Viterbii 4. kal. junii anno 4²⁾.

Suppl. 544 fol. 277 og (II) 546 fol. 34.

2254.**1. Juni 1462.**

Benedikt Ahlefeld til Tørning og hans Hustru faar Tilladelse til at have Rejsealter og lade holde Gudstjeneste før Daggry paa Tørning samt paa Steder, som er underlagte Interdikt.

Supplicat Benedictus van Anholt [o: Aleueld] laicus nobilis Slesvicensis diocesis, quatenus sibi, ut sibi et uxori sue liceat habere altare portatile cum debitis reverentia et honore, in quo ipsi³⁾ per presbiterum idoneum secularem vel cuiuscunque ordinis regularem in sua et familiarium suorum presentia in castro suo Dornigen dicte diocesis etiam ante diem et in locis apostolica vel alia quavis auctoritate ecclesiastico suppositis interdicto, dummodo causam non dederint interdicto, excommunicatis et interdictis exclusis etc., celebrari facere necnon ecclesiastica sacramenta ministrare facere et illa recipere et in ecclesiis et cimiteriis sepeliri possint, concedere dignemini. Fiat. E. Datum Viterbii kal. junii anno 4.

Suppl. 545 fol. 52.

2255.**3. Juni 1462.**

Paven befaler Abbeden i Løgumkloster i Ribe Stift at bekræfte den Inkorporation af St. Andreas Kirken i Vestervedsted i Ribekapitlet, som Biskop Henrik (Stangenberg) i Ribe havde foretaget.

Abbati monasterii Loci dei Ripensis diocesis. Ad exequendum pastoralis officii debitum [etc.]. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte capituli ecclesie Ripensis petitio continebat, quod olim Henricus episcopus Ripensis, provide attendens fructus singularum prebendarum eiusdem ecclesie esse tenues et exiles, propterea parrochiam s. Andree in Waster-Witzsteth⁴⁾ Ripensis diocesis de ipsorum capituli et quondam Petri Jacobi, olim ipsius Ripensis ecclesie canonici, qui etiam tunc eandem parrochiam obtinebat, expresso consensu mense capitulari dicte ecclesie Ripensis perpetuo univit ita, quod, cedente vel decedente dicto Petro, liceret ipsius ec-

¹⁾ II: tres ²⁾ II: Datum in abbazia s. Salvatoris Clusine diocesis 4. kal. aug. anno 4. ³⁾ Gz. — Cod. ipse ⁴⁾ II: Hersterwitzstech

clesie Ripensis canonicis apud ipsam ecclesiam residentibus et illi in divinis deservientibus fructus parrochialis ecclesie huiusmodi pro quotidianis distributionibus inter eos equis portionibus dividendis recipere et in eorum usus convertere, dummodo capellanus seu vicarius per capitulum predictos in parrochiali ipsa instituendus, super quo dictus episcopus eis plenam potestatem concessit, procuraciones ratione visitationis tam ipsi episcopo quam archidiacono dicte ecclesie Ripensis pro tempore existentibus persolvere posset, prout in litteris eiusdem episcopi desuper confectis ipsius sigillo munitis dicitur plenius contineri. Cum autem secundum premissa unio predicta viribus non subsistat et, sicut eadem petitio subjungebat, dictus Petrus ad effectum unionis predictae eandem parrochiam ecclesiam sponte resignaverit, pro parte capituli predictorum, asserentium, fructus parrochialis ecclesie huiusmodi 4 mr. non excedere, nobis fuit supplicatum, ut parrochiam ecclesiam predictam eidem mense de novo perpetuo unire dignaremur. Nos igitur, qui dudum inter alia voluimus, quod petentes beneficia ecclesiastica alii uniri tenerentur exprimere verum valorem tam beneficii uniendi quam illius, cui uniri peteretur, alioquin unio non valeret, de premissis certam notitiam non habentes, discretioni tue mandamus, quatenus, vocatis, qui fuerint evocandi, de premissis omnibus auctoritate nostra te diligenter informes et, si per informationem huiusmodi reppereris ita esse, resignationem predictam, si alias rite admissa non sit, eadem auctoritate admittas eaque per te admissa eandem parrochiam ecclesiam eidem mense pro quotidianis distributionibus huiusmodi, ut premittitur, dividendis perpetuo unias ita, quod liceat capitulo prefatis corporalem possessionem parrochialis ecclesie predictae auctoritate propria libere apprehendere et perpetuo retinere ac ipsius parrochialis ecclesie fructus in quotidianas distributiones predictas dumtaxat convertere, diocesani loci et cuiuscunque alterius licentia super hoc minime requisita. Datum Viterbii 3. non. junii anno 4.

B. XXX. Coronensis.

Reg. Lat. 576 fol. 65; ogsaa (II) Supplik (Fiat. E.) i Suppl. 543 fol. 290 v.

2256.

8. Juni 1462.

Paven giver efter Kong Christierns Ansøgning Aflad til dem, der paa Marie Bedudelsedag besøger det Kapel, som Kongen har stiftet til Ære for den hellige Trefoldighed, Jesu Christi Lidelse og Jomfru Marie ved Roskilde Domkirke

og bestemt til Brug for det Broderskab, som han, Dronningen og mange Adelige er Medlemmer af, og i hvilket Kapel han og Kongefamilien har valgt Lejersted.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Licet is (*Dipl. Chr. I, 140—41; Reg. 4150**). Datum Viterbii 6. id. junii anno 4.

Her. CX. pro magistris registri.

Orig. med Bulle i Sjælland og Møen 54 (R. A.). — Reg. Lat. 578 fol. 111. Ogsaa Supplik (Fiat, quod habeantur viginti annos in uno die. E.) i Suppl. 545 fol. 209.

2257.

12. Juni 1462.

Paven erklærer, at den af Kong Christiern sammen med Biskopperne i Lübeck, Slesvig og Schwerin og Provsten Johannes Rode i Bremen afsagte Voldgiftskendelse i Striden mellem Raadet i Lüneburg og forskellige Gejstlige i Omegnen om Saltværkerne i Lüneburg skal staa ved Magt, og truer dem, der ikke vil bøje sig derfor, med gejstlige Straffe.

Ad futuram rei memoriam. Sublimium magnificentia principum [etc.]. Sane cum ingenti letitia et cordis nostri jocunditate percepimus, quod [in] gravi illa¹⁾ controversia, que periculosos afflavit in ignes, saline videlicet opidi Luneborgensis, cuius redditibus prelati, capitula, clerus et persone ecclesiastice tam Saxonie quam diversarum aliarum partium Alamanie, ad quos pertinent, per quosdam assertos proconsules [et consules]²⁾ eiusdem opidi indebite spoliati fuerant . . . , post varia scandala et damna ecclesiarum tandem, salvatoris nostri gratia interveniente, magna pars prelatorum et cleri ac personarum ecclesiasticarum predictorum partim cum eisdem proconsulibus et consulibus eisque adherentibus super redditibus ac aliis premissis jam certis annis transactis concordarunt, partim vero, utpote Lubicensis et Vtinensis Lubicensis diocesis ecclesiarum capitula ac abbas et conventus monasterii in Dobberan Cisterciensis ordinis Zwerinensis diocesis, longe post lites suas continuarunt et demum cum eisdem assertis proconsulibus et consulibus eisque adherentibus super premissis omnibus in Cristiernum Dacie Svecie Norvegie Slavorum et Gotorum regem ducemque Slesvicensem et Holtzatie comitem ac Lubicensem, Slesvicensem et Zwerinensem episcopos ac magistrum Johannem Rode, prepositum ecclesie Bremensis, notarium et referendarium nostrum, litterarum apostolicarum correctorem, sponte compromittere curaverunt, certis aliis in lite

¹⁾ Cod. quod gravis illa ²⁾ add. Gz.

adhuc cum eisdem proconsulibus, consulibus et aliis eis adherentibus perseverantibus, prefatus vero rex, qui tanquam catholicus princeps et ecclesiastice libertatis zelator precipuus pro premissis sedandis omnem laborem, ubi id apostolice sedi placitum esse sciret, se subiturum obtulerat efficaciterque ostendit, cum episcopis et preposito predictis huiusmodi compromissi onere in se sponte suscepto felici principio capitula et canonicos Lubicensis et Vtinensis ecclesiarum predictarum ac abbatem et conventum prefatos in possessionem perceptionis bonorum et reddituum suorum secundum communem solutionem ac cursum saline, quibus multis annis totaliter caruerant ac spoliati extiterant, per suam ordinationem quasi per modum interlocutorie sententie pro bono pacis et concordie ante omnia restitui mandavit, neque solum prelatos, capitula, abbatem et conventum compromittentes, sed etiam omnes alios, qui huiusmodi compromissum seu ordinationem ipsius regis amplecti seu ad illam accedere vellent, cum expressa etiam juris cuiuslibet partium reservatione modo simili restitui mandavit, prout redditus et bona huiusmodi ipsis capitulis, canonicis, abbati et conventui vigore dicte ordinationis seu interlocutorie sententie restituta fuerunt, reservata sibi decissione differentiarum restantium et occasione huiusmodi cause exortarum, videlicet quoad retardatam solutionem spoliatorum ac spoliatos prelatos necnon incarceratos ac relegatos seu expulsos de novo consulatu et quoad homicidia et cetera mala occasione huiusmodi cause exorta, usque ad nostrum et apostolice sedis beneplacitum et approbationem decidendarum. Et, cum idem rex dubitet, propterea quod tam a Nicolao V et Calisto III quam etiam a nobis varie littere apostolice diversas in se ecclesiasticas anathematis, excommunicationis, privationis locorum consularium, infamie, represaliarum comminationes et prohibitiones ac alias tam cominatas (!) quam eo ipso inflictas sententias ac decreta in se continentes, ne videlicet prelati, capitula et alii supradicti ad eorundem assertorum proconsulum et consulum solvenda debita contributionem aliquam inconsulto Romano pontifice facere presumerent, etiam motu proprio emanarunt, se cum prelati et preposito eius compromissariis prefatis super premissis posse inter dictas partes plene arbitrari vel alias obstantibus dictis litteris partes ipsas ad concordiam reducere, nos igitur . . . , confidentes ipsum regem fore, prout semper fuit, justitie zelatorem, personarum et beneficiorum ecclesiasticorum fautorem ac honoris sedis apostolice amatorem

et deffensorem precipuum, et propterea, quidquid per eum in premissis sive cum eisdem compromissariis suis sive absque illis hactenus gestum est, ratum et gratum habentes ac approbantes et, quicquid etiam per eum legitime geretur imposterum, simili modo ratum et gratum habituri atque approbaturi, motu proprio prefato regi cum eisdem episcopis et preposito compromissariis suis [aut illis ex eis]¹⁾, quos habere potuerit, in negotio compromissi huiusmodi tam inter eos, qui hactenus compromiserunt, quam illos, qui forsitan compromittent in posterum, seu qui ad huiusmodi compromissum et ordinationem pro tempore accesserint, et tam super restituendis bonis et redditibus quam etiam de aliis differentiis restantibus et occasione huiusmodi cause exortis, videlicet quoad retardatam spoliatorum restitutionem et prelatorum spoliationes ac incarcerationes, relegationes et expulsiones de novo consulatu, restitutiones²⁾ ac homicidia et alia mala supradicta huiusmodi occasione exorta ac alias super injuriis premisorum occasione hincinde receptis et illatis necnon aliis omnibus, de quibus in regem et alios eius compromissarios prefatos pro tempore compromissum fuerit, libere procedendi ac inter partes ipsas, si et prout eidem regi cum suis compromissariis equum visum fuerit, laudandi et arbitrandi plenam ex certa scientia tenore presentium concedimus facultatem, proprietate tamen et privilegiis ac libertatibus saline huiusmodi semper salvis; et nichilominus, cum piam et laudabilem intentionem regis ex eius scriptis intellexerimus firmamque spem et fiduciam conceperimus per huiusmodi compromissum ac arbitralem sententiam desuper ferendam ecclesiis et personis ecclesiasticis supradictis procul dubio bene et salubriter consuli debere, nos prelati et clero predictis et quibusvis aliis ecclesiasticis personis, qui nondum cum eisdem assertis proconsulibus et consulibus eisque adherentibus compromiserunt, si consilio forsitan saniori suscepto concordare vel simili modo compromittere quam diutius litigare et altricari maluerint, compromissum huiusmodi adeundi seu arbitralem sententiam vel ordinationem desuper per eundem regem cum eius compromissariis premissis aut illis ex eis, quos habere poterit, ferendam, si voluerint, acceptandi vel alias quovismodo concordandi aut de novo in eundem regem et eius compromissarios prefatos, si et prout eis pro suarum ecclesiarum, monasteriorum et beneficiorum ecclesiasticorum,

¹⁾ add. Gz. ²⁾ destitutiones Gz.

quibus jurati sunt, utilitate expedire videbitur, compromittendi plenam potestatem, aliis litteris predictis et processibus desuper habitis nequaquam obstantibus, motu et scientia predictis earundem tenore presentium impartimur, declarantes ac decernentes litteras tam nostras quam predecessorum nostrorum prefatas qualescunque censuras, prohibitiones ac represaliarum comminationes in se continentes et processus prefatos peramplius ad prelatos et clerum ac ecclesiasticas personas, qui in regem et alios predictos compromisserunt (!) vel alias compromittent seu concordabunt, et eorum loca, in quibus morantur, ac inhabitantes in eisdem minime se extendere nec aliquos quovismodo arctare seu vigorem obtinere, sed quoad eos et eorum loca totaliter pro infectis haberi debere. Ceterum, quia in voluntate ipsius regis propter eius auctoritatem eximiam pars magna salutis et indemnitate earundem ecclesiarum, monasteriorum et beneficiorum consistat, eundem regem, de cuius sincera voluntate eximiaque sapientia plurimum speramus atque confidimus, per viscera misericordie dei et domini nostri Jesu Christi hortamur et obsecramus, alios quoque compromissarios etiam ex parte regis in huiusmodi concordia intervenientes monemus, ut pro nostra et apostolice sedis reverentia ipsique regi innata clementia ad laudem dei omnipotentis verique auctoris pacis et concordie operose sollicitudinis sue partes inter prefatos assertos proconsules et consules suosque adherentes et relegatos incarceratos et exititios de novo consulatu ejectos interponat, ut illos ad lares proprios et honores pristinos necnon loca consularia, de quibus sibi juxta personarum et temporum qualitatem expedire videbitur, restituat et relaxet, ut ad mutuam caritatem et unionem in domino ac in veram reconciliationem et gratiam in alterutrum redire valeant, premium inde pro meritis ab altissimo recepturus, et ut etiam nos sinceritatem regiam propterea possimus condignis in domino laudibus comendare, inducendo proconsules et consules ac eis adherentes prefatos, ut nostris et aliis litteris apostolicis, saltem in quibus possunt, pareant et intendant, in quibus vero non possunt, regie celsitudinis et aliorum coarbitrorum suorum predictorum arbitrio circa paritionem huiusmodi se submittant. Quia vero in ipsos assertos proconsules et consules ac reliquos eis adherentes utriusque sexus excommunicationis, infamie, privationis sedium consularium et judicandi inhabilitatis ac anathematis et alie varie sententie apostolica et forsitan legatorum sedis apostolice aut ordinaria auctoritatibus

hactenus promulgate fuerint, et forsán contingere posset, quod aliqui ex prelatís et clero ac personís ecclesiasticís supradictís pacem sibi et suis ecclesiis, monasteriis seu beneficiis per huiusmodi concordiam vel compromissum dare ac viam, quam prelati clerici ac persone ecclesiastice compromi[t]tentes seu concordantes predictæ elegerint, tenere et amplecti nollent, nos, ne propterea ipsi olim proconsules et consules ac eis adherentes eisdem sententiis, quibus non absque magno ecclesiarum et monasteriorum ac beneficiorum eorundem favore innodati fuerint, diutius illaqueati permaneant, et ut eorum animabus salubrius consulatur, volumus ac motu et scientia supradictis episcopis ac preposito prefatis mandamus, quatinus ipsi vel aliqui eorum ex compromissariis deputandi eosdem assertos proconsules et consules ac eis adherentes, dummodo prelati et prepositi ac ceteri ecclesiastici suis prelaturis et beneficiis ac bonis eorum salinariibus occasione premissorum spoliati, si et in quantum ipsi in regem et eius coarbitros predictos compromiserint, ad prelaturas, beneficia et bona huiusmodi restituantur, et etiam dummodo ipsi asserti proconsules et consules modo premissis litteris nostris et apostolicis iuxta posse secundum prefatorum regis et coarbitrorum suorum verum iudicium pareant, et quoscunque clericos et prelatos, qui alias apostolica sede inconsulta forsán contra ipsius sedis apostolice prohibitionem cum eisdem concordarunt et alios quoscunque eis unquam participantes, cuiuscunque status fuerint, necnon alios premissorum occasione lesas aut timoratas conscientias habentes, vel qui propter premissa censuris predictis illaqueati sunt vel alias irregularitatis notam contraxerunt¹⁾ aut in conscientias perturbati sunt, si hoc petiverint, ac recepto prius ab eis iuramento, quod ad similia de cetero non prolabantur, sed ferende arbitrariæ sententiæ et mandatis sedis apostolice per amplius parebunt, ab eisdem et quibuscunque aliis sententiis ac reatibus propter premissa perpetratis, etiam si talia fuerint, que specialius enarranda [forent], auctoritate nostra hac vice dumtaxat, eorundem compromittentium ac concordantium ad hoc expresso accedente consensu, absolvant in forma ecclesie consueta interdictaque relaxent ac timoratis conscientias consulant, injunctis inde eis pro modo culpe penitentia salutari ac aliis, que de jure fuerint injungenda, omnemque inhabilitatis et infamie maculam per eos quomodolibet contractam dicta auc-

¹⁾ Cod. contraxerint

toritate penitus aboleant eosque ad honores et dignitates pristinos ac alias in eum statum, in quo, antequam premissa perpetrarent, quomodolibet existebant, eadem auctoritate restituant ipsosque et eorum posteros nulla propterea inhabilitatis vel infamie aut alia nota respersos seu notatos esse aut fore, eadem auctoritate nostra decernant pariter et declarent in omnibus, prout statui eorum visum fuerit salubriter expedire, proviso quod prophana-tores et violatores ecclesiastici interdicti ante omnia ejiciantur de dicto opido Luneburgensi. Volumus autem, [quod], si asserti proconsules et consules ac alii eis adherentes eidem ferende arbi-trali sententie vel ordinationi non paruerint, in pristinas senten-tias, quibus illaqueati sunt et fuerant, reincident eo ipso. Datum Viterbii pridie id. junii anno 4.

C

C.

Reg. Vat. 507 fol. 116; ogsaa Supplik (Fiat motu proprio de omnibus, proviso quod profanatores ante omnia ejiciantur de opido Luneburgensi. E.) i Suppl. 545 fol. 161.

2258.**1. Juli 1462.**

Paven rekapitulerer sit tidligere Brev (af 22. April 1461, Nr. 2210) om Striden mellem Biskop Mogens (Krafse) i Odense og Provsten Peder Akselsen (Thott) i Lund. Efter dette Brev havde Provsten imidlertid paany faaet Sagen henvist til Kardinal Nicolaus af Cusa, fra hvem den var gaaet over til den pavelige Auditor og Kapellan Gaspar de Theramo. Da Paven nu har erfaret, at Biskop Mogens, der havde været Henneke (Ulfeld)s Koadjutor, allerede i dennes Levetid var i lovlig Besiddelse af Stiftet, og at altsaa Peder Akselsens Appel er ugyldig, ophæver han Sagen og paabyder atter denne evig Tavshed.

Ad futuram rei memoriam. Super gregis dominici curam (*Dipl. dioc. Lund. IV, Nr. 14*). Datum in abbatia s. Salvatoris Clusine diocesis kal. julii anno 4.

L.

Reg. Vat. 487 fol. 98 v.

8. Juli 1462.

Se 29. April 1462 (Nr. 2250).

2259.**17. Juli 1462.**

Paven, som tidligere havde givet Kong Christierns Sekretær, Lübecker-kanniken Daniel Kepken, Ventebrev paa Præbender i Lübeck og Hamburg, giver ham samme Forrettigheder som de pavelige »familiales continui com-mensales in libro cancellarie descripti«.

Danieli Kepken canonico Lubicensi. Vite ac morum hone-stas [etc.]. Dudum siquidem, sub data videlicet 8. kal. dec. anno 1, tibi motu proprio canonicatum ecclesie Lubicensis con-

tulimus, unam vero predicte et aliam b. Marie Hamburgensis Bremensis diocesis, cuius canonicus minori prebenda prebendatus etiam tunc existebas . . . , etiam ex maioribus [prebendas]¹⁾ ac dignitatem, personatum, administrationem vel officium alterius earundem ecclesiarum . . . , dummodo dignitas ipsa in Lubicensi post pontificalem maior vel in b. Marie ecclesiis huiusmodi principalis non existeret, si que, si qui vel si qua vacabant tunc aut cum vacarent . . . , conferendas, conferendos seu conferenda tibi . . . donationi apostolice reservavimus . . . Nos igitur, volentes te, qui Cristierni regis Dacie secretarius existis, favore prosequi gratioso, motu simili . . . tibi, quod in canonicatus et prebendarum ac dignitatis, personatus, administrationis vel officii huiusmodi assecutione per te vigore dictarum litterarum forsitan facienda omnibus antelationum prerogativis, privilegiis et indultis, quibus nonnulli familiares nostri continui commensales in certo libro cancellarie apostolice de mandato nostro descripti in assecutione beneficiorum, que vigore litterarum super gratiis expectativis per nos eis concessarum pro tempore acceptarunt, gaudent et gaudere poterunt quomodolibet in futurum, ad instar ipsorum descriptorum familiarium absque tamen illorum prejudicio gaudere libere valeas per omnia, ac si de numero ipsorum familiarium descriptorum existeres, tenore presentium indulgemus . . . Datum in abbazia s. Salvatoris Clusine diocesis 16. kal. aug. anno 4.

Her. XXX. 13. kal. aug. anno 4. pro magistris registri.
Reg. Lat. 579 fol. 153.

2260.

24. Juli 1462.

Paven, som tidligere havde givet Kong Christierns Udsending ved Kurien, Albert Krummedige, et Kanonikat i Halberstadt med Ventebrev paa Præbende sammesteds og paa et Embede i Bardewick, giver ham samme Forrettigheder som de pavelige »familiales continui commensales in libro cancellarie non descripti«.

Alberto Crummedijck canonico Halberstadensi. Nobilitas generis, vite ac morum honestas [etc.]. Dudum siquidem, videlicet sub data 8. kal. dec. anno 1, motu proprio tibi de canonicatu ecclesie Halberstadensis . . . cum reservatione prebende etiam unius ex maioribus prebendis ac dignitatis, personatus, administrationis vel officii . . . , ad collationem . . . prepositi, decani et capituli singularumque seniorum ac aliorum canonicorum et personarum

¹⁾ add. Gz.

ecclesie ss. Petri et Pauli Bardewicensis Verdensis diocesis pertinentis, vacantium tunc aut simul vel successive vacaturorum, per alias nostras litteras providimus gratiose. Nos igitur, volentes te, qui ex parte Cristierni regis Dacie orator ad nos missus fuisti et ex utroque parente de militari genere procurator [o: procreatus] existis, ut litterarum earundem celeriore consequaris effectum, favore prosequi gratie amplioris, tibi motu simili . . . concedimus, quod tu in canonicatus et prebende etiam maioris ac dignitatis, personatus, administrationis vel officii ecclesie Halberstadensis necnon Bardewicensis¹⁾ huiusmodi [assecutione] omnibus antelationum prerogativis et indultis, quibus familiares nostri continui commensales non tamen in libro cancellarie apostolice descripti in assecutione beneficiorum, que vigore quarumcunque litterarum apostolicarum eis per nos gratiose concessarum expectant, in genere gaudent et gaudere poterunt quomodolibet in futurum, per omnia . . . ac si de numero eorundem familiarium existeres, absque tamen ipsorum familiarium non descriptorum prejudicio et ad instar eorum valeas gaudere. Datum in abbatia s. Salvatoris Clusine diocesis 9. kal. aug. anno 4.

Her. XX. 7. kal. aug. anno 4. pro magistris registri.

Reg. Lat. 579 fol. 123.

29. Juli 1462.

Supplik af denne Dato se 29. Maj 1462 (Nr. 2253).

2261.

29. Juli 1462.

Paven giver Kong Christierns Kansler Daniel Kepken Dispensation til i de første tre Aar ikke at lade sig indvie til de gejstlige Grader, selv om hans Stilling som Kannik og Kantor i København fordrer det.

Danieli Kepken canonico ecclesie Haffriensis (!) Roskildensis diocesis. Vite ac morum honestas [etc.]. Hinc est, quod nos, volentes te, qui Cristierni regis Dacie cancellarius et in minoribus ordinibus constitutus existis, necnon canonicatum et prebendam et, que inibi dignitas principalis existit, cuique cura imminet animarum, et ad quam consuevit quis per electionem assumi, cantoriam ecclesie Hafferensis (!) Roskildensis diocesis, quos dudum tunc vacantes canonicè tibi collatos assecutus fuisti, obtines, favore prosequi gratioso, tuis supplicationibus inclinati, tecum, ut dicti regis servitiis insistendo ratione canonicatus et prebende ipsius ecclesie, si tu ex illius statutis et consuetudini-

¹⁾ Gz. — Cod. beneficii

bus ad hoc tenearis, necnon dicte cantorie usque ad triennium a data presentium computandum te ad aliquem ex sacris ordinibus facere promoveri minime tenearis, dispensamus, proviso quod canonicatus et prebenda ac cantoria predicti debitis propterea non fraudentur obsequiis, et animarum cura in ipsa cantoria nullatenus negligatur. Datum in abbatia s. Salvatoris Clusine diocesis 4. kal. aug. anno 4.

Her. XVI. pro magistris registri.

Reg. Lat. 579 fol. 163.

2262.

3. Aug. 1462.

Optegnelse om, at Biskop Claus (Wulf) i Slesvig visiterer Kurien ved sin Prokurator, Provsten Henricus Gherwen i Schwerin.

Universis etc. [Agapitus etc.], quod, cum Nicolaus episcopus Slesvicensis teneatur singulis bienniis etc., hinc est, quod prefatus Nicolaus episcopus sedem ipsam sive eadem limina pro uno et dimidio bienniis transactis die 1. mensis jan. proxime preteriti finitis et pro instanti biennio extunc incepto et, ut sequitur, fini-endo die date presentium per magistrum Henricum Gherwen prepositum Swerinensem, procuratorem suum ad hoc ab eo constitutum et pro eodem visitare consuetum, cum reverentia et honore debitis visitavit. Nichilominus etc. Et insuper eundem Nicolaum episcopum a reatu perjurii etc. absolvimus et reddimus absolutum totaliter per presentes. In quorum etc. Datum in abbatia s. Salvatoris Clusine diocesis die 3. mensis aug. anno 4.

Miscellanea. Arm. 7 vol. 1 fol. 5.

2263.

5. Aug. 1462.

Paven befaler efter Klage fra den fungerende pavelige »procurator fiscalis« Ludovicus de St. Gimignano alle gejstlige Myndigheder at skride ind mod Hertug Frederik af Braunschweig, hans Fader Vilhelm, Sognepræsten ved St. Georgs Kirke i Hannover Ludolfus de Baren og Hertugernes Kapellan Conradus Grundeman, der havde røvet nogle Penge, som Kollektoren Marinus de Fregeno havde indsamlet og sendt til Rom gennem Firmaet Franciscus de Rucellai i Lübeck, og under Bands Straf bevæge dem, der sidder inde med Pengene, til at indbetale dem til det nævnte Firma, samt tvinge Ludolfus og Conradus til at afgive Forklaring overfor den pavelige Skatmester Guilfortus de Buoncontibus.

Patriarchis archiepiscopis episcopis aliisque universis, ad quos presentes nostre littere pervenerint . . . Nuper pro parte Ludouici de s. Geminiano (*Dipl. Norv. XVII, 558—60*). Datum in abbatia s. Salvatoris Clusine diocesis non. aug. anno 4.

De curia.

Reg. Vat. 518 fol. 127.

2264.

20. Aug. 1462.

Optegnelse om, at Bullen om Mogens Krafsets Ret til Odense Bispestol (Nr. 2258) er udstedt gratis.

[1462] Die 20. eiusdem [o: mensis aug.] una bulla pro Magno episcopo Ottoniensi super impositione silentii impositi Petro Absolonis preposito ecclesie Lundensis super dicta ecclesia Ottoniensi, ut patet per bullam sub data in abbatia s. Salvatoris Clusine dioc. kal. julii anno 4.

Restituta.

Annate 1461—62 fol. 244 v (Archivio di Stato).

2265.

30. Okt. 1462.

Paven indsætter efter Ønske af Kong Christiern og Biskop Laurentius i Vexiø, der er gammel og svag, Klerken Skjalm Gertsen fra Lunde Stift til hans Koadjutor.

Schelinerio Gerszen clerico Lundensis diocesis. Spectat ad Romanum pontificem (*Dipl. dioc. Lund. IV, Nr. 19*). Datum Petrioli Senensis diocesis 3. kal. nov. anno 5.

L.

Reg. Vat. 488 fol. 48.

2266.

7. Dec. 1462.

Optegnelse om, at Bullen om Skjalm Gertsens Udnævnelse til Koadjutor for Biskoppen i Vexiø udstedes gratis.

[1462] Die 7. eiusdem [mensis dec.] una bulla pro Schelinerio Gerszen clerico Lundensi super quoadjutoria (!) Wexionensis ecclesie in forma sub data Petreoli Senensis diocesis 3. kal. nov. anno 5.

Restituta.

Annate 1462—64 fol. 287 (Archivio di Stato). Trykt *Dipl. dioc. Lund. IV, Nr. 22*.

2267.

23. Dec. 1462.

Biskop Henrik (Stangenberg) i Ribe faar Tilladelse til at indsætte en Kapellan i Sognekirken i Harboøre og anvende Indtægterne til Forøgelse af Bispestolens Indkomster.

Supplicat Henricus episcopus Ripensis in regno Dacie, cuius episcopalis mense fructus, qui valorem 16 mr. non excedunt, adeo sunt exiles, quod ex illis statum suum decenter tenere non poterit, quatenus parrochialem ecclesiam de Hordeboere dicte Ripensis diocesis, quam aliqui ex predecessoribus suis et etiam ipsa creatura vestra a pluribus annis citra per unum capellanum ad nutum removilibem facere gubernari et illius fructus in ipsorum et mense episcopalis huiusmodi usum convertere

solebant, cuius quidem parrochialis ecclesie fructus 4 mr. non excedunt, et que parrochialis ecclesia ad tempora tanta vacavit, quod illius verus modus vacationis ignoratur, dicte mense episcopali perpetuo unire dignemini ita et taliter, quod ipsa creatura et successores sui pro tempore episcopi Ripenses dictam parrochiam ecclesiam et eius curam animarum per aliquem presbiterum idoneum ad nutum removibilem gubernari facere et eiusdem ecclesie fructus ad ipsorum et dicte mense episcopalis utilitatem licite recipere et convertere possint, cuiuscunque licentia alterius super hoc minime requisita. Fiat. E. [Datum Rome 10. kal. jan. anno 5.]

Suppl. 552 fol. 42.

2268.

23. Dec. 1462.

Kong Christierns Kapellan, Magister Jens Lang, som er Kannik baade i Ribe og Viborg, faar Tilladelse til at residere ved den ene af de to Kirker og dog oppebære Indtægterne af begge Embeder.

Supplicat Johannes Lang presbiter, magister in artibus ac Cristierni Dacie etc. regis capellanus necnon cathedralium Ripensis et Vibergensis ecclesiarum canonicus, quatenus sibi, ut apud alteram earundem ecclesiarum cathedralium residendo fructus canonicatum et prebendarum utriusque ecclesiarum predictarum, quos obtinet de presenti, libere percipere valeat, distributionibus cotidianis illius ecclesie, ubi pro tempore non residebit, dumtaxat exceptis, [concedere dignemini]¹⁾. Fiat. E. [Datum Rome 10. kal. jan. anno 5.]

Suppl. 552 fol. 42 v.

2269.

23. Dec. 1462.

Klerken Jakob Jensen fra Aarhus Stift faar et evigt Vikariat uden Sjælesorg i Ribe og Sognekirken i Salling i Viborg Stift og Tilladelse til at beholde den sidste, skønt han kun er 23 Aar.

Supplicat Jacobus Johannis clericus Arusiensis diocesis, in vicesimo tertio sue etatis anno constitutus, quatenus sibi de simplici sine cura vicaria sive beneficio sub invocatione s. Nicolai sito sub minori turri in ecclesia Ripensi, ad presens per assecutionem certorum canonicatus et prebende eiusdem ecclesie cuius[dam] Olavi Ludekini vacante [fructus 2 mr.], necnon de parrochiali ecclesia b. Marie virginis in Saling Vibergensis diocesis [fructus 2 mr.], per obitum Jacobi Nicolai de Spentrup va-

¹⁾ add. Gz.

cante, et que tanto tempore vacaverit, quod eius collatio juxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam existit legitime devoluta, providere, necnon secum, ut dictam parrochiam ecclesiam, si eandem assequatur, libere retinere possit, dispensare dignemini, defectu etatis, quem patitur in dicto vicesimo tertio anno constitutus, non obstante. Fiat. E. Datum Rome 10. kal. jan. anno 5.

Suppl. 552 fol. 42.

2270.

23. Dec. 1462.

Paven befaler Dekanen og Kantoren i Ribe samt Ribekanniken Tyge Tor-kilsen at hjælpe Abbeden og Brødrene i Løgumkloster mod Erik Josefsen, Erik Rechals, Kuno Villadsen og andre Lægsmænd i Ribe By og Stift, der søger at berøve Klostret et Hus i Ribe.

Decano et cantori ac Tuconi Torkilli canonico ecclesie Ripensis. Conquesti sunt nobis (*Script. rer. Dan. VIII, 192; Reg. 4161*). Datum Rome 10. kal. jan. anno 5.

Afskrift i Løgumklosters Brevbog (Ny kgl. Saml. 881 Fol.).

2271.

1462?

Paven tillader Kong Christiern at nedlægge Cistercienserklostret paa Hovedøen og forene dette med Munkeliv Kloster af Birgittinerordenen.

Asloensis. Cristerius (!) Svecie rex. Suppressio monasterii in Hewedro et unio domui b. Marie et s. Birgithe Numhelip. Ad perpetuam [rei memoriam].

Uddrag i Indice Nr. 329 efter tabt Brev i Reg. Lat. Pii II anno 4 lib. 6 fol. 157. Trykt i Dipl. Norv. XVII, 1049.

2272.

8. Jan. 1463.

Klerken Martinus Molner fra Camin Stift faar, skønt han forud har Sognekirken i Husum i Slesvig Stift og flere andre (tyske) Embeder, Kanonikat og Præbende og Dekanat i Greifswald, hvorom han har ført Proces ved Kurien.

Nuper certis canonicatu et prebenda ac decanatu collegiate ecclesie s. Nicolai Gripeswaldensis Caminensis diocesis per obitum Henrici Nacke vacantibus, s. v. Martino Molner clerico Caminensis diocesis, in utroque jure baccalario, de illis providit, possessione nondum assecuta, ortaue inter eundem Martinum actorem et quendam Hermanum Slepwrachter assertum clericum adversarium reum et possessorem de canonicatu et prebenda ac decanatu huiusmodi rebusque aliis in actis expressis coram Bernardo Rovire, decretorum doctore, vestri sacrii palatii causarum auditore, causa ac lite, in qua ad nonnullorum terminorum ob-

servationem citra tamen cause conclusionem processum reperitur, a nonnullis autem asseritur neutri dictorum collitigantium in dictis canonicatu et prebenda ac decanatu jus competere ipsosque adhuc vacare; supplicat igitur dictus Martinus, quatenus . . . dicto Bernardo Rovira aut in eius locum surrogato aut surrogando auditori dignemini mandare, quatenus, si per eventum litis huiusmodi sibi constiterit neutri dictorum collitigantium in dictis canonicatu et prebenda ac decanatu jus competere seu adhuc vacare illos, qui de jure patronatus laicorum esse dicuntur [fructus 6 mr.], dicto Martino in forma gratie si neutri, nove aut alicuius alterius valide provisionis conferat sibi que provideat de eisdem, parrochiali ecclesia in Husem Slesvicensis diocesis necnon perpetuis in b. Marie Stetinensi et b. Marie Colbergensi ac s. Sabine in Preslow [ecclesiis]¹⁾ sine cura¹⁾ vicariis necnon capella s. Spiritus opidi Schmelben (!) dicte Caminensis diocesis, quas obtinet [omnium fructus 12 mr.], non obstantibus. Fiat. E. Datum Rome 6. id. jan. anno 5.

Suppl. 552 fol. 232 v.

2273.

11. Jan. 1463.

Paven befaler Dekanen i Ribe at overdrage Sognekirken i Harboøre til Jakob Christiensen Vind, skønt han forud har Kanonikat og Præbende i Ribe.

Decano ecclesie Ripensis. Dignum arbitramur [etc.]. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Jacobi Cristerni Windh²⁾ canonici Ripensis petitio continebat, quod olim, parrochiali ecclesia b. Marie in Hordbore³⁾ Ripensis diocesis, quam Martinus obtinebat, per obitum eiusdem Martini vacante, episcopus Ripensis modernus eandem ecclesiam dicto Jacobo auctoritate ordinaria contulit et providit etiam de eadem, ipseque Jacobus collationis et provisionis earundem vigore ecclesiam predictam assecutus illam extunc possedit, prout possidet. Cum autem dictus Jacobus dubitet collationem et provisionem huiusmodi viribus non subsistere, et dicta parrochialis ecclesia adhuc vacare noscatur, nos, volentes dictum Jacobum favore prosequi gratioso, discretioni tue mandamus, quatenus, si per diligentem examinationem eundem Jacobum ad hoc idoneum esse repereris, predictam ecclesiam [fructus 4 mr.] eidem Jacobo auctoritate nostra conferas, non obstante, quod dictus Jacobus cano-

¹⁾ Gz. — Cod. Preslow sine cura perpetuis ²⁾ i Marginen rettet til Wyndli

³⁾ rettet til Liodbore

nicatum et prebendam ecclesie Ripensis [fructus 6 mr.] obtinet. Datum Rome 3. id. jan. anno 5.

P. XX. 18. kal. febr. anno 5. de Varris.

Reg. Lat. 584 fol. 247 v; ogsaa Supplik (Concessum. R. Valentinus.) i Suppl. 549 fol. 27 v.

2274.

12. Jan. 1463 (eller 1464).

Paven meddeler en Fortolkning af forskellige Pavebreve angaaende Observanterne af Franciskanerordenen, som efter nogles Mening ikke overholder Reglen, da de staar under Vikarer i Steden for Ministre; dette skal dog ikke hindre dem i at anses for rette Franciskanere.

Vicario generali et universis fratribus ordinis b. Francisci, de observantia nuncupatis, in ultramontanis partibus constitutis. Circa regularis observantie professores (*Wadding, Annales Minorum XIII, 348—49; Dipl. Norv. IX, 317—19*). Datum Rome pridie id. jan. anno 5¹).

Afskrift i [Nic. Jordanis Kopibog og derefter i] Barth. D, 261—64.

2275.

19. Jan. 1463.

Baccalauren Peder Henriksen fra Odense Stift faar Sognekirken i Darum i Ribe Stift, skønt han forud har et evigt Vikariat i Ribe.

Pridem parrochiali ecclesia s. Laurentii in Darrim Ripensis diocesis per obitum Nicolai Brammingh vacante, Petrus Heinrici baccalarius in decretis Ottoniensis diocesis illam ex collatione ordinaria sibi per episcopum Ripensem modernum facta et eius possessionem exitit pacifice assecutus; dubitat tamen collationem et provisionem predictas viribus non subsistere. Supplicat igitur, quatenus sibi de dicta parrochiali ecclesia [fructus 4 mr.] de novo providere dignemini, non obstante quadam perpetua vicaria ad altare s. Olai martiris situm in ecclesia Ripensi [fructus 1 mr.]. Concessum. R. Valentinus. Datum Rome 14. kal. febr. anno 5.

Suppl. 549 fol. 32.

2276.

3. Febr. 1463.

Præsten Jens Rød (?), som er Munk i Benediktinerklostret i Odense, faar Prioratet sammesteds.

Alias²) Calistus papa III Benedicto Andree de prioratu ecclesie Ottoniensis ordinis s. Benedicti, qui inibi dignitas curata maior post pontificalem et electiva existit, per liberam resigna-

¹) Wadding: anno 5; Nic. Jordani: anno 6. ²) Cod. Cum alias

tionem cuiusdam Jacobi Getern (?) vacante, gratiose providit Verum prefatus Benedictus prioratum in Holstodh dicte diocesis et ordinis prefati pacifice est assecutus, et propterea prioratus dicte ecclesie Ottoniensis vacare dignoscitur. Supplicat igitur Johannes Redh presbiter dicti monasterii Ottoniensis expresse professus, quatenus sibi de prioratu dicte ecclesie Ottoniensis [fructus 10 mr.], sive ut premittitur, sive per obitum cuiusdam Gregorii Tokonis dicti prioratus tempore obitus sui possessoris sive alias quovismodo vacet, dignemini providere. Fiat. E. Datum Rome 3. non. febr. anno 5.

Suppl. 555 fol. 41.

2277.

27. Febr. 1463.

Christiern I faar som Greve af Holsten Præsentationsret til Provstiet ved Marielkirken i Hamburg.

Licet alias prepositura ecclesie s. Marie Hamburgensis Bremensis diocesis ex speciali privilegio sedis apostolice de jure patronatus comitis Holsatie seu domini Stormarie [extiterit], qui quidem comitatus sive dominium Stormarie, in quo ipsum opidum situm est, jure hereditario novissime ad Cristiernum Dacie regem pervenit, quia tamen dicta prepositura retroactis temporibus tamquam dignitas principalis in collegiata pluries per sedem apostolicam collata extitit per conniventiam sive negligentiam predecessoris sui, comitis eiusdem comitatus, posset forsitan de ipsius jure patronatus ab aliquibus hesitari. Supplicat itaque idem rex, quatenus indemnitati sue consulentes, quod ipse de cetero perpetuis futuris temporibus personam idoneam in prepositum ipsius ecclesie, quotiens ipsam preposituram vacare contigerit, [presentare] libere valeat, et ad habundantem cautelam sibi de novo concedere dignemini, etiam si alias eidem aliquo tempore jus patronatus non competisset ad eandem, ita tamen, quod idem presentans institutionem seu confirmationem sive presentationem ab s. v. debeat obtinere Concessum in presentia pape. Ag. Anchonitanus. Datum Rome 3. kal. martii anno 5.

Suppl. 555 fol. 241.

2278.

27. Febr. 1463.

Paven giver efter Ansøgning Kong Christiern Bekræftelse paa hans Præsentationsret til Provstiet ved Marielkirken i Hamburg; Kongen havde frem-

hævet, at de tidligere Grever af Holsten og Stormarn havde forsømt at hævde denne Ret, saa den var gaaet i Glemme. De af Kongen præsenterede Provster skal stadfæstes af Paven.

Cristierno regi Dacie. Dum preclaram fidei constantiam (*Dipl. Chr. I, 148—49; Reg. 4141 = *6384*). Datum Rome 3. kal. martii anno 5.

X

X

X

Orig. med Bulle i Silkesnor i Gem. Archiv I, 3 (R. A.).

2279.

27. Febr. 1463.

Kong Christiern faar bevilget 7 Aars Aflad til dem, der paa bestemte Dage besøger Vadstena Kloster, medens de tidligere havde faaet samme Aflad som de Besøgende i Kirken St. Petrus ad Vincula i Rom.

Dudum Vrbanus papa VI, cupiens ecclesiam monasterii monialium in castro Watistensi ordinis s. Salvatoris Lunconpensis (!) diocesis per b. Brigidam et quondam Catherinam eius natam in honorem b. Marie virginis fundati congruis honoribus frequentari, omnibus vere penitentibus et confessis, qui in festo s. Petri ad Vincula, in quo ad ipsam ecclesiam numerosa multitudo fidelium regni Svecie et aliarum nationum causa devotionis peregre confluit annuatim, ecclesiam ipsam devote visitarent, omnes indulgentias et remissiones peccatorum ac relaxationes injunctarum penitentiarum, quas quicumque Romani pontifices ecclesiam s. Petri de Urbe in eodem festo annuatim visitantibus indulserunt, sive indulgentie, remissiones et relaxationes huiusmodi, quas habere voluit pro expressis, in perpetuum sive ad certum tempus concesserent, modo et forma et ad tempus, quibus per eosdem pontifices concesserent, auctoritate apostolica concessit. Supplicat itaque Cristiernus rex Dacie etc., quatenus indulgentias predictas auctoritate prefata confirmare, vel, si magis placet, illas, que in eadem ecclesia s. Petri ad Vincula esse dicuntur, de novo concedere dignemini, non obstantibus regulis per s. v. editis, quod indulgentie ad instar etc., vel revocatione cuiuscunque concilii generalis presertim Basiliensis... Concessum de indulgentiis septem annorum in presentia pape. Ag. Anthonitanus.

Et cum nova concessione predicta. Et cum non obstantia prepetita.

Suppl. 555 fol. 241.

2280.

3. Marts 1463.

Klerken Johan Jensen (Quitow) fra Roskilde Stift faar Dispensation til i fem Aar at beholde Sognekirken i Finderup i Roskilde Stift, medens han studerer i Udlandet.

Supplicat Johannes Johannis clericus Roskildensis diocesis, quatenus secum, ut parrochiam ecclesiam Findrop dicte diocesis nunc in sacris diaconatus et subdiaconatus ordinibus constitutus in Romana curia vel alibi in studio privilegiato residendo absque eo, quod ad presbiteratus ordinem promoveri teneatur, ad quinquennium libere retinere valeat, dispensare dignemini. Fiat. E. Datum Rome 5. non. martii anno 5.

Suppl. 557 fol. 74.

2281.

8. Marts 1463.

Paven udnævner Kollektoren af Korstogsafstanden i Sverige Marinus de Fregeno til Klerk ved det pavelige Kammer.

Magistro Marino de Frigeno, camere apostolice clerico. Odor boni nominis tui (*Dipl. Norv. XVII, 560*). Datum Rome 8. id. martii anno 5.

V

X

X

Reg. Vat. 516 fol. 147.

2282.

2. April 1463.

Optegnelse om, at Kollektoren Marinus de Fregeno gennem Huset Rucellai i Lübeck indbetaler 5445 Gylden til det pavelige Kammer.

Introitus [mensis] aprilis 1463.

Die 2. eiusdem [mensis] aprilis habuit prefatus thesaurarius [Antonius de Latinis de Forliuio], dicto Ambrosio ut supra recipiente, a Francisco Rucellarii de Lubic fl. 5445 valore mr. 11919 sol. 1 den. 2 monete de Lubich. Restabant ei in manibus de pecuniis per eum habitis a Marino de Frigeno reducti ad sol. 36 pro ducatis de Venetiis, qui valent de camera 5445 —

Introitus et Exitus 452 fol. 66 v og 453 fol. 66 v. Trykt *Dipl. Norv. XVII, 1049—50*.

2283.

23. Maj 1463.

Optegnelse om, at Biskop Oluf Mortensen (Baden) i Roskilde visiterer Kurien ved sin Prokurator Provsten Henricus Gherwen i Schwerin.

Universis etc. [Agapitus etc.], quod, cum Olauus episcopus Roskildensis teneatur singulis trienniis, Romana curia citra montes etc., hinc est, quod prefatus Olauus episcopus sedem ipsam

sive eadem limina pro duobus trienniis de mense junii anno 1464 incipiendis et, ut sequitur, finiendis per Henricum Gherwen prepositum Zwerinensem, qui pro eodem episcopo de rato promisit, die date presentium etc. visitavit. Nichil tamen etc. In quorum testimonium etc. Datum Rome die 23. maji anno 5.

Miscellanea. Arm. 7 vol. 1 fol. 13.

2284.

28. Maj 1463.

Optegnelse om, at Karl (Rønnov) betaler en Bøde til det pavelige Kammer paa Grund af urigtig Opgivelse af Indtægten af Provstiet i Odense.

Introitus [mensis] maji.

[1463] Dicta die [28. mensis maji] habuit prefatus thesaurarius [Antonius de Latinis de Forliuio], dicto Ambrosio ut supra recipiente, a Carolo Nicolai fl. similes [ɔ: auri de camera] 4 pro compositione fructuum male perceptorum prepositure ecclesie Ottoniensis per manus suas.

Introitus et Exitus 452 fol. 91 v og 453 fol. 91 v.

2285.

13. Juni 1463.

Optegnelse om, at Kapitlet i Ribe fritages for at betale Annater af den inkorporerede Kirke i Vester Vedsted (jfr. Nr. 2255).

[1463] Dicta die [ɔ: 13. mensis junii] una bulla pro capitulo ecclesie Ripensis super unione parrochialis ecclesie s. Andree in Woster Witzsteth Ripensis diocesis valoris 4 mr. unite mense capitulari dicte ecclesie Ripensis sub data Viterbii 3. non. junii anno 4.

Annate 1462—64 fol. 306 v (Archivio di Stato).

2286.

29. Juni 1463.

Paven tilstaar Klostret i Citeaux Fritagelse for at forevise Klosters Privilegier i Originaler og erklærer, at bekræftede Afskrifter skal have samme Gylighed som disse.

Abbati et conventui monasterii Cisterciensis Cabilonensis diocesis. Solet apostolice sedis copiosa benignitas honestis votis poscentium benigne annuere et pro eorum ac monasteriorum, in quibus divinis obsequiis mancipati sunt, indemnitatibus salubriter providere. Sane pro parte vestra nobis nuper exhibita petitio continebat, quod, licet vobis ac prefato ac aliis monasteriis vestri ordinis quam plura privilegia . . . et indulgentia fuerint ab sede apostolica concessa, prout in diversis litteris apostolicis desuper confectis, que in archivio eiusdem monasterii ad perpetuam rei memoriam conservantur, plenius continetur, quia

tamen sepe contingit, quod propter emergentium negotiorum oportunitates et causas et alias controversias, que super bonis dicti ordinis sepius oriuntur, ipsarum litterarum tenores ad Romanam curiam et alia remotissima loca in diversis judiciis vos exhibere oportet, vos, instantis temporis malitiam viarumque discrimina et locorum distantiam non immerito formidantes, litteras et privilegia huiusmodi ad loca remota deferre pertimescitis, quo fit, ut ex hoc vestra et monasteriorum eorundem jura depereant et eorum bona multipliciter dissipentur in non modicum vestrum et monasteriorum eorundem prejudicium et gravamen. Quare pro parte vestra nobis fuit supplicatum, ut indemnitati vestre super hiis oportune providere paterna diligentia curaremus. Nos itaque . . . tenore presentium decernimus ac vobis pariter indulgemus, quod transsumptis alicuius episcopalis simul et abbatialis curie sigillis munitis ac duorum seu plurium legalium notariorum subscriptionibus et signis subscriptis et subsignatis omnimoda fides adhibeatur eisque in iudicio et extra ac, ubicunque fuerint exhibita vel producta, perinde stetur, ipsaque transsumpta omnimodam rei seu facti certitudinem faciant et illud idem robur obtineant . . . per omnia, ac si ipsa originalia privilegia seu littere forent exhibita vel ostensa. Datum Rome 3. kal. julii anno 5.

Afskrift »ex transsumpto impresso« i Sorøbogen (Arnemagn. 290 Fol.) fol. 11 v.

2287.

4. Aug. 1463.

Dominikanermunken Jens Pedersen Finbo fra Lunde Stift faar Tilladelse til med vedkommende Biskoppers Samtykke at høre Skriftemaal og give Aflad i alle Tilfælde, der ikke er forbeholdte Pavestolen.

Pro parte Johannis Petri alias Finbo (*Dipl. dioc. Lund. IV, Nr. 29*). Fiat de consensu ordinariorum. E. Datum Tibure pridie non. aug. anno 5.

Suppl. 560 fol. 36.

2288.

23. Aug. 1463.

Paven kommenderer motu proprio Kardinal Franciscus (Gonzaga) for Livstid med Provstiet i Lund (Indtægt 15 Mark) og Prioratet i Dalby (Indtægt 20 Mark), til hvilket sidste Kongen af Danmark har Patronatsret. Begge er ledige ved Peder Akselsen (Thott)s Død.

Motu proprio Francisco s. Marie nove [diacono] cardinali (*Dipl. dioc. Lund. IV, Nr. 32*). Concessum motu proprio in presentia pape. Ag. Camerinensis. Datum Tibure 10. kal. sept. anno 5.

Suppl. 560 fol. 223.

2289.

[23. Aug. 1463.]

Paven overdrager Kardinal Franciscus (Gonzaga) for Livstid Provstiet i Lund, ledigt ved Peder Akselsen (Thott)s Død.

Francisco s. Marie nove diacono cardinali. Dum ad personam tuam (*Dipl. dioc. Lund. IV, Nr. 33*). Ufuldstændigt og udateret.

Reg. Lat. 584 fol. 76.

2290.

[23. Aug. 1463.]

Paven overdrager Kardinal Franciscus (Gonzaga) af Mantua Prioratet i Dalby Kloster i Lunde Stift.

Lundensis. Franciscus tituli s. Marie nove diaconus cardinalis. Prioratus per obitum.

Uddrag i Indice 329 efter Reg. Lat. Pii II anno 5 lib. 8 (tabt) fol. 17. Trykt *Dipl. dioc. Lund. IV, Nr. 32*.

2291.

30. Aug. 1463.

Kong Christiern meddeler Paven, at Russerne ofte hærger Sverige, Norge og især Finland med Ild og Sværd, og at han derfor med Raadets Samtykke var draget ud for at forsvare Finland. Imidlertid havde Ærkebiskop Jöns (Bengtsson Oxenstierna), der var indsat til Rigsforstander og tidligere havde regeret som Tyran, anstiftet Oprør, saa at Kongen maatte vende om, slaa Oprøret ned med Magt og fængsle Ærkebiskoppen. Han agter at forelægge denne alvorlige Sag for sine Rigers Raad og Kardinalkollegiet.

. . . Pio . . sacrosancte Romane et universalis ecclesie summo pontifici Christiernus etc. . . Subiit animum (*Script. rer. Dan. VIII, 417—18; Reg. 4177**). Datum in castro meo Stokholmensi die martis proxima post festum Bartholomæi anno etc. 63.

Afskrift i [»Marcellus' Kopibog« og derefter i] Barth. B, 213—15.

2292.

20. Sept. 1463.

Optegnelse om, at Kardinal Franciscus (Gonzaga) lover at betale Annater af Provstiet i Lund.

[1463] Die 20. [mensis sept.] Wilhelmus Molitoris clericus Leodiensis diocesis ut principalis etc. obligavit se camere nomine Francisci s. Marie nove [diaconi] cardinalis Mantuani super annata prepositure ecclesie Lundensis [fructus 15 mr.], vacantis per obitum Petri Absalonis et commendate eidem Tibure 10. kal. sept. anno 5.

Gratis pro cardinali.

Annate 1462—64 fol. 187 (Archivio di Stato). Trykt *Dipl. dioc. Lund. IV, Nr. 35*.

2293.

20. Sept. 1463.

Optegnelse om, at Kardinal Franciscus (Gonzaga) lover at betale Annater af Prioratet i Dalby.

[1463] Die 20. eiusdem [3: mensis sept.] Wilhelmus Molitoris clericus Leodiensis diocesis ut principalis etc. obligavit se camere nomine Francisci s. Marie nove diaconi cardinalis Mantuani super annata prioratus s. Trinitatis extra muros Lundenses ordinis s. Augustini [fructus 20 mr.], vacantis per obitum Petri Absalonis et collati eidem Tibure 10. kal. sept. anno 5.

Gratis pro cardinali.

Annate 1462—64 fol. 187 v (Archivio di Stato). Trykt Dipl. dioc. Lund. IV, Nr. 36.

2294.

Efteraaret 1463.

Upsala Domkapitel henvender sig paany til Paven i Anledning af, at Kong Christiern har fængslet Ærkebiskop Jöns Bengtsson Oxenstierna, tager sine tidligere skarpe Ord (i et nu tabt Brev) mod Kongen tilbage og erklærer, at denne overfor en stor Forsamling af Gejstlige og Verdslige havde givet fyldestgørende Forklaring. Domkapitlet har derfor ikke overholdt Interdiktet, beder om nærmere Ordre fra Paven og roser Kongen som en fortræffelig Fyrste.

. . . . Pio . . sacrosancte Romane ecclesie et universalis ecclesie summo pontifici, domino nostro gratiosissimo. Alias superioribus diebus (*Hist. handl. VIII, 17—19*). Ex Upsalia etc.

Afskrift paa Papir i Riksarkivet i Stockholm.

2295.

Efteraaret 1463.

Kong Christiern beder Paven om at stadfæste Provsten Alv i Bergen, hvem Kapitlet i Stavanger enstemmigt har valgt efter Sigurds Død, som Biskop sammesteds.

. . . Pio s. Romane et universalis ecclesie summo pontifici Cristiernus etc. Cum deceat regiam excellentiam (*Dipl. Norv. XVII, 1050—51; Reg. *6408*). Udateret.

Afskrift i [»Marcellus' Kopibog« og derefter i] Barth. B, 212 f.

2296.

23. Dec. 1463.

Paven befaler Tidericus Blok, Dekan ved St. Pauls Kirken i Halberstadt, og Abbeden ved St. Ægidius' Kloster i Braunschweig at føre det pavelige Kamers Sag mod Hertugerne af Braunschweig, Landulfus de Baren og Conradus Grundeman, der havde røvet Marinus de Fregenos Penge og derfor var blevne bandlyste og sagsøgte i Rom, uden at dog Sagen var afsluttet.

Tiderico Blok decano ecclesie s. Pauli Halberstadensis. Dum alias ad nostri notitiam non absque animi displicentia devenisset, quod cum Marinus de Fregeno (*Dipl. Norv. XVII, 561—62*)¹⁾. Datum Rome 10. kal. jan. anno 6.

De curia.

[Simili modo] abbati monasterii s. Egidii Brunswicensis Halberstadensis diocesis.

Reg. Vat. 519 fol. 60.

¹⁾ Her dog delvis i Regestform.

12. Jan. 1464.

Om Bullen angaaende Franciskanerobservanterne se Nr. 2274 (12. Jan. 1463).

2297.

30. Jan. 1464.

Paven tillader sin Kapellan Marinus de Fregeno, pavelig Nuntius i Norden, at omgive sig med et Følge paa 12 Ryttere, der skal lønnes med $\frac{1}{3}$ Gylden om Dagen, og at opkræve 2 Bajocchi af alle, der bidrager til Korstoget.

Marino de Frigeno clerico Spoletano, capellano nostro et [in] Svecie ac Dacie regnis apostolice sedis nuntio. Cum alicui officium (*Dipl. Norv. XVII, 562—63*). Datum Rome 3. kal. febr. anno 6.

Non tax[ata].

Reg. Vat. 519 fol. 69.

2298.

31. Jan. 1464.

Kollektoren Marinus de Fregeno indbetaler fra sin Indsamling »in partibus Svecie« 218 Gylden til det pavelige Kammer gennem Huset Francesco Rucellai i Lübeck.

[1463]¹⁾ Die ultima eiusdem mensis jan. habuit prefatus thesaurarius dicto Ambrosio ut supra recipienti superioribus diebus a Marino de Frigeno collectore sanctissimi domini nostri pape in partibus Svecie fl. auri de camera 218 ex pecuniis dicte collectorie per manus Francisci de Rucellariis de Lubich.

fl. 218 sol. 10.

Introitus et Exitus 455 fol. 47 v og 456 fol. 47 v. Trykt i *Dipl. Norv. XVII, 1051—52*.

2299.

8. Marts 1464.

Paven meddeler Biskopperne i Lübeck og Ratzeburg og Kanniken Marinus de Fregeno i Strengnäs en Klage fra den pavelige »procurator fisci« Antonius de Eugubio over, at Marinus, da han vendte tilbage til Tyskland fra Sverige, havde mistet en Sæk, der indeholdt Udbyttet af hans Indsamling, 3243 rhinske Gylden, at disse Penge var bleven opsnappede af Hertug Henrik af Mecklenburgs Præfekt Henricus Bülow i Byen Grevesmühlen i Ratzeburg Stift, og at denne havde overgivet Pengene til sin Herre Hertugen, der trods gentagne Opfordringer havde nægtet at give dem tilbage. Paven befaler nu de nævnte Gejstlige at tvinge Hertugen og Raadet i Grevesmühlen til at give Pengene tilbage under Trusel om Band og Interdikt.

Lubicensi et Razeburgensi episcopis ac Marino Nicholai de Frigeno canonico Stre[n]gnensi. Gravem magistri Antonii de Eugubio fisci nostri procuratoris querelam (*Dipl. Norv. XVII, 563—65*). Datum Rome 8. id. martii anno 6.

De curia.

Reg. Vat. 519 fol. 87 v.

¹⁾ s: 1464, idet Aarets Begyndelse regnes til 25. Marts (Incarnatio Christi).

2300.

9. Marts 1464.

V Paven befaler Ærkebiskopperne i Magdeburg og Riga og Biskoppen i Strengnäs at give Domkapitlet i Upsala Absolution for at have overtraadt Interdiktet efter Ærkebiskoppens Fængsling og forbyde Kongen at forulæmpe Ærkebiskoppen og Stiftets Gejstlighed.

Magdeburgensi et Rigensi archiepiscopis ac episcopo Stre[n]g-
nensi. Ad hoc omnipotens deus in apostolica sede potestatis
plenitudinem constituit, ut Romanus pontifex, b. Petri celestis
clavigeri successor, qui claves discretionis acceptavit, nunc ri-
gorem exerceat, nunc mansuetudinem interponat, prout cause
rationabiles persuadent ac saluti animarum Christi fidelium con-
spicit in domino expedire. Sane pro parte prepositi, archidiaconi,
decani et capituli ecclesie Vpsalensis necnon cleri civitatis et dio-
cesis Vpsalensis petitio continebat, quod, cum alias Cristiernus
Dacie Svecie et Norvegie rex absque aliqua saltem rationabili
subsistente causa Johannem archiepiscopum Vpsalensem de facto
capi et captum detineri facere presumpsisset, prout etiam pre-
sumit et detinet de presenti, prepositus, archidiaconus, decanus
et capitulum et clerus predicti a divinis cessarunt, sed postea
minis et terroribus dicti regis compulsus interdictum per eundem
archiepiscopum propterea positum et quod observare inchoave-
runt, violare et divina continuo celebrare coacti fuerunt, ut
comminationes, terrores et minas prefati regis evaderent, propter
quod prepositus, archidiaconus, decanus et capitulum ac clerus
huiusmodi plurimum formidant sententias, censuras et penas in
violatores interdicti latas incurrisse. Quare pro parte prepositi,
archidiaconi, decani et capituli ac cleri predictorum, asserentium,
quod non sponte, sed coacti hoc egerunt, nobis fuit supplicatum,
ut eos a sententiis, censuris et penis, si quas premissorum occa-
sione incurrerunt, absolvere necnon cum eis super irregularitate,
si quam contraxerunt, dispensare aliasque statui eorum in pre-
missis oportune providere dignaremur. Nos itaque, de premissis
certam notitiam non habentes . . . fraternitati vestre . . . mandamus,
quatinus de premissis omnibus auctoritate nostra vos diligenter
informetis et, si per informationem huiusmodi ita esse ipsosque
prepositum, archidiaconum, decanum, capitulum et clerum per
vim et metum, qui in constantem virum cadere poterat, inter-
dictum huiusmodi violasse reppereritis, . . . ipsos prepositum,
archidiaconum, decanum ac singulares personas et capituli et
cleri huiusmodi ab eisdem sententiis, censuris et penis auctori-
tate nostra hac vice dumtaxat ad cautelam absolvatis in forma

ecclesie consueta, injunctis inde sibi pro modo culpe penitentia salutari et aliis, que de jure fuerint injungenda, et nichilominus cum preposito, archidiacono, decano et singularibus personis predictis super irregularitate, quam premissorum occasione contraxerunt, eadem auctoritate dispensetis omnemque inhabilitatis et infamie maculam sive notam per ipsos etiam contractam penitus aboleatis dictoque regi eadem auctoritate nostra sub excommunicationis pena late sententie districtius inhibeat, ne dictum archiepiscopum seu quascunque alias personas ecclesiasticas civitatis et diocesis earundem, in quos nulla est ei tradita potestas, in personis vel rebus molestare, vexare aut alias quovis modo perturbare, spoliare aut captivare presumat quoquomodo, non obstantibus premissis ac Bonifacii pape VIII, que incipit *Statutum, quod circa judices*, de una et duabus dietis in concilio generali et aliis constitutionibus apostolicis. Datum Senis 7. id. martii anno 6.

X

X

X

Orig. paa Perg. med Bulle i Hampsenor i Riksarkivet i Stockholm. — Reg. Vat. 511 fol. 282 v.

2301.

9. Marts 1464.

Paven befaler Ærkebiskopperne i Magdeburg og Riga og Biskoppen i Strengnäs at paalægge Kong Christiern under Trusel af gejstlige Straffe at løslade Ærkebiskoppen af Upsala og tilbagegive Kirken dens plyndrede Godser.

Magdeburgensi et Rigensi archiepiscopis ac episcopo Stre[n]g-nensi. Presumentium dei ministros et precipue archiepiscopali dignitate preditos captivare temeritas debet elludi (!) et juxta sacrorum canonum instituta digne correctionis verbere castigari. Sane pro parte Johannis archiepiscopi Vpsalensis nobis fuit querelanter expositum, quod Cristiernus Dacie Svecie et Norvegie rex absque aliqua rationabili causa eundem Johannem archiepiscopum de facto capi [facere] et captivum detinere presumpsit, prout etiam presumit et detinet de presenti, in grave scandalum et perniciosum exemplum plurimorum ac ecclesiastici status et ordinis opprobrium. Quare pro parte dicti archiepiscopi nobis fuit supplicatum, ut sibi et statui suo super premissis oportune providere dignaremur. Nos itaque, de premissis certam notitiam non habentes, fraternitati vestre mandamus, quatenus, si est ita, eundem regem auctoritate nostra moneatis,

ut prefatum archiepiscopum relaxet necnon arcem aliaque bona et res sibi per dictum regem seu de illius mandato ablata integraliter restituat, alioquin ipsum regem sententias, censuras et penas in constitutione Clementis pape V, que incipit *Si quis suadente de penis*, contentas damnabiliter incurrisse ac illis irritum fore apostolica auctoritate decernatis pariter et declaretis et ut talem ubilibet denuntietis, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, non obstantibus Bonifacii pape VIII, que incipit *Statutum, quod circa iudices*, de una et de duabus dietis in concilio generali ac aliis constitutionibus apostolicis. Datum Senis 7. id. martii anno 6.

Orig. paa Pergament med Bulle i Hampesnor i Riksarkivet i Stockholm. — Reg. Vat. 511 fol. 283 v; her tilføjet Sine taxa.

2302.

11. April 1464.

Optegnelse om, at Biskop Mogens (Krafse) i Odense visiterer Kurien ved sin Prokurator Provsten Henricus Gherwen i Halberstadt.

Universis etc., quod, cum Magnus episcopus Ottoniensis teneatur singulis trienniis etc., hinc est, quod prefatus Magnus episcopus sedem ipsam sive eadem limina pro uno preterito et alio instanti trienniis per magistrum Henricum Gherwen prepositum Halberstadensem procuratorem suum ad hoc ab eo specialiter constitutum die date presentium cum debitis honore et reverentia visitavit. Nichil tamen etc. Et insuper eundem Magnum episcopum a reatu perjurii aliisque sententiis etc. absolvimus. In quorum etc. Datum Petrioli Senensis diocesis die 11. mensis aprilis anno 6.

Miscellanea Arm. 7 vol. 1 fol. 18 v.

2303.

11. April 1464.

Kong Christierns Kansler, Roskildekanniken Daniel Kepken faar Tilladelse til at modtage og beholde tre ellers uforenelige Embeder i fem Aar.

Supplicat Daniel Kepken canonicus Roskildensis ac Cristiani Dacie etc. regis cancellarius, quatenus secum, ut quecunque tria curata seu alias invicem incompatibilia beneficia . . ., si sibi alias canonicè conferantur, recipere et insimul, quoad vixerit, retinere illaque et quecunque alia per eum imposterum assequenda incompatibilia . . . [dimittere] et loco dimissorum alia tria incompatibilia beneficia, dummodo ultra duo ex ipsis in

cathedralibus etiam metropolitanis post pontificales maiores vel in collegiatis ecclesiis principales dignitates seu totidem parrochiales ecclesie vel earum perpetue vicarie non existant, recipere et insimul, quoad vixerit, retinere libere valeat, dispensare dignemini, non obstantibus regulis s. v., quibus cavetur, quod similes dispensationes non dentur nisi certis exceptis personis. Concessum, et de tertio ad quinquennium, in presentia pape. Ag. Camerinensis. Et cum clausula permutandi obtenta et obtinenda pro semel et preterquam de reservatis extra qualitates beneficiorum. Datum Petrioli Senensis diocesis 3. id. aprilis anno 6.

Suppl. 566 fol. 7 v.

2304.

2. Juni 1464.

Kong Christierns Kansler, Roskildekanniken Daniel Kepken ansøger om at faa Dispensationen til at have tre ellers uforenelige Embeder bevilget paa Livstid, men faar den kun for fem Aar.

Alias s. v. cum Daniele Kepken canonico Roskildensi, nobilis viri Cristierni Dacie regis cancellario, ad tria incompatibilia et de tertio ad quinquennium gratiose dispensavit . . . [Nr. 2303]. Ut autem gratia dispensationis huiusmodi sibi reddatur fructifera, supplicat dictus Daniel, quatenus litteras apostolicas super dicta dispensatione conficiendas cum expressione etiam de tertio incompatibili ad vitam et secundum hec litteras expediri mandare dignemini. Concessum ad quinquennium in presentia pape. Ag. Camerinensis. Datum Rome 4. non. junii anno 6.

Suppl. 567 fol. 167.

2305.

24. og 26. Juli 1464.

Optegnelse om, at Marinus de Fregeno indbetaler 2110 Gylden til det pavelige Kammer, som atter udbetaler dem til Franciscus Neronis.

Introitus julii 1464.

Dicta die [24. eiusdem mensis julii] habuit prefatus thesaurarius, dicto Amb[rosio] ut supra recipienti, a Marino de Frigeno collectore apostolico fl. similes [c: de camera] 2110 in fl. 2020 Venetis pro valore mr. 4545 monete de Lubich solutarum Franciscus de Rucellariis in dicto loco, et de quibus concordavit Franciscum Neronis et Bernardum. fl. 2110.

Introitus et Exitus 455 fol. 100 v. Trykt Dipl. Norv. XVII, 1052.

Exitus julii 1463.

Dicta die [c: 26. mensis julii] et per manus ut supra prefatus thesaurarius ponit ad introitum fl. similes [c: de camera] 2110 habitos a Marino collectore per manus Francisci Rucellarii et solutos Francisco Neronis in deductionem 12500 similiarum fl., quos mutuaverat camere apostolice, ut apparet per mandatum factum dicta die. fl. 2110.

Introitus et Exitus 455 fol. 206 v.

2306.

27. Juli 1464.

Paven befaler Biskopperne i Brandenburg og Halberstadt og Provsten i Hildesheim at ophæve Bandet over Raadet og Borgerne i Lüneburg, som var paalagt dem, fordi de ikke havde overholdt det Forlig, Kong Christiern og Biskopperne i Lübeck og Schwerin havde mæglet i Striden om Saltværkerne.

Brandenburgensi et Halberstadensi episcopis ac preposito ecclesie Hildensemensis. Romani pontificis providentia circumspecta [etc.]. Dudum siquidem per nos accepto, quod in causa bonorum salinarum opidi Lunenburgensis Verdensis diocesis, que inter ecclesiarum et monasteriorum prelatos, capitula et conventus ac illorum aliasque personas ecclesiasticas et clerum diversarum diocesum ex una necnon proconsules, consules dicti opidi et eis adherentes ex altera partibus . . . in Romana curia et extra eam coram diversis iudicibus diutius extitit agitata, magna pars prelatorum, capitulorum, conventuum, personarum et cleri predictorum cum proconsulibus, consulibus et adherentibus antedictis super huiusmodi solutionibus, differentiis et rebus post lites longuas (!) et dispendiosas concordasset, ac Christiernus Dacie rex vigore compromissi in ipsum per quosdam alios tunc adhuc in causa huiusmodi contententes unacum eisdem proconsulibus, consulibus et adherentibus sponte facti compromittentes ipsos ad amicabilem compositionem induisset, nos, per eundem regem in hac parte gestis ratis et gratis habitis, eidem unacum Lubicensi, Slesvicensi et Swerinensi episcopis ac magistro Johanni Rode preposito ecclesie Bremensis vel eorum aliquibus, quos habere potuisset, inter reliquos contententium predictorum super differentiis et aliis rebus huiusmodi restantibus in se compromittere volentes laudandi et arbitrandi, prout sibi equum visum foret, dictisque prelati, capitulis, conventibus, personis ac clero, prohibitionibus apostolicis desuper factis non obstantibus, compromittendi motu proprio et ex certa scientia concessimus facultatem . . . Postmodum vero prefatus rex cum

prefatis Lubicensi et Swerinensi episcopis huiusmodi compromissionis¹⁾ et facultatis vigore super dictis differentiis et questionibus restantibus inter partes nondum inter alias pacificatas supradictas certam arbitralem seu arbitramentalem sententiam, que nulla provocatione suspensa in rem transivit iudicatam et per partes ipsas omologatam, tulit et promulgavit; prefati quoque proconsules et consules cum suis adherentibus predictis aliique prelati sententiis occasione premissa quomodolibet innodati de voluntate et mandato ac auctoritate nostris etiam expresso consensu compromittentium predictorum ab eisdem absoluti fuere. Nichilominus, cum nos de absolute huiusmodi certam notitiam non haberemus, in die cene domini et, ut accepimus, post absolutionem ipsam illis impensam Johannem Garlop, Henricum Langhen, Albertum Vandermolen et Harewicum Scomaker pro tempore proconsules dicti opidi et eis adherentes tamquam apostolice sedi rebelles excommunicavimus et anathematizavimus, quod non fecissemus, si de absolute eorundem dictam notitiam habuissemus. Cum autem nuper pro parte proconsulum et adherentium predictorum pro concordia et pace partium earundem nobis fuerit supplicatum, ut ipsorum indemnitati et animarum saluti super premissis oportune providere dignaremur, nos, qui cunctorum fidelium concordiam et pacem ac ipsorum quietem et animarum salutem intensis desideriis affectamus, necnon lites et scandalorum materiam, maxime inter clericum et laicos, penitus succidere et amputare studemus, . . . ac de premissis sufficientem notitiam non habentes, discretioni vestre mandamus, quatenus vos vel duo ad minus vestrum, vocatis omnibus, quorum interest, et qui fuerint evocandi, si per summariam informationem per vos desuper habendam arbitralem seu arbitramentalem sententiam predictam, per eundem regem et alios supradictos collegas latam, non esse in totum vel in partem executioni demandatam repereritis, eam dicte executioni mandetis, necnon eos, qui non paruerint, et ad quos spectat sententiam huiusmodi executioni mandare, ad parendum in toto et in qualibet parte sui dicte sententie per censuras ecclesiasticas in dictis nostris litteris appositas et irrogatas ac alias pecuniarias penas ultra expressas et alia juris remedia dicta auctoritate compellatis, et insuper, si vobis per dictam informationem constiterit aliquos dicte sententie non paruisse et per Arnoldum episcopum

¹⁾ Cod. commissionis

Lubicensem de facto absolutos fuisse, illos, quatenus de facto se pretendunt absolutos, sententias pristinas incidisse declaretis, quatenus vero sententiam predictam vere et sine fraude executioni demandatam et eidem vere et sine fraude ante diem cene domini, que tunc proxime post eandem latam sententiam sequebatur, paritum fore reppereritis, illos, qui sic, ut predictur, quantum ad se pertinet, paruerunt et per episcopum Lubicensem prefatum absoluti fuerunt, cum suis adherentibus ab omnibus sententiis, censuris et penis predictis absolutos censendos fore . . nullasque propter excommunicationem et anathematizationem predictas censuras, irregularitatis et inhabilitatis notam vel infamie maculam incurrisse auctoritate nostra declaretis Datum Ancone 6. kal. aug. anno 6.

C X
X

Reg. Vat. 512 fol. 19.

2307.

[27. Juli 1464.]

Paven udnævner Ærkedegnen Peder Nielsen (Lodehat) i Ribe til Biskop sammesteds.

Ripensis. Petrus electus Ripensis ecclesia per obitum cum conclusionibus et munere.

Uddrag i Indice 329 efter Reg. Lat. Pii II an. 6 lib. 5 (tabt) fol. 129 og 131.

2308.

27. Juli 1464.

Paven reserverer Kanonikat og Præbende samt Ærkedegneembedet i Ribe for Oluf Lydekensen, som saa dog skal opgive det Kanonikat og Præbende sammesteds samt Sognekirken i Vilslev, hvilke han forud har.

Olauo Ludekini canonico Ripensi, in decretis bacallario. Litterarum scientia, vite ac morum honestas [etc.]. Cum itaque canonicatus et prebenda ac archidiaconatus ecclesie Ripensis, quos Petrus electus Ripensis tempore promotionis per nos facte de persona sua ad ecclesiam predictam obtinebat, per huiusmodi promotionem ac munus consecrationis impendendum eidem electo vacare sperentur, nos canonicatum et prebendam ac, qui in eadem ecclesia dignitas maior post pontificalem existit, cuique cura imminet animarum, et ad quem consuevit quis per electionem assumi, archidiaconatum predictum [quorum ac eidem archidiaconatui annexorum fructus 4 mr.], cum illos quovis modo preterquam per ipsius electi obitum vacare contigerit, conferendos tibi donationi apostolice reservamus, non obstante quod alios canonicatum et prebendam eiusdem ecclesie necnon parro-

chiale[m] ecclesiam s. Nicolai in Wilsleff Ripensis diocesis nosceris obtinere. Volumus autem, quod, quamprimum vacaturos canonicatum et prebendam ac archidiaconatum huiusmodi fueris vigore presentium pacifice assecutus, obtentos canonicatum et prebendam ac parrochiale[m] ecclesiam predictos, quos obtines, quosque extunc vacare decernimus, omnino, prout ad id te sponte obtulisti, dimittere tenearis. Datum Ancone 6. kal. aug. anno 6.

X

X

[Simili modo] Archiepiscopo Arelatensi et episcopo Slesvicensi ac decano ecclesie Lubicensis.

V

X

Reg. Vat. 512 fol. 105 og 106.

2309.**5. Aug. 1464.**

Paven befaler Ærkedegnen i Slesvig at overdrage Sognekirken i Vilslev i Ribe Stift til Klerken Henrik Thomsen fra Ribe Stift, skønt denne kun er 23 Aar gammel.

Archidiacono ecclesie Slesvicensis. Dignum arbitramur etc. Nuper siquidem, cum archidiaconatus ecclesie Ripensis, quem Petrus electus Ripensis tempore promotionis huiusmodi per nos facte de persona sua ad dictam ecclesiam obtinebat, prout obtinet, per huiusmodi promotionem et munus consecrationis impendendum eidem electo vacare speraretur, nos de dicto archidiaconatu, cum illum quovis modo preterquam per ipsius electi obitum vacare contigerit, Olauo Ludekini rectori parrochialis ecclesie s. Nicolai in Wilsleff Ripensis diocesis per alias nostras litteras provideri mandavimus gratiose, volentes inter cetera, quod, quamprimum idem Olauus predictum archidiaconatum foret vigore earundem litterarum pacifice assecutus, eandem parrochiale[m] ecclesiam, quam tunc inter alia obtinebat, et quam extunc vacare decrevimus, omnino dimittere teneretur. Cum itaque propterea dicta parrochialis ecclesia per assecutionem pacificam eiusdem archidiaconatus per dictum Olaum prefatarum litterarum vigore faciendam vacare speretur, nos, volentes Henricum Thome clericum dicte diocesis, qui in vicesimo tertio vel circa sue etatis anno constitutus existit, favore prosequi gratioso, discretioni tue mandamus, quatenus, si per diligentem examinationem prefatum Henricum ad hoc idoneum esse reppereris, ecclesiam predictam [fructus 2 mr.], cum illam vacare contigerit, conferendam eidem Henrico donationi tue auctoritate nostra reserves, et nichilominus

parrochiam ecclesiam predictam, cum illam vacare contigerit, eidem Henrico dicta auctoritate nostra conferas, non obstante quod idem Henricus ad obtinendum dictam parrochiam ecclesiam etatis premissis defectum patitur in illius anno constitutus, ut prefertur. Nos enim cum eodem Henrico, ut ipsam parrochiam ecclesiam, si sibi vigore presentium conferatur, recipere et retinere libere valeat, tenore presentium dispensamus. Datum Ancone non. aug. anno 6.

P. XXVI. 3. id. aug. anno 6. de Varris.
Reg. Lat. 599 fol. 216.

2310.

8. Aug. 1464.

Biskop Peder Nielsen (Lodehat) i Ribe lover at betale Servispenge.

1464. 8. aug. *Petrus electus Ripensis provisus (!) 6. kal. aug. anno 6 Pii II obtulit fl. 120.*

Uddrag af Garampi efter S. C. 4 fol. 82 og Obl. C. A. fol. 211 (tabte).

2311.

8. Aug. 1464.

Biskop Peder Nielsen (Lodehat) i Ribe betaler Servispenge m. m. til det pavelige Kammer.

Universis etc. Hieronimus etc. Universis etc., quod Petrus electus Ripensis pro totali ei integra solutione sui communis servitii dicte ecclesie, in quo camere apostolice sub certis penis . . . tenebatur efficaciter obligatus, summam fl. auri de camera 60 necnon ratione spoli predecessoris dicti episcopi 80, Antonio de Forliuio camere apostolice clerico ac pape thesaurario pro ipsa camera [recipiente], ac pro totali et integra solutione unius minuti servitii Ludouico tituli s. Laurentii in Damaso presbitero cardinali Aquilegiensi pape camerario et dicte camere clericis debiti, pro quo erat in dicta camera similiter obligatus, fl. similes 6 necnon pro totali et integra solutione trium minorum servitiorum familiaribus et officialibus ipsius sanctissimi domini nostri pape debitorum, pro quibus erat in prefata camera pariformiter obligatus, fl. similes 18 ipsis clericis recipientibus die date presentium per manus honorabilium virorum Gasparis de Picolominibus et sociorum de Romana curia tempore debito solvi fecit realiter et cum effectu. De quibus quidem etc. In quorum etc. Datum Ancone in loco camere apostolice die 8. mensis aug. anno 1464 pontificatus anno 6. tax. fl. 1 gr. 2.

R[egistravit] Antonius de Forliuio apostolice camere clericus, pape thesaurarius.

Oblig. 78 fol. 133 v.

[1464] Die 8. eiusdem [mensis aug.] habuit prefatus thesaurarius, dicto Ambrosio ut supra recipienti, a Petro electo Ripensi fl. similes [ɔ: auri de camera] 60 pro communi servitio dicte ecclesie per manus Gaspari[s] de Piccolominibus et sociorum.

Introitus et Exitus 455 fol. 105 v.

[1464] Dicta die [ɔ: 8. mensis aug.] habuit prefatus thesaurarius, dicto Ambrosio ut supra recipienti, a prefato Petro electo Ripensi fl. similes [ɔ: auri de camera] 80 pro compositione secum facta super spoliis predecessoris sui per manus dicti Gasparis et sociorum.

Introitus et Exitus 455 fol. 105 v.

2312.

12. Aug. 1464.

Biskop Peder Nielsen (Lodehat) i Ribe betaler Servispenge til Kardinalkollegiet.

Jacobus etc., quod P[etrus] episcopus Ripensis pro totali solutione suorum communis et minuti servitiorum, in quibus etc., ac termino etc. ratione promotionis sue etc., fl. auri de camera 36 nobis etc. per manus honorabilis viri Guasparis de Piccolominibus et sociorum etc. die date presentium solvi fecit realiter et cum effectu. De quibus etc. In quorum etc. Datum Anchone 12. mensis aug. anno 6. fl. 1 gr. 1.

Oblig. 79 fol. 69.



PAULUS II

valgt 31. Aug. 1464, viet 16. Sept. 1464, død 26. Juli 1471.

2313.

17. Aug. 1464.

Kardinal Johannes (Carvajal) meddeler Biskop Claus (Wulf) i Slesvig, at den nylig afdøde Pave Pius II havde bestemt, at alle, der havde haft til Hensigt at drage paa Korstog eller havde bidraget noget til Korsfarerne, skulde nyde Korstogsafladen, og beder ham bekendtgøre dette i sit Stift.

Johannes episcopus Portuensis, s. Romane ecclesie cardinalis, s. Angeli vulgariter nuncupatus, Nicolao episcopo Slesvicensi. Presentibus intimamus (*Schröder, Papist. Meklenburg I, 2167; Reg. 4217*). Datum Anchone in domibus habitationum

nostre solite residentie sub nostri sigilli impressione sub anno 1464 die 17. mensis aug. sede apostolica pastore vacante.

2314.

16. Sept. 1464—26. Juli 1471.

Ottoniensis. Nicolaus Andree. Similis [5: dispensatio ad futura].

Uddrag i Indice 331 efter Reg. Lat. Pauli II anno 1 lib. 7 (tabt) fol. 295.

2315.

16. Sept. 1464.

Paven fornyer Roskildekanniken Johan Jensen (Quitow)s Udnævnelse til Dekan i Roskilde, da Pius II ikke havde faaet udstedt Brevet derom før sin Død.

Johanni Johannis decano ecclesie Roskildensis. Rationi congruit [etc.]. Dudum siquidem Pius papa II omnes dignitates in cathedralibus ecclesiis post pontificales maiores . . . dispositioni sue reservavit. Cum itaque postmodum decanatus ecclesie Roskildensis, qui inibi dignitas post pontificalem maior existit, et quem Jacobus Olavi obtinebat, per obitum eiusdem Jacobi vacaret, prefatus Pius tibi, qui de militari genere ex utroque parente procreatus existebas ac in civitate nostra Perusina pluribus annis in jure canonico studueras, specialem gratiam facere teque in dicta ecclesia, cuius canonicus existebas, peramplius honorare volens, sub data pridie id. maji anno 5 decanatum predictum, qui etiam per canonicos dicte ecclesie teneri, et ad quem quis per electionem assumi consuevit, et cui cura imminet animarum [fructus 16 mr.], tibi apostolica auctoritate contulit et de illa etiam providit, non obstante quod predictae et Arusiensis ecclesiarum canonicatus et prebendas ac parrochiam ecclesiam de Fundrop(!) Roskildensis diocesis [omnium fructus 12 mr.] obtinere noscebaris. Voluit autem idem Pius, quod, quamprimum ipsius decanatus possessionem fores vigore predictarum suarum, si, ut premittitur, confecte fuissent, litterarum pacificam assecutus, parrochiam ecclesiam predictam, quam ipse Pius extunc vacare decrevit, omnino, prout ad id te sponte obtulisti, dimittere tenereris. Ne autem de collatione, provisione, voluntate et decreto huiusmodi pro eo, quod super illis dicti Pii littere superveniente eius obitu confecte non fuerunt, valeat quomodolibet hesitari, tuque illarum frustreris effectu, volumus, quod presentes littere ad probandum plene collationem, provisionem, voluntatem et decretum Pii huiusmodi ubique sufficiant . . . Datum Rome 16. kal. oct. anno 1.

Simili modo episcopo Ortano et preposito Roskildensis ac decano b. Marie Haffnensis Roskildensis diocesis ecclesiarum.

V ≡

X X

Reg. Vat. 526 fol. 164.

2316.

19. Okt. 1464.

Paven gentager Pius II's Befaling af 8. Marts 1464 (Nr. 2299) til Biskopperne i Lübeck og Ratzeburg og Marinus de Fregeno.

Lubicensi et Razeburgensi episcopis ac Marino Nicolai de Frigeno canonico Stregnensi. Gravem magistri Antonii de Eugubio (*Dipl. Norv. XVII, 565*). Datum Rome 14. kal. nov. anno 1.

Reg. Vat. 519 fol. 151 v.

De curia.

2317.

27. Okt. 1464.

Paven befaler Dekanerne i København og ved St. Mauritius' Kirke udenfor Münster samt Officialen i Lund at overdrage Niels Jensen fra Malmø Kanonikat og Præbende i Lund, ledige ved Jens Pedersens Død.

B. Marie virginis Haffnensis et s. Mauritii extra muros Monasteriensis ecclesiarum decanis ac officiali Lundensi. Vite ac morum honestas (*Dipl. dioc. Lund. IV, Nr. 54*). Datum Rome 6. kal. nov. anno 1.

P. XII residuum pro deo 6. id. martii anno 3. de Varris.

Reg. Lat. 618 fol. 299.

2318.

31. Okt. 1464.

Paven befaler Biskoppen i Silves, Provsten i Bremen og Dekanen i Schwerrin at overdrage Kanonikat og Præbende i Hamburg til Kong Christierns Prokurator ved Kuriem, Lübeckerkanniken Henricus Gherwen.

Episcopo Silvensi et preposito Bremensis ac decano Zwerinensis ecclesiarum. Litterarum scientia, vite ac morum honestas [etc.]. Cum itaque canonicatus et maior prebenda ecclesie b. Marie Hamburgensis Bremensis diocesis, . . . quos Johannes de Buren obtinebat, per eiusdem Johannis obitum, qui in uno ex mensibus, [qui] juxta concordata Alamanie apostolice sedi cedunt, diem clausit extremum, vacent ad presens, nos, volentes Henrico Gherwen canonico Lubicensi licentiatum in decretis, qui Cristierni regis Dacie negotiorum in Romana curia procurator existit, specialem gratiam facere . . ., discretionem vestram mandamus, quatenus . . . canonicatum et prebendam predictos [fructus 4 mr.]

prefato Henrico auctoritate nostra conferre curetis Datum Rome pridie kal. nov. anno 1.

P. XX. 13. kal. maji anno 1. de Varris.
Reg. Lat. 610 fol. 103 v.

2319.

26. Nov. 1464.

Paven befaler Biskoppen i Tricarico, Prioren i Dalum Kloster og Provsten i Odense at overdrage Sognekirken i Sanderum i Odense Stift til Præsten Niels Pedersen.

Episcopo Tricaricensi et priori monasterii s. Marie in Dalum Ottoniensis diocesis ac preposito ecclesie Ottoniensis. Vite ac morum honestas [etc.]. Cum itaque parrochialis ecclesia s. Michaelis in Sandrum predictæ diocesis, quam Matheus Laurentii obtinebat, per obitum eiusdem Mathei vacet, nos, Nicolao Petri presbitero Ottoniensis diocesis specialem gratiam facere volentes, discretioni vestre mandamus, quatinus ecclesiam predictam, que ad presentationem abbatisse et conventus monasterii in Dalum ordinis s. Benedicti predictæ diocesis pertinet [fructus 3 mr.], eidem Nicolao Petri conferre curetis. Datum Rome 6. kal. dec. anno 1.

P. XXII. 18. kal. jan. anno 1. de Varris.
Reg. Lat. 601 fol. 25; ogsaa Supplik (Fiat. P.) i Suppl. 570 fol. 17 v.

2320.

5. Jan. 1465.

Paven udnævner Klerken Jens Andersen fra Roskilde Stift til Notar.

De officio tabellionatus.

Johanni Andree clerico Roskildensis diocesis. Ne contractuum memoria etc. Hinc est, quod nos huiusmodi officium tibi, qui ad illud per Rodericum s. Nicolai in carcere Tulliano diaconum cardinalem s. Romane ecclesie vicecancellarium, cui tuam examinationem commisimus, repertus fuisti idoneus, et in cuius manibus postmodum prestitisti in forma, que sequitur, juramentum, duximus concedendum, ut tu idem officium prudenter et fideliter ubilibet exequaris, et ad te, cum necesse fuerit, in his, que ad ipsum officium pertinent, fiducialiter recur[r]atur. Formam autem juramenti predicti, ut per ipsam plenius informeris, presentibus inseri fecimus, que est talis: Ego Johannes Andree, clericus non conjugatus neque in sacris ordinibus constitutus Roskildensis diocesis, ab hac hora inantea fidelis ero b. Petro et s. Romane ecclesie ac Paulo pape II et successoribus

suis canonice intrantibus etc. Sic me deus et hec sancta dei evangelia etc. Datum Rome non. jan. anno 1.

B. gratis pro deo. Coronensis.

Reg. Lat. 613 fol. 170 v.

2321.

8. Jan. 1465.

Slesvigkanniken Tymme Reyman faar Skatmesterembedet i Slesvig, skønt han forud har Sognekirken i Hohenstein (?) i Lübeck Stift.

Supplicat Tymo Reyman canonicus ecclesie Slesvicensis quatenus sibi de thesauraria dicte ecclesie, que inibi officium sine cura existit, vacante per obitum Laurentii Lunt [fructus 4 mr.], providere dignemini, non obstante parrochiali ecclesia in Hansune Lubicensis diocesis, quam possidet [fructus 4 mr.]. Concessum. R. Valentinus. Datum Rome 6. id. jan. anno 1.

Suppl. 569 fol. LXV (62).

2322.

8. Jan. 1465.

Klerken Theodericus Grunserwuch fra Verden Stift faar Kanonikat og større Præbende i Slesvig, skønt han forud har faaet Provision paa flere (nordtyske) Embeder.

Supplicat Theodericus Grunserwuch clericus Verdensis diocesis, quatenus sibi de canonicatu et prebenda maiori ecclesie Slesvicensis, vacantibus per obitum Laurentii Lunt [fructus 4 mr.], dignemini providere, non obstantibus perpetuis sine cura vicariis, quarum una sita est in cappella s. Gertrudis prope opidum Lunenburgense Verdensis diocesis et alia in ecclesia parrochiali s. Petri Lubicensi [cuiuslibet fructus 4 mr.], quas non possidet, sed [de quibus] certo modo vacantibus per e. s. v. [sibi] provisum extitit litteris nondum expeditis. Concessum. R. Valentinus. Datum Rome 6. id. jan. anno 1.

Suppl. 569 fol. LXIV (61).

2323.

15. Jan. 1465.

Klerken Mogens Andersen fra Roskilde Stift faar Kanonikat og Præbende i København.

Supplicat Magnus Andree clericus Roskildensis diocesis, quatenus sibi de canonicatu et prebenda collegiate ecclesie Haffnensis dicte diocesis, per obitum Petri Henrici vacantibus [fructus 24 duc. auri de camera], providere dignemini. Concessum. R. Valentinus. Datum Rome 18. kal. febr. anno 1.

Suppl. 569 fol. XXXVII (57).

2324.

26. Jan. 1465.

Klerken Johannes Niis fra Utrecht Stift faar ny Provision paa Kanonikat og Præbende i Ribe, som allerede Pius II havde givet ham.

Alias cum certi canonicatus et prebenda ecclesie Ripensis, quos Olauus Ludekini tunc obtinebat, per assecutionem certorum aliorum canonicatus et prebende ipsius ecclesie, de quibus tunc vacantibus seu vacaturis eidem Olauo auctoritate apostolica provisum fuerat, per eundem Olauum auctoritate apostolica factam seu faciendam, prout latius in cancellaria apostolica declarabitur, vacare sper[ar]entur¹⁾, Pius papa II de ipsius [o: ipsis] primodictis canonicatu et prebenda Johanni Niis clerico Traiectensis diocesis, B[ertoldi Eruli] tituli s. Sabine presbiteri cardinalis capellano familiari continuo commensali, provideri concessit. Cum autem prefatus Olauus ultimo dictos canonicatum et prebendam in brevi assequi sperat, seu forsitan iam fuerat assecutus, supplicat prefatus Johannes, quatenus sibi de eisdem primodictis canonicatu et prebenda [fructus 3 mr.] de novo providere dignemini. Concessum in presentia pape. Pe. Tirasonensis. Datum Rome 7. kal. febr. anno 1.

Suppl. 571 fol. 51.

2325.

12. Febr. 1465.

Paven, som havde erfaret, at Kollektoren i Norden Marinus de Fregeno uden at aflægge Regnskab og uvist af hvilken Grund var draget til Polen og havde indsamlet mange Penge, befaler sin Kammerherre Albertus de Gaji, Kustos i Gnesen Kirke, at begive sig til de Steder, hvor Marinus' Penge findes, opkræve dem og indbetale dem til det florentinske Firma Franciscus de Rucellai i Lübeck eller det nürnbergske Firma Jacobus Muler i Krakau. Dominicus Gabrielis fra Siena, der er sendt til samme Egne, skal hjælpe Albertus.

Alberto de Gaij custodi ecclesie Gneznensis, cubiculario nostro ac nuntio. Quoniam fidedignorum relatu (*Dipl. Norv. XVII, 567—69*). Datum Rome pridie id. febr. anno 1.

Reg. Vat. 519 fol. 151 v.

De curia.

2326.

12. Febr. 1465.

Paven befaler Albertus de Gaji at fængsle Marinus, hans Slægtninge og Svende, der skal opholde sig i Polen, og indtil videre holde dem fængslede; endvidere opfordrer han alle gejstlige og verdslige Myndigheder til at være Albertus behjælpelige.

Alberto de Gaij custodi ecclesie Gneznensis, cubiculario et nuntio nostro. Non absque mentis nostre molestia (*Dipl. Norv. XVII, 566—67*). Datum Rome pridie id. febr. anno 1.

Reg. Vat. 519 fol. 152 v.

De curia.

¹⁾ add. Gz.

2327.**1. April 1465.**

Paven befaler Provsterne i Halberstadt og ved Helligaandskirken i Ruremund i Leiden Stift samt Lundekanniken Niels Jensen at give Klerken Jens Nielsen fra Odense Stift Ventebrev paa et Embede i Roskilde By eller Stift.

Bene per omnia sit primus.

Halberstadensi et s. Spiritus Rairemudensis Leodiensis diocesis prepositis ac Nicolao Johannis canonico Lundensis ecclesiarum. Johannis Nicolai pauperis clerici Ottoniensis diocesis apud sedem apostolicam constituti etc. [∴: supplicationibus inclinati, discretioni vestre mandamus, quatenus de vita et conversatione ipsius clerici, qui beneficium aliquod non obtinet, et quem per certos examinatores super hoc deputatos a nobis de litteratura examinari fecimus diligenter, quique in illa repertus est idoneus ad beneficium obtinendum, solerter inquirentes, . . . ei de aliquo beneficio consueto abolim clericis secularibus assignari, dummodo in cathedrali ecclesia non existat] [fructus, si cum cura, 20, si vero sine cura, 15 mr. secundum taxam decime], si taxatum fuerit etc. [∴: et, si taxatum non fuerit, secundum quod de illo pro decima communiter solvi consuevit,] ad collationem vel provisionem episcopi Roskildensis ac decani, prepositi et capituli ecclesie Roskildensis comuniter pertinente, si quod in civitate vel diocesi Roskildensi vacat ad presens . . ., auctoritate nostra providere curetis. Datum Rome kal. aprilis anno 1.

Reg. Vat. 541 fol. 179 (jfr. fol. 5, hvorfra de i [—] satte Tilføjelser er tagne).

2328.**1. April 1465.**

Paven befaler Dekanen ved St. Mauritiuskirken udenfor Münster og Kannerne Mogens Andersen i Lund og Magnus Nicolai i Åbo at give Klerken Jens Abrahamsen fra Odense Stift Ventebrev paa et Embede i Roskilde By eller Stift, hvor han bor.

Bene per omnia sit primus.

Decano s. Mauritii extra muros Monasteriensis et Magno Andree Lundensis ac Magno Nicolai Aboensis canonicis ecclesiarum. Johannis Abrahe pauperis clerici Ottoniensis diocesis apud sedem apostolicam constituti etc. [som Nr. 2327] [fructus cum cura 20 mr., sine cura 15 mr.] ad provisionem decani et capituli ecclesie Haffnensis Roskildensis diocesis comuniter vel divisim pertinente, si quod in civitate vel dicta diocesi Roskildensi, ubi dictus Johannes perpetuam se asserit elligisse (!) mansionem, vacat ad presens etc. Datum Rome ut supra kal. aprilis anno 1.

Reg. Vat. 541 fol. 133 v.

2329.

1. April 1465.

Paven befaler Dekanerne ved St. Andreaskirken i Køl̄n, St. Andreaskirken i Worms og St. Mauritiuskirken udenfor M̄nster at give Klerken Johannes Meynhardi fra Slesvig Stift Ventebrev paa et Embede ved St. Willehads Kirken i Bremen, hvor han bor.

Bene per omnia sit primus.

S. Andree Coloniensis et eiusdem sancti Wormaciensis ac s. Mauritii extra muros Monasteriensis ecclesiarum decanis. Johannis Mernhardi pauperis clerici Slesvicensis diocesis apud sedem apostolicam constituti etc. [som Nr. 2327] [fructus cum cura 20, sine cura 15 mr.] ad collationem vel provisionem decani et capituli ecclesie s. Wilhadi Bremensis pertinente [som Nr. 2328]. Datum Rome ut supra [kal. aprilis anno 1].

Reg. Vat. 541 fol. 81.

2330.

1. April 1465.

Paven befaler Provsten i Halberstadt, Dekanen i Reval og Ærkedegnen i Demmin i Camin Stift at give Præsten Didrik Nettelen fra Odense Stift Ventebrev paa et Embede i Lübeck, hvor han bor.

Bene per omnia sit secundus.

Preposito Halberstadensis et decano Reualiensis ac archidiacono Diminensis Caminensis [diocesis] ecclesiarum. Theoderici Nettelen pauperis presbiteri Ottoniensis diocesis apud sedem apostolicam constituti etc. [som Nr. 2327] ad collationem vel provisionem decani et capituli ecclesie Lubicensis pertinente [som Nr. 2328]. Datum Rome ut supra [kal. aprilis anno 1].

Reg. Vat. 541 fol. 42 v.

2331.

1. April 1465.

Paven giver Klerken Jens Zegenhorn fra Slesvig Stift, som er hans »familiaris continuus commensalis«, Ventebrev paa eet eller to Embeder i Lübeck og Slesvig Stift.

Johanni Zegenhoren clerico Slesvicensi familiari nostro. Grata familiaritatis obsequia, . . . vite ac morum honestas [etc.]. Volentes itaque tibi, qui etiam continuus commensalis noster existis, gratiam facere specialem, motu proprio . . . unum vel duo beneficium seu beneficia, dummodo dignitas ipsa in cathedrali post pontificalem maior aut in collegiata ecclesia principalis non existat [cuius seu quorum fructus, si ipsorum aliquod cum cura aut dignitas vel personatus, 25 mr., si vero sine cura nec dignitas vel personatus fuerit seu ipsa duo fuerint, 18 mr. secundum taxationem decime], ad collationem, provisionem, pre-

sentationem, electionem seu quamvis aliam dispositionem Lubicensis et Slesvicensis episcoporum ac prepositorum decanorum scolasticorum cantorum custodum capitulorum singulorumque canonicorum et personarum Lubicensis et Slesvicensis ecclesiarum pertinens seu pertinentia, si quod vel si qua vacat seu vacant ad presens . . . , aut cum vacaverit seu vacaverint , conferendum seu conferenda tibi . . . donationi apostolice reservamus. Datum Rome kal. aprilis anno 1.

Simili modo episcopo Vicentino et Lubicensi ac Slesvicensi officialibus.

P. gratis de mandato. 10. kal. maji anno 1. de Varris.
Reg. Lat. 616 fol. 31.

2332.

6. April 1465.

Paven befaler Biskoppen i Aarhus at undersøge, om Biskoppen i Børglum, som han har paastaaet, har Patronatsret til Sognekirken i Karby og Vendsyssel Provsti i Børglum Stift, og i saa Fald lade ham nyde denne.

Episcopo Arusiensi. Humilibus supplicum votis [etc.]. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Jacobi episcopi Burglanensis petitio continebat, quod, licet tam de jure quam etiam a tanto tempore, de cuius contrario memoria hominum non existit, inconcusse observata consuetudine collatio, provisio et omnimoda dispositio parochialis ecclesie b. Marie de Carlby et prepositure ruralis et sine cura V[e]ndlie Burglanensis diocesis, dum pro tempore vacant, ad episcopum Burglanensem pertineant, ipseque Jacobus et ipsius antecessores per huiusmodi tempora fuerint in possessione vel quasi iuris conferendi ecclesiam et preposituram predictas et de illis omnimode disponendi, nichilominus nonnulli temporales domini illarum partium tam ecclesiastici quam seculares, falso asserentes ecclesie et prepositure predictarum collationem et dispositionem ad eos spectare, ipsum episcopum, quominus ecclesiam, tunc per obitum Johannis Juul, et preposituram predictas, tunc certo modo vacantes, personis idoneis conferre et de illis providere libere posset, impedire et ipsum Jacobum episcopum in quasi possessione huiusmodi multipliciter inquietare nituntur in non modicum earundem ecclesie et prepositure dispendium et ipsius Jacobi episcopi ac ecclesie Burglanensis prejudicium. Quare pro parte dicti Jacobi episcopi, asserentis, quod ecclesie 5 et prepositure 4 fl. auri de camera fructus non excedunt, nobis fuit supplicatum, ut omnes causas, quas idem episcopus contra temporales dominos prefatos

premissorum occasione movere intendit, alicui prelato in partibus illis audiendas et fine debito terminandas committere . . . dignaremur. Nos itaque fraternitati tue mandamus, quatinus, vocatis temporalibus dominis predictis et aliis, qui fuerint evocandi, auditisque hincinde propositis, quod justum fuerit, appellatione remota decernas, faciens, quod decreveris, per censuram ecclesiasticam firmiter observari, ac eundem episcopum, si est ita, possessione predicta pacifice gaudere, non permittens eundem Jacobum episcopum in quasi possessione huiusmodi per eosdem temporales dominos indebite molestari. Datum Rome 8. id. aprilis anno 1.

H. XVI. Folani.

Reg. Lat. 620 fol. 317 v.

2333.

6. April 1465.

Klerken Johannes Siberii fra Slesvig Stift faar et evigt Vikariat ved St. Jakobs Alter i Slesvig Domkirke.

Supplicat Johannes Siberii clericus Slesvicensis diocesis, quatenus sibi de perpetua sine cura vicaria altaris s. Jacobi in ecclesia Slesvicensi siti, per obitum Johannis Menkel vacante [fructus 2 mr.], providere dignemini. Concessum in presentia pape. Pe. Tirasonensis. Datum Rome 8. id. aprilis anno 1.

Suppl. 575 fol. CCLXII (252).

2334.

13. April 1465.

Optegnelse om, at Skolaren Jens Zegenhorn fra Slesvig Stift faar den første Tonsur i Rom.

Ordines generales celebrati per Nicolaum episcopum Ortanum in Romana curia residentem ex commissione Vienesii de Albergatis de Bononia, sedis apostolice prothonotarii ac officium camerariatus sanctissimi domini nostri pape regentis, in sacristia basilice principis apostolorum de Urbe in vigilia resurrectionis dominice, videlicet 13. mensis aprilis anno 1.

Ad primam tonsuram

Johannes Zegenhorn scholaris Slesvicensis.

Libri formatari (1464—70) fol. 20 (Archivio di Stato).

2335.

23. April 1465.

Paven befaler Abbeden i Øm Kloster at overdrage Klerken Erik Nielsen (Rosenkrantz) fra Viborg Stift Ærkedegneembedet i Viborg, skønt han kun er 18 Aar.

Abbatii monasterii Careinsule Arusiensis diocesis. Dignum [etc.]. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Erici Nicolai clerici Vibergensis diocesis petitio continebat, quod olim, archidiaconatu ecclesie Vibergensis, qui inibi dignitas non tamen maior post pontificalem existit, et quem Johannes Petri obtinebat, per obitum eiusdem Johannis vacante, capitulum dicte ecclesie prefatum Ericum, etiam tunc in decimo octavo sue etatis anno constitutum et nulla super hoc dispensatione suffultum, quamvis de facto elegerunt. Cum autem secundum premissa electio huiusmodi viribus non subsistat, et archidiaconatus ipse adhuc vacare noscatur, nos, volentes dictum Ericum, qui in eodem decimo octavo anno adhuc constitutus et de militari genere ex utroque parente procreatus existit, favore prosequi gratioso, discretioni tue mandamus, quatenus, si per diligentem examinationem eundem Ericum ad hoc idoneum esse reppereris, archidiaconatum ipsum, qui sine cura est, et ad quem consuevit quis per electionem assumi [fructus 4 mr.], eidem Erico auctoritate nostra conferas, non obstante quod idem Ericus ad obtinendum archidiaconatum predictum etatis premissae defectum patitur . . . Nos enim cum eodem Erico, ut archidiaconatum huiusmodi recipere et retinere libere valeat, tenore presentium dispensamus . . . Datum Rome 9. kal. maji anno 1.

H. XXX. Expedita pridie kal. maji anno 1. Folani.

Reg. Lat. 620 fol. 9 v; ogsaa Supplik (Concessum in presentia pape. Pe. Tirasonensis) i Suppl. 573 fol. 128.

2336.

27. April 1465.

Klerken Helrik van der Wisch fra Slesvig Stift faar Provstiet i Slesvig (jfr. Nr. 2342).

Supplicat Helricus van der Sysch (!) [ϝ: Wysch] clericus Slesvicensis diocesis, ex utroque parente de nobili genere procreatus, quatenus sibi de prepositura ecclesie Slesvicensis, que inibi dignitas maior post pontificalem ac curata existit, per obitum Godscalei Rykstorp vacante [fructus 4 mr.], providere dignemini. Concessum in presentia pape. Pe. Tirasonensis. Datum Rome 5. kal. maji anno 1.

Suppl. 573 fol. 291.

2337.

7. Maj 1465.

Paven overdrager Mogens Andersen, som er Notar ved Kurien, Dekanetet i Roskilde.

Magno Andree decano Roskildensi. Vite ac morum honestas etc.]. Dudum siquidem omnes dignitates in cathedralibus eccle-

siis post pontificales maiores . . dispositioni nostre reservavimus. Cum itaque postmodum decanatus ecclesie Roskildensis, qui inibi dignitas post pontificalem maior existit, et quem Jacobus obtinebat, per obitum eiusdem Jacobi vacet, nos, volentes tibi, qui causarum palatii apostolici notarius et ex Dacia oriundus existis, gratiam facere specialem . . ., decanatum predictum, ad quem consuevit quis per electionem assummi (!), et cui cura imminet animarum, cuiusque necnon canonicatus et prebende eiusdem ecclesie, de quibus tunc per obitum eiusdem Jacobi vacantibus hodie tibi concessimus provideri, 20 mr. fructus non excedunt, tibi conferimus et de illo etiam providemus. Datum Rome non. maji anno 1.

Simili modo archiepiscopo Lundensi et episcopo Ottoniensi ac abbati secularis et collegiate ecclesie s. Felicis Gerundensis.

Pe. XIII. XII. 4. kal. junii anno 1. de Varris.

Reg. Lat. 600 fol. 20; ogsaa Supplik (Concessum in presentia pape. Pe. Tironensis) i Suppl. 573 fol. 274 v.

2338.

7. Maj 1465.

Paven befaler Ærkebiskoppen i Lund, Biskoppen i Odense og Abbeden i St. Felixkirken i Geronna at overdrage Mogens Andersen, som er Notar ved Kurien, Kanonikat og Præbende i Roskilde.

Archiepiscopo Lundensi et episcopo Ottoniensi ac abbati secularis et collegiate ecclesie s. Felicis Gerundensis. Vite ac morum honestas [etc.]. Cum itaque canonicatus et prebenda ecclesie Roskildensis, quos Jacobus obtinebat, per obitum ipsius Jacobi vacent, nos, Magno Andree clerico Roskildensis diocesis, qui causarum palatii apostolici notarius existit ac ex Dacia traxit originem, specialem gratiam facere volentes, discretioni vestre mandamus, quatenus canonicatum et prebendam predictos, quorum ac decanatus eiusdem ecclesie, de quo tunc per obitum Jacobi huiusmodi vacante et antea dispositioni apostolice reservato hodie sibi provideri concessimus, 20 mr. fructus non excedunt, eidem Magno auctoritate nostra conferre curetis. Datum Rome non. maji anno 1.

Pe. XXII. 4. kal. junii anno 1. de Varris.

Reg. Lat. 610 fol. 16; ogsaa Supplik (Concessum in presentia pape. Pe. Tironensis) i Suppl. 573 fol. 274 v.

2339.

31. Maj 1465.

Paven befaler Biskoppen i Odense at indsætte Roskildekanniken Jens Brostrup, der efter Dekanen Jakob Olufsens Død enstemmig var valgt til Dekan sammesteds, i Embedet (Indtægt 10 Mark).

Episcopo Ottoniensi. Dignum arbitramur etc. (*Dipl. dioc. Lund. IV, Nr. 67*). Datum Rome pridie kal. junii anno 1.

F. XXXIII. expedita 8. id. juli anno 1. Saxinatensis.

Reg. Lat. 600 fol. 319; ogsaa Supplik (Concessum in presentia pape. Pe. Tirasonensis) i Suppl. 574 fol. 226.

2340.**1. Juni 1465.**

Mogens Andersen fritages (foreløbig) for at betale Annater af Dekanat, Kanonikat og Præbende i Roskilde.

[1465] Dicta die [c: 1. mensis junii] magister Magnus Andree notarius palatii apostolici principalis obligavit se camere apostolice super annatis decanatus, qui dignitas maior existit, ac canonicatus et prebende ecclesie Roskildensis [fructus 20 mr.], vacantium per obitum Jacobi et mandatorum sibi provideri de eisdem sub data Rome non. maji anno 1. Et promisit solvere annatas dictorum beneficiorum hic in curia infra sex menses proxime sequentes sub penis dicte camere in meliori forma. Restituta de mandato locumtenentis thesaurarii, quia docuit de intruso per testes et de litis pensione.

Annate 1464—65 fol. 123 (Archivio di Stato).

2341.**18. Juni 1465.**

Paven giver Fru Inger (Bille) til Fuglebjærggaard i Roskilde Stift Tilladelse til at vælge en Skriftefader, der kan give hende Plenaraflad.

[De plenaria remissione].

Nobili mulieri Ingerdi domine loci de Fudelborgh (!) Roskildensis diocesis. Devotionis tue etc. Datum Rome 14. kal. julii anno 1.

P. de Varris.

Reg. Lat. 613 fol. 248 v.

2342.**27. Juni 1465.**

Paven overdrager Helrik van der Wisch Provstiet i Slesvig (jfr. Suppliken Nr. 2336).

Helrico de Wisch preposito ecclesie Slesvicensis. Vite ac morum honestas [etc.]. Dudum siquidem omnes dignitates in cathedralibus ecclesiis post pontificales maiores . . . dispositioni nostre reservavimus. Cum itaque postmodum prepositura ecclesie Slesvicensis, que inibi dignitas maior post pontificalem existit, et quam Godscaleus Rixstorp obtinebat, per ipsius Godscalei obitum vacet, nos, volentes tibi, qui de militari genere ex utroque parente procreatus existis, specialem gratiam facere,

preposituram predictam, ad quam consuevit quis per electionem assumi, cuique cura immineat (!) animarum [fructus 5 mr.], tibi conferimus et de illo (!) etiam providemus. Datum Rome 5. kal. julii anno 1.

Simili modo episcopo Lubicensi et Halberstadensis ac Lubicensis ecclesiarum prepositis.

H. XX. XIII. Expedita 8. id. julii anno 1. Folani.

Reg. Lat. 600 fol. 219; ogsaa Supplik (Concessum in presentia pape. Pe. Tironensis) i Suppl. 576 fol. 1.

2343.**1. Juli 1465.**

Kong Christierns Kammermester, Roskildekanniken Jens Brostrup, der, efter at Dekanen sammesteds Jakob Olufsen var død, var valgt til hans Efterfølger, faar ny Provision paa Embedet (Indtægt 8 Mark).

Nuper vacante decanatu Roskildensi (*Dipl. dioc. Lund. IV, Nr. 68*). Fiat. P. Datum Rome kal. julii anno 1.

Suppl. 575 fol. 162 v.

2344.**12. Juli 1465.**

Helrik von der Wisch lover at betale Annater af Provstiet i Slesvig.

[1465] Die 12. eiusdem [o: mensis julii] Helricus de Wisch principalis obligavit se camere apostolice pro annata prepositure ecclesie Slesvicensis, que dignitas maior post pontificalem existit [fructus 5 mr.], vacantis per obitum Godschaltus (!) Rixstorp et collate eidem sub data Rome 5. kal. julii anno 1.

Dicta die solvit pro compositione annate fl. 12.

Annate 1464—65 fol. 145 (Archivio di Stato).

2345.**12. Juli 1465.**

Helrik von der Wisch betaler Annater af Provstiet i Slesvig.

Universis etc. Falco¹⁾ etc., quod Helricus de Wisch prepositus ecclesie Slesvicensis, que dignitas minor [o: maior] post pontificalem existit, pro compositione annate dicte prepositure, in quibus (?) camere apostolice sub certis penis etc. ratione provisionis de ea sibi auctoritate apostolica facte extitit efficaciter obligatus, ad summam fl. auri de camera 12 cum ipsa camera composuit et concordavit, quos nobismet Thimotheo pro ipsa camera recipienti die date presentium tempore debito solvit

¹⁾ Falco overstreget, men intet andet Navn tilføjet.

efficaciter cum effectu. De quibus etc. In quorum etc. Datum Rome in camera die 12. mensis julii anno 1.

Divers. Pauli II (Quietantie) 1464—66 fol. 106 (Archivio di Stato).

[1465] Die 12. eiusdem mensis julii habuit prefatus thesaurarius ut supra [Laurentius archiepiscopus Spalatensis], recipiens a[b] Helrico de Wisch, fl. auri de camera 12 pro annata prepositure ecclesie Slesvicensis, que dignitas maior post pontificalem existit.

Introitus et Exitus 462 fol. 57.

2346.

28. Juli 1465.

Paven befaler Ærkedegnen i Roskilde at overdrage Klerken Joakim Clausen (Daa) fra Roskilde Stift Kanonikat og Præbende sammesteds.

Archidiacono Roskildensi. Dignum etc. Cum itaque canonicatus et prebenda ecclesie Roskildensis, quos Gregorius Theodorici obtinebat, per obitum eiusdem Gregorii vacant, nos, volentes Joachim Nicolai clericum Roskildensis diocesis, qui de nobili genere procreatus existit, favore prosequi gratioso, discretionem tue mandamus, quatenus, si post diligentem examinationem eundem Joachim ad hoc idoneum esse reppereris, canonicatum et prebendam predictos [fructus 4 mr.] eidem Joachim auctoritate nostra conferas. Datum Rome 5. kal. aug. anno 1.

Pe. XX. id. jan. anno 3. de Varris.

Reg. Lat. 618 fol. 295; ogsaa Supplik (Concessum in presentia pape. Pe. Tirasonensis) i Suppl. 577 fol. 1 v.

2347.

31. Juli 1465.

Klerken Jens Zegenhorn fra Slesvig Stift faar Bekræftelse paa det ham tidligere tildelte Ventebrev paa eet eller to Beneficier (Nr. 2331).

Nuper s. v. Johanni Zegenhau, nunc clerico Slesvicensi e. s. v. familiari continuo commensali, de uno vel duobus beneficio seu beneficiis per suas litteras gratiam concessit expectativam. Cum autem dictus orator tempore date dicte gratie clericus non fuerit, licet ipse expeditionis litterarum huiusmodi talis extiterat, dubitat propterea gratiam et litteras expeditas de surreptionis vitio notari posse. Supplicat igitur, quatenus gratiam et litteras expeditas et processus habitos et habendos per easdem necnon quecunque inde secuta ab eorum omnium datis valere plenamque roboris firmitatem obtinere debere in omnibus, perinde ac si ipse orator tempore date huiusmodi gratie clericus foret, mandare

dignemini. Concessum. Pe. Tirasonensis. Datum Rome pridie kal. aug. anno 1.

Suppl. 577 fol. LXX (10).

2348.

21. Aug. 1465.

Christoffer Jensen (Present), som havde ført Proces med Daniel Kepken om Provstiet i Roskilde, faar nu Provstiet efter Modstanderens Død.

Lite pendente in prima instantia in vestro sacro palatio causarum apostolico inter Christoforum Johannis decretorum doctorem, prepositum Roskildensem possessorem et actorem, et quendam Daniele Kepken de prepositura dicte ecclesie rebusque aliis in actis cause huiusmodi expressis et earum occasione, idem Daniel diem vite sue clausit extremum. Ne igitur novus dicto Christoforo adversarius surrogetur, supplicat idem Christoforus, quatenus, causam huiusmodi ad s. v. advocantes et litem ipsam penitus extinguentes, ipsum in omni jure, si quod dicto Danieli in dicta prepositura quomodolibet competebat, surrogare dictumque jus sibi conferre, et nichilominus de dicta prepositura, que in dicta ecclesia Roskildensi dignitas curata et electiva non tamen maior post pontificalem existit [fructus 20 mr.], eidem Christoforo providere litterasque super premissis conficiendas in forma nove vel simplicis provisionis, si neutri si nulli, surrogationis vel perinde valere aut alias, prout dicto Christoforo utilius fuerit, expediri similiter mandare dignemini. Concessum in presentia pape. Pe. Tirasonensis. Datum Rome 12. kal. sept. anno 1.

Suppl. 577 fol. CLXXXV v (125 v).

2349.

21. Aug. 1465.

Kong Christierns Kapellan, Præsten Magister Magnus Nicolai faar et Præbende i Åbo uden Forpligtelse til at residere der.

Vacante alias prebenda Corporis Christi in ecclesia Aboensi, que ex fundatione personalem requirit residentiam, per liberam resignationem cuiusdam Johannis Tawast, Magnus Nicolai magister in artibus, Dacie etc. regis capellanus, presbiter eiusdem diocesis, ipsius prebende possessionem ordinaria auctoritate extitit assecutus. Timet tamen collationem, possessionem, assecutionem ac inde secuta viribus non posse subsistere. Supplicat igitur, quatenus sibi de dicta prebenda [fructus 7 mr.] providere et cum eodem, quod ratione dicte prebende, que ex fundatione possessorem artat ad residendum, cum tamen curata non sit,

eo existente in studio privilegiato aut in Romana curia, residere non teneatur, dispensare dignemini . . . Concessum in presentia pape. Pe. Tyrasonensis . . . Datum Rome 12. kal. sept. anno 1.

Suppl. 577 fol. CLVI (96).

2350.

3. Okt. 1465.

Kong Christiern meddeler Kardinal Franciscus (Gonzaga), at han efter hans Brev til Dronningen har bestræbt sig for at skaffe ham Indtægterne af Provstiet i Lund og Prioratet i Dalby, men havde erfaret, at de helt slugtes af Udgifterne. Endvidere beder han Kardinalen om at hjælpe Dronningen mod Markgrev Albrecht Achilles af Brandenburg, der vil forholde hende hendes Arv.

Ad cardinalem Mantuanum. Retulit nobis (*Script. rer. Dan. VIII, 424; Reg. 4153*)¹⁾. Ex castro nostro Segebergh 3. oct. anno 1462 [c: 1465] nostro regio sub secreto.

Afskrift i [»Marcellus' Kopibog« og derefter i] Barth. B, 224—25.

2351.

5. Okt. 1465.

Ridderen Iver Akselsen (Thott) fra Lunde Stift og Karl Knutsons Datter Magdalene faar Tilladelse til at indgaa Ægteskab, skønt de er beslægtede i 3die Grad.

Exponitur pro parte Iuari Absolonis (*Dipl. dioc. Lund. IV, Nr. 74*). Concessum in presentia pape. Pe. Tirasonensis. Datum 3. non. oct. anno 2.

Suppl. 579 fol. 182.

2352.

10. Okt. 1465.

Klerken Mikkel Jakobsen fra Lunde Stift, evig Vikar i Malmø, faar Tilladelse til at lade sig præstevie i Rom af Biskoppen af Accia.

Cum Michael Jacobi (*Dipl. dioc. Lund. IV, Nr. 75*). Concessum, et per episcopum Acciensem, in presentia pape. Pe. Tirasonensis. Et presentis supplicationis sola signatura sufficiat . . . Datum Rome 6. id. oct. anno 2.

Suppl. 579 fol. 204 v.

2353.

26. Nov. 1465.

Kong Christierns Kapellan, Præsten Magister Magnus Nicolai fra Åbo Stift, faar paany et evigt Vikariat i Åbo.

Nuper s. v. Magno Nicolai, presbitero Aboensi, magistro in artibus ac regis Svecie et Dacie etc. capellano, de quadam perpetua vicaria, prebenda Corporis Christi nuncupata, in ecclesia Aboensi, que ex illius fundatione personalem requirit residentiam, et de qua, tunc per liberam resignationem cuiusdam Jo-

¹⁾ Med Aaret 1462, der maa rettes til 1465 (jfr. Hist. Tidsskr. 7. R. III, 476).

hannis Tawest in manibus Conradi moderni episcopi Aboensis sponte factam et per ipsum episcopum ordinaria auctoritate admissam vacante, ipsi Magno per dictum episcopum auctoritate ordinaria provisum fuerat et illam assecutus extiterat in forma nove provisionis, per suas litteras mandavit provideri ac sibi indulsit, ut usque ad septennium extunc computando litterarum studio in loco, ubi illud viget generale, insistendo aut in Romana curia residendo personalem residentiam huiusmodi facere minime teneretur, certis super hoc executoribus deputatis, prout in eisdem litteris, in quibus, quod fructus dicte vicarie seu prebende 7 mr. non excedebant, expressum fuit, . . . plenius continetur. Cum autem fructus huiusmodi premissum excederent atque excedant valorem ac in eisdem litteris per inadvertentiam non fuerit facta mentio, qualiter vicaria ipsa per bone memorie Magnum olim episcopum Aboensem fundata et dotata extiterat, et quod illius presentatio, collatio etc. ad episcopum Aboensem ex huiusmodi fundatione post fundatoris mortem pertinebat, et in ea cavebatur expresse, quod occasione eius vacationis, si heredes dicti episcopi fundatoris pro aliqua persona idonea ex eius cognatione supplicarent, ipsa in assecutione ipsius vicarie omnibus aliis foret preferenda, prout in dicta fundatione . . . plenius continetur, et propterea . . . de viribus dictarum litterarum et processuum desuper habitorum a nonnullis hesitetur, ne igitur littere ipse possent de surreptione notari, pro parte dicti Magni supplicatur, quatenus dignemini sibi concedere et decernere ac declarare, quod littere et processus huiusmodi ac illorum vigore ipsi Magno facte¹⁾ collatio et provisio ac indultum huiusmodi et inde secuta quecunque valeant plenamque roboris firmitatem obtineant in omnibus, ac si in illis, quod fructus dicte vicarie 20 mr. non excedant, prout re vera non excedunt, expressum fuisset ac de huiusmodi fundatione plena et expressa mentio facta fuisset prelibata, [et]²⁾ quod v. s. illi specialiter et expresse derogasset, attento quod prefatus orator in propinquo consanguinitatis gradu fundatori predicto conjunctus existat, et quod nullus heredum usque modo pro aliquo supplicavit, dignemini pro hac vice derogare . . . Concessum in presentia pape. Pe. Tirasonensis Datum Rome apud s. Marcum 6. kal. dec. anno 2.

Suppl. 581 fol. 112 v.

¹⁾ Gz. — Cod. sive ²⁾ add. Gz.

2354.

30. Nov. 1465.

Mogens Andersen faar Udsættelse med Betalingen af Annater for Dekanaten i Roskilde.

[1465] Die ultima mensis nov. domini de camera prorogarunt terminum solutionis annate dicti [c: Roskildensis] decanatus dicto magistro Magno [Andree] ad sex menses proxime sequentes et ratificaverunt dictam obligationem.

Annate 1464—65 fol. 123 (Archivio di Stato).

2355.

9. Dec. 1465.

Paven befaler Kantoren i Lübeck at overdrage Slesvigpræsten Poul Santbeke et evigt Vikariat i Slesvig; han skal saa opgive sit Lektorembede sammesteds.

Cantori ecclesie Lubicensis. Dignum etc. Cum itaque vicaria¹⁾ ecclesie Slesvicensis, quam Johannes Selle obtinebat, per obitum ipsius Johannis vacet, nos, volentes Paulum Sautbeke²⁾ presbiterum Slesvicensis diocesis favore prosequi gratioso, discretioni tue mandamus, quatenus . . . vicariam predictam [fructus 4 mr.] prefato Paulo auctoritate nostra conferas, non obstante quod dictus Paulus lectoriam dicte ecclesie, que inibi simplex beneficium existit, noscitur obtinere. Volumus autem, quod, quamprimum ipse Paulus vicariam predictam fuerit vigore presentium pacifice assecutus, eandem lectoriam, quam exnunc vacare decernimus, omnino dimittere teneatur. Datum Rome apud s. Marcum 5. id. dec. anno 2.

F. XX. expedita 3. non. junii anno 2. Saxinatensis.

Reg. Lat. 628 fol. 48; ogsaa Supplik (Concessum in presentia pape. Pe. Tirasonensis) i Suppl. 582 fol. 227.

2356.

10. Dec. 1465.

Sognepræsten Jens Pedersen i Vridsted, som falskelig var anklaget for at have dræbt Lægmanden Peder Degn i Ribe Stift, faar Stadfæstelse paa Biskop Henrik (Stangenberg)s Frifindelsesdom.

Cum olim bone memorie Henricus episcopus Ripensis, postquam ad eius notitiam falso rumore quorundam deductum fuerat, quod Johannes Petri rector parrochialis ecclesie de Wristadh Vibergensis diocesis in mortem Petri Deghn laici in diocesi Ripensi, [qui] inhumaniter fuit interfectus, nequiter aspirasset [et] culpabilis fuisset, eidem oratori in eadem diocesi Ripensi tunc existenti, quia delictum notorium non erat, nullusque ipsum super hoc accusavit, auctoritate ordinaria super premissis pur-

¹⁾ II: perpetua sine cura vicaria ²⁾ II: Santkoke

gationem indixisset, quia idem rector super illis coram eodem episcopo canonice se purgavit, idem episcopus, vocatis qui fuerint evocandi, dictum rectorem in mortem dicti interfecti minime aspirasse neque culpabilem fuisse per suam sententiam declaravit ac ab omni infamie macula premissorum occasione [contracta] immunem esse decrevit. Cum autem sententia huiusmodi nulla provocatione suspensa in rem transivit iudicatam, dignetur s. v. aliquibus probis viris in partibus illis committere, ut, si et postquam eis de purgatione canonice facta ac sententia huiusmodi et aliis premissis legitime constiterit, illam auctoritate apostolica confirmet. Concessum prout de jure in presentia pape. Pe. Tirasonensis. Datum Rome apud s. Marcum 4. id. dec. anno 2.

Suppl. 581 fol. 215 v.

2357.

10. Dec. 1465.

Den svenske Konges (♁: Kong Christierns) Kapellan, Åbokanniken Magister Magnus Nicolai faar Provstiet i Åbo.

Cum alias prepositura ecclesie Aboensis, que inibi dignitas post pontificalem maior curata electiva existit, per promotionem Conradi episcopi tunc prepositi Aboensis ad ecclesiam Aboensem per Pium papam II factam et munus consecrationis impendendum eidem vacare sperare[ntur], idem Pius de prepositura predicta cuidam Henrico Vrele [♁: Vrese] canonico Aboensi per suas litteras gratiose mandavit provideri, prout in illis, in quibus etiam asseruit, quod fructus dicte prepositure 6 mr. non excedebant, plenius continetur. Unde, cum fructus huiusmodi multo plus valerent et valeant annuatim, et propterea littere ipse ac processus habiti per easdem, quorum pretextu idem preposituram ipsam tunc per promotionem huiusmodi et munus consecrationis dicto episcopo impensum vacantem extitit assecutus et illam extunc per quinquennium vel circa detinuit, prout detinet, indebite occupatam, surreptionis vitio subjacere ac nullius roboris vel momenti fuisse et esse noscuntur (!), et quia mendax peccator merito carere debeat imperpetuum, pro parte Magni Nicolai presbiteri et canonici Aboensis, magistri in artibus ac capellani regis Svecie etc., supplicatur, quatenus dignemini aliquibus probis viris in partibus illis mandare, ut, vocatis dicto occupatore et aliis, qui fuerint evocandi, si ita esse invenerint, litteras et processus huiusmodi ac inde secuta quecunque irrita et inania nulliusque fuisse et esse firmitatis apostolica auctori-

tate decernant et declarent ipsumque occupatorem a prefata prepositura omnino amoveant, et nichilominus [sibi] de dicta prepositura [fructus 15 mr.] . . . [providere dignemini]. Concessum in presentia pape. Pe. Tirasonensis . . . Datum Rome apud s. Marcum 4. id. dec. anno 2.

Suppl. 581 fol. 215 v.

2358.

28. Dec. 1465.

Paven befaler Biskoppen i Roskilde at overdrage Provstiet i Lund (Indtægt 6 Mark), ledigt ved Kardinal Franciscus Gonzagas Resignation, til Kong Christierns Kapellan, Lundekanniken Jens Bing, der i Forvejen har Sognekirken i Noseby.

Episcopo Roskildensi. Dignum arbitramur (*Dipl. dioc. Lund. IV, Nr. 77*). Datum Rome apud s. Marcum 5. kal. jan. anno 2.

H. LX. expedita 7. id. jan. anno 2. Folani.

Reg. Lat. 633 fol. 5 v; ogsaa (II) Supplik (Fiat. P.) i Suppl. 582 fol. 184.

2359.

1465?

Kong Christiern meddeler Paven, at Biskoppen og Kapitlet i Roskilde er blevne enige om at ønske, at Kongens Kapellan, Kanniken Jens Brostrup, maa faa Dekanatet, et Embede, der er reserveret Pavestolen, og beder Paven udnævne denne, skønt Kongens Sendebud er kommen for sent af Sted, og Mogens Andersen allerede har skaffet sig Embedet ved falske Opgivelser. Kongen og Adelen vil ikke paa nogen Maade taale Mogens Andersen, der har gjort sig skyldig i Majestætsforbrydelse.

Ad papam . . . Cum per sui ultimi possessoris obitum (*Script. rer. Dan. VIII, 422—23; Reg. 4299*)¹⁾. Datum etc.

Afskrift i [»Marcellus' Kopibog« og derefter i] Barth. B, 221—23.

2360.

1465?

Kongen beder Kardinalkollegiet om at virke for, at Kanniken Jens Brostrup bliver udnævnt til Dekan i Roskilde efter Jakob Olufsens Død, og ikke tage Hensyn til Mogens Andersens falske Meddelelser.

Ad cardinales. Ut decanatus ecclesie Roskildensis (*Script. rer. Dan. VIII, 423; Reg. 4300*)¹⁾. Datum etc.

Afskrift i [»Marcellus' Kopibog« og derefter i] Barth. B, 223—24.

2361.

c. 1465.

Kong Christiern beder Kardinal Franciscus Gonzaga virke for, at ingen bliver udnævnt til Biskop i Linköping efter Kettil (Karlsson Vasa)s Død, uden

¹⁾ Her dog med Aaret c. 1466.

man har faaet Kongens Samtykke, og at i det hele intet Bispevalg i hans Lande maa blive stadfaestet mod hans Ønske.

Ad cardinalem Mantuanum. Intelleximus paucis abactis diebus (*Script. rer. Dan. VIII, 425; Reg. 4263*). Udateret.

Afskrift i [»Marcellus' Kopibog« og deretter i] Barth. B, 225—26.

2362.

3. Jan. 1466.

Præsten Jens Holehus fra Odense Stift faar ny Provision paa Præbenden Hamar og St. Knuds Alter i Lunde Domkirke, ledige henholdsvis ved Niels van Hagens og Bo Sommers Død og tidligere overdragne ham af Ærkebiskop Tuve.

Dudum prebenda Hamar (*Dipl. dioc. Lund. IV, Nr. 79*). Concessum in presentia pape. Pe. Tirasonensis. Datum Rome apud s. Marcum 3. non. jan. anno 2.

Suppl. 582 fol. 158 v.

2363.

3. Jan. 1466.

Klerken Wilhelmus Wilhelmi Everardi fra Utrecht Stift faar Kanonikat og Præbende i Ribe.

Cum dudum canonicatus et prebenda ac archidiaconatus ecclesie Ripensis per promotionem Petri episcopi, tunc electi, Ripensis et munus consecrationis impendendum eidem vacare sperarentur, Pius papa II cuidam Alano Ludekini dicte ecclesie extunc canonico de ipsis canonicatu et prebenda ac archidiaconatu mandavit provideri ac voluit, quod obtentos per eum canonicatum et prebendam ipsius ecclesie, quamprimum vacaturos canonicatum et prebendam ac archidiaconatum foret pacifice assecutus, dimittere teneretur. . . Cum autem Johannes Niis clericus Trajectensis diocesis, cui idem predecessor de ipsis obtentis canonicatu et prebenda concessit provideri, concessioni gratie huiusmodi, litteris apostolicis super ea non confectis, ac omni juri sibi in eisdem obtentis canonicatu et prebenda quomodolibet competenti in manibus s. v. sponte cedere proponat, et dicto episcopo auctoritate apostolica munus consecrationis sit impensum, et dictus Olauus vacaturos canonicatum et prebendam et archidiaconatum sit pacifice assecutus, supplicat Wilhelmus Wilhelmi Euerardi perpetuus capellanus ad altare b. Marie situm in parrochiali ecclesia de Eluontsduck dicte Trajectensis diocesis, quatenus sibi de obtentis canonicatu et prebenda [fructus 4 mr.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. Pe. Tirasonensis. Datum Rome apud s. Marcum 3. non. jan. anno 2.

Suppl. 583 fol. 149.

2364.

8. Jan. 1466.

Jens Bing lover at betale Annater af Provstiet i Lund.

[1466] Die 8. eiusdem mensis [ϝ: jan.] Magnus Nicolai clericus Aboensis diocesis ut principalis obligavit se camere apostolice nomine Johannis Bing canonici Lundensis super annata prepositure dicte Lundensis ecclesie [fructus 6 mr.], vacantis per resignationem Francisci s. Marie nove diaconi cardinalis apud sedem apostolicam factam et collate eidem sub data Rome 5. kal. jan. anno 2¹).

Dicta die solvit pro annata dicte prepositure fl. 15.

Annates 1465—66 fol. 37 (Archivio di Stato).

2365.

8. Jan. 1466.

Jens Bing betaler Annater af Provstiet i Lund.

Universis etc. Marcus etc. quod Johannes Bang (!) prepositus ecclesie Lundensis pro totali et integra solutione annate seu mediorum fructuum primi anni dicte prepositure, in quibus camere apostolice sub certis penis etc. ratione provisionis de ea sibi auctoritate apostolica facte extitit efficaciter obligatus, fl. auri de camera 15 ipsi camere, Johanne Condulmario etc. pro ipsa camera recipiente, die date presentium tempore debito per manus Magni Nicolai clerici Aboensis solvi fecit efficaciter cum effectu. De quibus quidem etc. In quorum etc. Datum Rome ut supra [ϝ: apud s. Marcum in camera apostolica die 8. mensis jan. anno 2].

Quietantie 1464—66 fol. 161 (Archivio di Stato).

Introitus [mensis] jan. 1466.

[1466] Die 8. eiusdem [ϝ: mensis jan.] habuit prefatus thesaurarius, dicto Johanne ut supra recipiente, a Johanne Bing fl. auri de camera 15 pro annata prepositure ecclesie Lundensis per manus Magni Nicolai.

Introitus et Exitus 463 fol. 79.

2366.

14. Jan. 1466.

Klerken Georgius Weldelsdorff fra Schwerin Stift faar et evigt Vikariat i Slesvig.

Supplicat Georgius Weldelsdorff clericus Swerinensis diocesis, in Romana curia presens, quatenus sibi de perpetua vicaria in ecclesia Slesvicensi [fructus 4 mr.] per assecutionem alterius vi-

¹) Overstreget som betalt.

carie in eadem ecclesia cuiusdam Pauli Santbeke presbiteri Slesvicensis auctoritate apostolica per obitum Johannis Celle provisi vacante providere dignemini. Concessum in presentia pape. Pe. Tirasonensis. Datum Rome apud s. Marcum 19. kal. febr. anno 2.

Suppl. 583 fol. 50.

2367.**31. Jan. 1466.**

Provsten og Kapitlet i Slesvig faar Tilladelse til at lægge Sognekirken i Haddeby, som Kongen tidligere havde skænket dem, under Kapitelsbordet.

Dudum rex Dacie et dux Slesvicensis jus patronatus sive presentandi personam idoneam ad parrochiam ecclesiam in Haddebu Slesvicensis diocesis, cuius pro tempore existentes duces Slesvicenses veri patroni erant et in possessione vel quasi jus [o: juris] presentandi personam huiusmodi ad eandem ecclesiam, cum pro tempore vacabat, preposito et capitulo ecclesie Slesvicensis sponte donavit, fuitque donatio huiusmodi auctoritate ordinaria confirmata. Ut autem ipsi prepositus et capitulum ex eadem parrochiali ecclesia maiorem fructum consequantur, supplicant prepositus et capitulum predicti, quatenus dictam parrochiam ecclesiam [fructus 4 mr.] mense capitulari ipsius ecclesie Slesvicensis, ita quod, cedente vel decedente moderno rectore dicte ecclesie seu illam alias quomodolibet dimittente, liceat ipsis preposito et capitulo parrochialis ecclesie predictae possessionem auctoritate propria libere apprehendere illiusque fructus in suos ac mense et parrochialis ecclesie huiusmodi usus et utilitatem convertere et perpetuo retinere, auctoritate apostolica perpetuo unire, ipsisque, quod dicta ecclesia per unum ex canonicis eiusdem ecclesie seu alium presbiterum idoneum ad nutum prepositi et capituli eorundem amovibilem regi possit, concedere dignemini. Concessum in presentia pape. Pe. Tirasonensis. Datum Rome apud s. Marcum pridie kal. febr. anno 2.

Suppl. 584 fol. 68 v.

Pro preposito et capitulo Slesvicensibus unio perpetua parrochialis ecclesie Slesvicensis.

Uddrag af Garampi efter Reg. Lat. Pauli II anno 2 lib. 21 (tabt) fol. 94.

2368.**3. Marts 1466.**

Paven befaler Abbeden i Sorø at indsætte Lundekanniken Jens Brostrup som Prior i Dalby Kloster [Indtægt 4 Mr.], hvortil han efter Daniel Kepkens Død var præsenteret Ærkebiskoppen af Kong Christiern, der havde Patronatsret.

Abbati monasterii Sorensis Roskildensis diocesis. Dignum arbitramur (*Dipl. dioc. Lund. IV, Nr. 84*). Datum Rome apud s. Marcum 5. non. martii anno 2.

P. XXIII. 17. kal. maji anno 2. de Varris.

Reg. Lat. 634 fol. 244.

2369.

4. Marts 1466.

Paven befaler Biskoppen af Lübeck at overdrage Klerken Johan van Hagen Ærkedegneembedet i Ribe.

Episcopo Lubicensi. Dignum arbitramur etc. Dudum siquidem omnes dignitates in cathedralibus ecclesiis post pontificales maiores vacantes et vacaturas dispositioni nostre reservavimus. Cum itaque postmodum archidiaconatus ecclesie Ripensis, qui inibi dignitas maior post pontificalem existit, per liberam resignationem Olai Lu[di]chini¹⁾ de illo, quem tunc obtinebat, in manibus moderni episcopi et capituli Ripensis sponte factam et per eosdem episcopum et capitulum ordinaria auctoritate admissam vacet, nos, volentes Johannem Vandem Haue clericum Ripensem, qui de militari genere ex utroque parente procreatus existit, favore prosequi gratioso, fraternitati tue mandamus, quatinus archidiaconatum predictum, cui cura non imminet animarum, et ad quem quis per electionem non assumitur [fructus 4 mr.], eidem Johanni conferas. Datum Rome apud s. Marcum 4. non. martii anno 2.

P. XXX. 8. id. julii anno 2. de Varris.

Reg. Lat. 633 fol. 27; ogsaa (II) Supplik (Concessum in presentia pape) i Suppl. 589 fol. 64.

2370.

22. Marts 1466.

Paven giver Munken Laurens Nielsen fra Mariager Kloster Tilladelse til at vælge en Skriftefader, der kan give ham Plenaraflad.

De plenaria.

Laurentio Nicolai fratri domus Marieager ordinis s. Augustini s. Salvatoris nuncupati Arusiensis diocesis. Devotionis tue etc. Datum Rome apud s. Marcum 11. kal. aprilis anno 2.

H. Folani.

Reg. Lat. 710 fol. 337.

2371.

24. Marts 1466.

Kong Christiern beder Paven stadfæste Lübeck Domkapitels eenstemmige Valg af Kanniken Magister Albert Krummedige til Biskop.

¹⁾ II: Ludichini

Ad papam pro electo Lubicensi. Cum, vacante nuper ecclesia Lubicensi (*Script. rer. Dan. VIII, 435—36; Reg. 4271*). Ex castro meo Kalundeborgh anno 1466 mensis martii die 24. meo sub secreto.

Afskrift i [»Marcellus' Kopibog« og derefter i] Barth. B, 245—46.

2372.

24. Marts 1466.

Kongen skriver i samme Anledning til Kardinal Franciscus Gonzaga.

Ad cardinalem Mantuanum pro eodem. Quoniam ad vacantis ecclesie Lubicensis pastoralem curam (*Script. rer. Dan. VIII, 436; Reg. 4272*). Ex castro nostro Kalundeborgh anno 1466 mensis martii die 24. nostro regali sub secreto.

Afskrift i [»Marcellus' Kopibog« og derefter i] Barth. B, 246.

2373.

27. Marts 1466.

Paven giver Lægmanden Niels Lykke til Skovsbo i Odense Stift og hans Hustru Christine Tilladelse til at vælge en Skriftefader, der kan give dem Plenaraflad.

De plenaria.

Nicolao Lykes laico Ottoniensis diocesis et Cristine eius uxori. Devotionis vestre etc. Datum Rome apud s. Marcum 6. kal. aprilis anno 2.

F. Saxinatensis.

Reg. Lat. 710 fol. 335.

2374.

27. Marts 1466.

Paven giver Mads Andersen (Bølle)s Enke Susanne fra Odense Stift samme Tilladelse.

De plenaria.

Susanne relicte Matis (!) Anders laici vidue Ottoniensis diocesis. Devotionis tue etc. Datum Rome apud s. Marcum 6. kal. aprilis anno 2.

N. de Bonaparte.

Reg. Lat. 630 fol. 363 v.

2375.

27. Marts 1466.

Paven giver Lægmanden Anders Madsen (Bølle) fra Odense Stift samme Tilladelse.

De plenaria.

Andree Matis (!) laico Ottoniensis diocesis. Devotionis tue etc. Datum Rome apud s. Marcum 6. kal. aprilis anno 2.

N. de Bonaparte.

Reg. Lat. 630 fol. 363 v.

2376.**1. April 1466.**

Paven giver Johanne, Enke efter Peder Lykke til Skovsbo i Odense Stift, samme Tilladelse.

De plenaria.

Johanne relicte Petri Bykes (!) laici vidue Ottoniensis diocesis. Devotionis tue etc. Datum Rome apud s. Marcum kal. aprilis anno 2.

H. Folani.

Reg. Lat. 640 fol. 235.

2377.**4. April 1466.**

Niels Andersen, som har Kanonikater i Roskilde og Aarhus og Sognekirken i Maarslet i Aarhus Stift, faar Lov at residere, hvor han selv vælger det.

Sepe contingit, quod ordinarii locorum in regno Dacie canonicos et alias personas ecclesiasticas in ipsorum non modicum incomodum et gravamen ad residendum personaliter in locis beneficiorum cogant et compellant etiam sub privatione eorundem beneficiorum et ceteris penis; cumque Nicolaus Andree Roskildensis et Arusiensis ecclesiarum canonicus et plebanus in Mortslet N. diocesis, ex utroque parente de nobili genere procreatus, huiusmodi ordinariorum mandatis parere suamque residentiam ad beneplacitum prefatorum ordinariorum comode facere nequeat, supplicat igitur, quatenus, ipsum ab [obligatione?] huiusmodi relevantes, sibi, ut in altera earundem ecclesiarum aut beneficiorum suorum, prout sibi placuerit, residere et deo famulari possit, licentiam concedere atque, ne ab aliquo ad personalem residentiam huc vel illuc faciendam invitatus compelli aut coartari valeat, decernere dignemini. Concessum in presentia pape. Pe. Tirasonensis. Datum Laterani pridie non. aprilis anno 2.

Suppl. 586 fol. 177.

2378.**4. April 1466.**

Kong Christierns Kansler, Ærkedegnen i Strengnäs Ericus van Lipen, faar tilstaaet, at Sognekirken Åker (?) med dens Annekskirke, saa længe han lever, maa lægges sammen med et evigt Vikariat, som han har stiftet i Strengnäs.

Cum Ericus van Lipen archidiaconus Stregnensis, de nobili genere ex utroque parente procreatus, regis Scocie (!) Tacie (!) Norvegie etc. consiliarius et regni Scocie (!) cancellarius generalis, magno devotionis fervore et zelo caritatis accensus, quandam perpetuam vicariam, beatissime Trinitatis et Corporis Christi

nuncupatam, in ecclesia Stre[n]ginensi ad dei omnipotentis laudem et cultus divini augmentationem ac sacerdotibus senis [c: -io] contractis aut morbo incurabili vel alia infirmitate seu paupertate gravatis ad sustentationem de bonis suis sibi a deo collatis et propria industria per eum acquisitis de novo instituerit, fundaverit et dotaverit atque peramplius dotare intendat, sperans per hoc cultum divinum [augmentari], et quod sacerdotes prefati, ne in vilipendium et obprobrium presbiteralis ordinis mendicare cogantur, ibidem sustententur et in eorum necessitatibus competens suscipiant relevamen (!)¹⁾. Sed dictus orator spe sua futuris temporibus posse frustrari formidat, nam fructus dicte vicarie propter guerrarum turbines, mortalitatem, pestes, annorum sterilitates et alios sinistros eventus, qui quam sepius in partibus illis imminet, adeo extenuari possent et exiles fieri, ut sacerdotes prefati ex eis sustentari et onera sibi incumbentia perferre non possent, nisi eidem vicarie ad ipsam perpetuandam aliqua parrochialis ecclesia dicte diocesis per s. v. perpetuo uniretur. Quare pro parte dicti oratoris supplicatur, quatenus premissis attentis dignemini aliquibus probis viris in partibus illis mandare, ut se de premissis diligenter informent, et si ita esse invenerint, ecclesiam parrochiam Alnor (?) cum annexa dicte diocesis, que ultra unam leucam a loco vicarie non distat, et cui per vicarium poterit commode deserviri, et quasdam portiones decimales ex parrochia Runguna eiusdem diocesis dari solitas, decimas pauperum nuncupatas [fructus 4 mr.], [eidem vicarie]²⁾ perpetuo uniant, ita quod, si actu dicta ecclesia vacat vel cedente aut decedente ipsius rectore seu illam alias quomolibet dimittente, liceat ipsi oratori aut vicario pro tempore existenti corporalem possessionem etc. apprehendere et retinere ac de illius fructibus etc. disponere et eos in prefatorum sacerdotum et vicarie predictae usus convertere, diocesani loci et cuiusvis alterius super hoc licentia minime requisita, attentis premissis, et quod vicarie predictae fructus etc. 10 mr. similium valorem annum non excedunt Concessum ad vitam supplicantis in presentia pape. P. Tirasonensis.

Et quod unio fiat de novo, attento quod orator vicariam predictam maximis expensis suis fundavit etc. Concessum. Datum Laterani pridie non. aprilis anno 2.

Suppl. 585 fol. 257 v.

¹⁾ Eftersætningen mangler.

²⁾ add. Gz.

2379.

8. April 1466.

Kong Christiern meddeler Paven, at efter at Biskop Arnoldus i Lübeck var død, havde Provsten og Kapitlet enstemmig valgt hans Raadsherre, den 40aarige Kannik Magister Albert Krummedige, til Biskop, og han beder ham derfor stadfæste Valget.

. P . . . sacrosancte Romane et universalis ecclesie summo pontifici Cristiernus . . regnorum Dacie, Svecie, Norvegie, Sclavorum Gotorumque rex, dux Slesvicensis, comes Holsatie, Stormarie, Oldenborch et Delmenhorst Arnoldo ultimo ecclesie Lubicensis presule rebus exempto humanis (*Script. rer. Dan. VIII, 436—37; Reg. 4273*). Datum in castro meo Hafnensi feria tertia pasche anno 1466 regio meo sub secreto.

Afskrift i [»Marcellus' Kopibog« og derefter i] Barth. B, 246—48.

2380.

8. April 1466.

Kong Christiern beder Paven om, at hans Raadgiver, Magister Didrik Calve, Provst i Lübeck og tidligere Prokurator ved Kurien, maa faa Sognekirken i Krempe, som Albert Krummedige havde før sit Valg til Biskop.

Ad papam pro preposito Lubicensi P . . . sacrosancte Romane etc. . . . Vestra novit beatitudo (*Script. rer. Dan. VIII, 437; Reg. 4274*). Datum in castro nostro Haffnensi feria tertia pasche anno etc. 66 meo sub secreto.

Afskrift i [»Marcellus' Kopibog« og derefter i] Barth. B, 248.

2381.

22. April 1466.

Kapitlet i Slesvig fritages for at betale Annater af Sognekirken i Haddeby (jfr. Nr. 2367).

[1466] Die 22. eiusdem [o: mensis aprilis] una bulla pro preposito et capitulo ecclesie Slesvicensis super unione parrochialis ecclesie in Haddebu Slesvicensis diocesis, que de jure patronatus [ipsorum]¹⁾ existit [fructus 4 mr.], uniende mense capitulari dicte ecclesie Slesvicensis, cedente vel decedente rectore dicte ecclesie. Patet per bullam sub data Rome apud s. Marcum non. martii anno 2.

Restituta de mandato, quia infra taxam etc.

Bulle restitute sine obligatione.

Divers. Pauli II 1465—66 fol. 220 v (Archivio di Stato).

2382.

7. Maj 1466.

Paven giver Sognepræsten Amund Jensen i Nyborg Tilladelse til at vælge en Skriftefader, der kan give ham Plenaraflad.

¹⁾ add. Gz.

De plenaria.

Amundo Johannis rectori parrochialis ecclesie b. Marie in Nyburg Ottoniensis diocesis. Devotionis tue etc. Datum Rome apud s. Marcum non. maji anno 2.

P. de Varris.

Reg. Lat. 630 fol. 370.

2383.

31. Maj 1466.

Mogens Andersen faar ny Udsættelse med Betalingen af Annaterne for Dekanetet i Roskilde (jfr. Nr. 2337).

[1466] Die ultima mensis maji dicti domini de camera referente Falcone prorogarunt terminum solutionis dicte annate dicto magistro Magno [Andree] usque ad habitam possessionem et post per sex menses tunc immediate sequentes, ratificando eandem obligationem, quia litigat in prima instantia in rota etc.

Annate 1464—65 fol. 123 (Archivio di Stato).

2384.

2. Juni 1466.

Pavens »familiaris continuus commensalis« Klerken Jens Zegenhorn fra Slesvig Stift faar Provstiet i Barvidsyssel i Slesvig Stift.

Cum per promotionem de persona Alberti Krumdik ad ecclesiam Lubicensem nuper factam¹⁾ prepositura ecclesie Berchzuzel Slesvicensis diocesis vacare speretur sive vacet, supplicat Johannes Zegenhorn clericus Slesvicensis, s. v. familiaris continuus commensalis, quatenus sibi de dicta prepositura, que inibi personatus est non tamen dignitas principalis [fructus 4 mr.], providere dignemini. Fiat. P. Datum Rome apud s. Marcum 4. non. junii anno 2.

Suppl. 590 fol. 135.

2385.

8. Juli 1466.

Præsten Jens Hemmingsen Plig fra Roskilde Stift faar ny Provision paa Kanonikat og Præbende i Roskilde.

Dudum canonicatu et prebenda ecclesie Roskildensis per obitum Gregorii Tyderici vacantibus, Johannes Hemingi, alias Plygh, presbiter et canonicus ecclesie Roskildensis de illis ordinaria auctoritate obtinuit sibi provideri, cuius [provisionis] vigore canonicatum et prebendam predictos ex tunc possedit. Cum autem collationem et provisionem de dictis canonicatu et prebenda factas, possessionis assecutionem ac omnia inde secuta

¹⁾ Udnævnelsesbullen (af samme Dato) i Reg. Lat. anno 2 lib. 1 fol. 66 v.

dubitet viribus non subsistere, pro parte ipsius Johannis supplicatur, quatenus, collationem, provisionem, possessionem [o: -nis] adeptionem et quecunque inde secuta predicta rata et grata habentes, ex certa scientia eidem Johanni de dictis canonicatu et prebenda [fructus 4 mr.] de novo providere dignemini. Concessum in presentia pape. Pe. Tirasonensis. Datum Rome apud s. Marcum 8. id. julii anno 2.

Suppl. 590 fol. 120.

2386.

11. Juli 1466.

Biskop Claus (Wulf) i Slesvig og Kapitlet i Haderslev faar Bekræftelse paa Indstiftelsen af et Lektorat i Theologi i Haderslev.

Dudum Nicolaus episcopus Slesvicensis de capituli ecclesie Hadersleuensis Slesvicensis diocesis expresso consensu primo vacaturos canonicatum et prebendam eiusdem ecclesie conferendos magistro in theologia sub onere legendi et ad populum predicandi reservavit . . . Supplicant igitur episcopus et capitulum prefati, quatenus reservationem huiusmodi . . . confirmare . . . et, quod ipsi canonicatus et prebenda primo vacaturi per alium quam magistrum in theologia sub onere huiusmodi perpetuis futuris temporibus obtineri seu, cum in quibusvis mensibus vacaverint, conferri non possint etiam per quascunque apostolice sedis vel legatorum eius litteras, cuiusvis tenoris fuerint, aut vigore sive pretextu earum etiam quascunque derogatorias clausulas continentium vel desuper pro tempore habitorum processuum, perpetue constitutionis edicto statuere omnesque processus huiusmodi necnon contentas in eis pro tempore excommunicationum, suspensionum et interdicti sententias aliasque ecclesiasticas penas, quas haberi vel promulgari, necnon totum id et quicquid fieri seu attemptari scienter vel ignoranter quavis auctoritate contigerit contra huiusmodi statuti tenorem, nullius subsistere roboris discernere dignemini. Concessum, quod fructus prebende applicentur ad usum predictum, in presentia pape. Pe. Tirasonensis. Datum Rome apud s. Marcum 5. id. julii anno 2.

Suppl. 591 fol. 6.

2387.

28. Juli 1466.

Paven overdrager Kanonikat og Præbende i Slesvig til Conradus Mulinbach, som er hans »familiaris continuus commensalis«.

Conrado Mulinbach canonico Slesvicensi familiari nostro. Grata familiaritatis obsequia, . . . vite ac morum honestas [etc.].

Dudum siquidem omnes canonicatus et prebendas ceteraque beneficia apud sedem apostolicam tunc vacantia et inantea vacatura dispositioni nostre reservavimus. Cum itaque postmodum canonicatus et prebenda ecclesie Slesvicensis, quos Johannes Czenhorn obtinebat, per obitum eiusdem Johannis, qui familiaris continuus commensalis existens apud dictam sedem diem clausit extremum, apud sedem ipsam vacent, nos tibi, qui etiam continuus commensalis noster existis, specialem gratiam facere volentes, canonicatum et prebendam predictos [fructus 4 mr.] tibi conferimus et de illis etiam providemus. Datum Rome apud s. Marcum 5. kal. aug. anno 2.

Simili modo episcopo Vicentino et Lubicensi ac Slesvicensi officialibus.

Hugo. Gratis de mandato pape. Expedita 13. kal. jan. anno 3. Folani. Prothonotarius Bisuntinus.

Reg. Lat. 644 fol. 119; ogsaa Supplik (Fiat. P.) i Suppl. 591 fol. 267 v.

2388.**1. Aug. 1466.**

Præsten Jens Hemmingsen Plig fra Roskilde Stift faar Kanonikat og Præbende i Lund [Indtægt 4 Mr.], ledige ved, at Paul Brenig er bleven Munk i Skovkloster.

Cum canonicatus et prebenda ecclesie Lundensis (*Dipl. dioc Lund. IV, Nr. 92*). Concessum in presentia pape. Pe. Tirasonensis. Datum Rome apud s. Marcum kal. aug. anno 2.

Suppl. 591 fol. 234 v.

2389.**2. Okt. 1466.**

Kong Christiern beder Kardinal Franciscus Gonzaga give sit Samtykke til, at dennes Notar Wilhelmus Molitoris, der har været med hans Bud i Danmark, bliver Kongens Generalprokurator i Rom i Stedet for Henricus Gervinus (!), der har forladt Rom, og udtrykker sit Haab om, at Kardinalen vil resignere Prioratet i Dalby til Fordel for Jens Brostrup, som er Kongens Kapellan.

Cristiernus . . Dacie, Svecie, Norvegie, Sclavorum Gotorumque rex, dux Slesvicensis, comes Holsacie, Stormarie, Oldenborch et Delmenhorst . . . affini et amico nostro carissimo Francisco . . s. Marie nove Mantuano vulgariter nuncupato, sacrosancte Romane ecclesie diacono cardinali dignissimo. Henricum Gervini (*Script. rer. Dan. VIII, 434—35; Reg. 4288*). Ex castro nostro Haffnensi 2. oct. anno 1466 nostro sub secreto

Afskrift i [»Marcellus' Kopibog« og derefter i] Barth. B, 243—44.

2390.

2. Okt. 1466.

Dronning Dorothea sender Kardinal Franciscus Gonzaga tolv »Timmer« Hermelin ved hans Notar Wilhelmus Molitoris.

Regina ad nepotem cardinalem Mantuanum. Dorothea etc. Nepos amantissime. Mittimus dominationi vestre (*Script. rer. Dan. VIII, 435; Reg. 4289*). Ex castro etc. ut supra.

Afskrift i [»Marcellus' Kopibog« og derefter i] Barth. B, 244.

2391.

26. Okt. 1466.

Kong Christiern meddeler Kardinal Franciscus Gonzaga, at Kapitlet i Roskilde paa Grundlag af et Brev fra ham havde afsat Kanniken Jakob Pedersen og senere havde vægret sig ved at genindsætte ham, skønt Kongen, der havde erfaret, at de Meddelelser, han før havde faaet om Jakob, var falske, havde bedt for ham; Sagen var bleven behandlet af Rigets Biskopper i København i Juli samme Aar, men af Jakobs Uvenner appelleret til Kurien. Kongen beder derfor Kardinalen hjælpe Jakob Pedersen, der nu er rejst til Rom.

Cristiernus . . Dacie Svecie etc. . . . affini et amico nostro carissimo Francisco . . s. Marie nove, Mantuano nuncupato, sacrosancte Romane ecclesie diacono cardinali meritissimo. Ad vestram notitiam (*Script. rer. Dan. VIII, 441—42; Reg. 4293*). Ex castro nostro Haffnensi 26. oct. anno 1466 regali nostro sub secreto.

Afskrift i [»Marcellus' Kopibog« og derefter i] Barth. B, 255—56.

2392.

c. 1466.

Kong Christiern meddeler Paven, at der er mange Prælater i hans Lande, der lægger Raad op imod ham. I Roskilde har nylig Provsten, Ærkedegnen og 3 Kanniker afsat Kanniken Jakob Pedersen og, da denne vilde klage til Kurien, sendt Brev mod ham til Rom samt truet de andre Kanniker til at besegle Brevet; at Sagen forholdt sig saaledes, havde Kongen erfaret ved at forhøre Kannikerne, og han beder derfor Paven ikke tro dette falske Brev. Endvidere beder han Paven ikke at providere nogen med Bispestole i hans Lande alene paa Grundlag af et Valgdekret, men altid foretage Besættelsen ifølge Kongens Anbefalingsbreve, da dette vil gavne baade Pavens Magt og Religionen i Norden.

. . . . Paulo . . sacrosancte Romane et universalis ecclesie summo pontifici Crist[i]ernus . . Dacie, Svecie, Norvegie, Sclavorum Gotorumque rex, dux Slesvicensis, comes Holsatie, Stormarie, Oldenborch et Delmenhorst . . . In regnis meis latissimis (*Script. rer. Dan. VIII, 433—34; Reg. 4302*). Udateret.

Afskrift i [»Marcellus' Kopibog« og derefter i] Barth. B, 240—43.

2393.

9. Jan. 1467.

Paven befaler Officialen i Lübeck at overdrage Provstiet i Barvidsyssel til Lübeckerkanniken Dionysius de Hesten.

Officiali Lubicensi. Dignum etc. Dudum siquidem omnes personatus ceteraque beneficia, que promovendi per nos ad quarumcunque cathedralium ecclesiarum regimina tempore promotionum huiusmodi obtinerent, dispositioni nostre reservavimus. Cum itaque postmodum prepositura in Barrichziell in ecclesia Ripensi [c: Slesvicensi], quam Albertus episcopus Lubicensis tempore promotionis per nos facte de persona sua ad ecclesiam Lubicensem obtinebat, per huiusmodi promotionem et munus consecrationis extra Romanam curiam impensum eidem vacet, nos, Dionisium de Heesten canonicum Lubicensem, qui ex utroque parente de militari genere procreatus existit, gratioso favore prosequi volentes, discretioni tue mandamus, quatinus preposituram predictam, que inibi personatus existit, et cui cura imminet animarum, et ad quam quis per electionem non assumitur [fructus 4 mr.], eidem Dionysio auctoritate nostra conferas. Datum Rome apud s. Marcum 5. id. jan. anno 3.

P. XXV. 9. kal. febr. anno 3. de Varris.

Reg. Lat. 638 fol. 176 v.

2394.

16. Jan. 1467.

Slesvigkanniken Conrad Mulinbach, som er Pavens »familiaris«, faar Provstiet i Barvidsyssel og mod at opgive et mindre Embede Tilladelse til at beholde en Kirke i Mainz Stift.

Cum alias prepositura in Baresusel in ecclesia Slesvicensi, que inibi dignitas curata et electiva non tamen maior post pontificalem existit, per promotionem Alberti electi Lubicensis ad ecclesiam Lubicensem et munus consecrationis impendendum eidem vacare spe[ra]retur¹⁾, s. v. de illa Johanni Seghenhorn s. v. familiari continuo commensali concessit provideri, qui litteris super concessionis gratia huiusmodi non confectis apud sedem apostolicam extitit vita functus. Cum autem prepositura ipsa adhuc, ut prefertur, vacare speretur, supplicat Conradus Mulinbach canonicus dicte ecclesie Slesvicensis, s. v. familiaris continuus commensalis, quatenus sibi de dicta prepositura [fructus 4 mr.] provideri mandare, secumque, ut dictam preposituram unacum parrochiali ecclesia in Frowemonster Maguntine diocesis [fructus 3 mr.], quam possidet et super qua in palatio causarum apostolico litigat, si illam evincat et assequatur, quoad vixerit, retinere valeat, dispensare dignemini, attento quod ipse Conradus in eventum pacifice assecutionis dicte prepositure paratus est

¹⁾ add. Gz.

dimittere sine cura perpetuam vicariam in ecclesia b. Marie Isemarensi dicte Maguntine diocesis [fructus 3 mr.], quam possidet etc. Fiat. P. Et ad vitam. Fiat. P. Datum Rome apud s. Marcum 17. kal. febr. anno 3.

Suppl. 599 fol. 57 v.

2395.

23. Jan. 1467.

Paven giver Henning Powisch fra Slesvig Stift og hans Hustru Margrete Tilladelse til at vælge en Skriftefader, der kan give dem Plenaraflad.

De plenaria.

Henningo Pogwsken Slesvicensis diocesis et Margarete eius uxori. Devotionis vestre etc. Datum Rome apud s. Marcum 10. kal. febr. anno 3.

P. de Varris.

Reg. Lat. 657 fol. 290 v.

2396.

24. Jan. 1467.

Paven giver Ridderen Strange Nielsen (Strangesen) til Ørum i Børglum Stift og hans Hustru Tilladelse til at have Rejsealter.

De altaribus.

Nobili viro Strangen Negelssen militi, domino loci castris Orwm Burglanensis diocesis, et nobili mulieri eius impresentiarum uxori. Sincere etc. Datum Rome apud s. Marcum 9. kal. febr. anno 3.

F. XII. Saxenatensis.

Reg. Lat. 657 fol. 293.

2397.

27. Jan. 1467.

Paven giver Ridderen Erik Johansen Bjørn til Skive og hans Hustru Mette Tilladelse til at have Rejsealter.

De altaribus.

Nobili viro Henrico Johannis Berussen militi, domino castris Frywoe (!) Vibergensis diocesis, et nobili mulieri Mettre (!) eius uxori. Sincere etc. Datum Rome apud s. Marcum 6. kal. febr. anno 3.

P. XII. de Varris.

Reg. Lat. 657 fol. 291 v.

2398.

12. Febr. 1467.

Slesvigkanniken Bertold Dauwe faar Fritagelse for at residere ved sit Vikariat i Lübeck og Tilladelse til eventuelt at ombytte dette.

Supplicat Bertoldus Dauwe canonicus Slesvicensis et perpetuus vicarius ad altare ss. Dorothee et Antonii in ecclesia s. Johannis evangeliste ad moniales Lubicenses, s. v. familiaris continuus commensalis, quatenus sibi, quatenus in dicta vicaria,

cuius fundatio personalem requirit residentiam et illam habens quodcunque aliud beneficium habere non debent (!), per quemcunque usque ad certum tempus et, si placet, ad triennium, in eadem ad residendum minime compelli possit, attento quod propter iustam litem, quam occasione eiusdem beneficii in curia et seu extra ad [c: eam] contra certos suos adversarios [habuit]¹⁾, qui quodam modo inter maiores et potentiores sunt civitatis illius, et contra quos in ea triumphavit, tutum timet minime posse consequi accessum, cum paratus est per alium illi beneficio in divinis facere deserviri, fundationi huiusmodi expresse derogantes, indulgere et, quod memorata beneficia et quecunque alia per ipsum in posterum consequenda ipse familiaritatis [causa]¹⁾ seu alias, quocunque vocabulo nuncupentur, etiam si dignitates etc. fuerint, simpliciter vel ex causa permutationis, dum sibi expedire videbitur, in Romana curia vel extra eam et in partibus in manibus ordinariorum, ubi beneficia consistunt, libere resignare ac simpliciter vel ex causa predicta dimittere et loco dimissorum alia beneficia recipere valeat, facultatem concedere dignemini. Concessum in presentia pape. Pe. Tirasonensis. Et ad triennium. Et quod littere desuper gratis de mandato s. v. expediantur. Datum Rome apud s. Marcum pridie id. febr. anno 3.

Suppl. 600 fol. 19 v.

2399.

22. Febr. 1467.

Paven giver Præsten Laurens Tygesen fra Odense Stift Tilladelse til at vælge en Skriftefader, der kan give ham Plenaraflad.

De plenaria.

Laurentio Tockonis presbitero Ottoniensis diocesis. Devotionis tue etc. Datum Rome apud s. Marcum 8. kal. martii anno 3.

F. Saxinatensis.

Reg. Lat. 657 fol. 294 v.

2400.

28. Febr. 1467.

Paven befaler Konventualerne og Observanterne af Franciskanerordenen ikke at gøre hinanden Skade ved at tilegne sig hinandens Klostre og Stiftelser eller Brødre og giver desuden adskillige Bestemmelser angaaende deres Klostres Anlæg og Bestyrelse m. m.

Ad perpetuam rei memoriam. Cum sacer ordo fratrum Minorum (*Wadding, Annales Minorum XIII, 402—05; Dipl. Norv. IX, 324—28*). Datum Rome apud s. Marcum pridie kal. martii anno 3.

Afskrift i [Nic. Jordanis Kopibog og derefter i] Barth. D, 173—80.

¹⁾ add. Gz.

2401.

10. April 1467.

Klerken Claus Jensen fra Lunde Stift faar Provstiet i Ribe, ledigt ved Jens Kruses Dod [Indtægt 6 Mr.].

Supplicat Nicolaus Johannis (*Dipl. dioc. Lund. IV, Nr. 107*).
Fiat. P. Datum Rome apud s. Marcum 4. id. aprilis anno 3.

Suppl. 602 fol. 81.

2402.

15. April 1467.

Præsten Bertold Dauwe fra Halberstadt Stift faar Biskopperne i Ferrara og Taracona indsatte til i Stedet for de tidligere indsatte Eksekutorer at overdrage ham Kanonikat og Præbende i Slesvig og et Kapel i Rendsborg.

Cum alias canonicatus et prebenda ecclesie Slesvicensis ac cappella b. Marie opidi Ruseborch (!) Bremensis diocesis, quos Albertus episcopus Lubicensis, tunc electus, tempore promotionis per s. v. facte de persona sua ad ecclesiam Lubicensem obtinebat, per huiusmodi promotionem et munus consecrationis impendendum eidem electo vacare sperarentur, s. v. de eisdem canonicatu et prebenda ac cappella, cum illos vacare contigerit, etiam si tunc quovis modo vacarent, Bartoldo de Ouwe presbitero Helberstadensis diocesis, s. v. familiari et continuo commensali, provideri mandavit, certis sibi super hoc executoribus deputatis, videlicet preposito s. Petri Bremensis et decano b. Marie Hamburgensis Bremensis diocesis [ecclesiarum] ac officiali Verdensi. Cum autem dicti executores a Romana curia sint absentes, et dictus Bertoldus in Romana curia presens existit, supplicat igitur idem Bertoldus, quatenus P[etro] episcopo Tirasonensi apud sedem apostolicam residenti, ut ad executionem dictarum litterarum juxta illarum formam procedat in omnibus, perinde ac si earundem litterarum executor deputatus fuisset, et processus in forma solita decernat, committere dignemini. Concessum, quod episcopus Ferrariensis simul cum Tirasonensi exequatur, in presentia pape. Pe. Tirasonensis. Datum Rome apud s. Marcum 17. kal. maji anno 3.

Suppl. 602 fol. 20.

2403

26. Maj 1467.

Præsten Lubbert Hayensten fra Slesvig Stift faar Sognekirken i Bupzee (?) i samme Stift.

Cum parrochialis ecclesia in Bulzer Slesvicensis diocesis, que de jure patronatus laicorum existit, vacet ad presens et tanto tempore vacaverit, quod eius collatio est ad sedem apo-

stolicam legitime devoluta, et de eius ultimo et vero vacationis modo certa notitia non habetur, supplicat Lubbertus Hayensten presbiter dicte diocesis, quatenus sibi de eadem ecclesia [fructus 4 mr.] provideri mandare dignemini. Fiat. P. Datum Rome apud s. Marcum 7. kal. junii anno 3.

Suppl. 604 fol. 161 v.

2404.

26. Maj (20. Juni) 1467.

Roskildekanniken Johan Jensen (Quitow) faar ny Provision paa Dekanetet i Roskilde, som allerede var tildelt ham af Pave Pius II.

Dudum Pius papa II de decanatu ecclesie Roskildensis, qui inibi dignitas maior post pontificalem existit, tamquam per obitum Jacobi Alani vacante et antea dispositioni apostolice reservato Johanni Johannis clerico Roskildensis diocesis, tunc in jure canonico studente, duxit providendum, prout in litteris v. s. super hoc in forma *Rationi congruit* expeditis, quarum necnon processuum desuper habitorum vigore idem Johannes decanatum ipsum extitit assecutus illumque extunc possedit, prout possidet, fructus licet modicos percipiens ex eodem, plenius continetur. Cum autem tempore provisionis huiusmodi idem Jacobus nondum decessisset, licet postmodum, antequam dictus Johannes decanatum ipsum assequeretur, fuit ab hac luce subtractus, et propterea juxta tenores regularum tam e. s. v. quam dicti Pii predecessoris collatio dicti decanatus eidem Johanni facta nullius dicatur esse firmitatis, pro parte eiusdem Johannis, qui decretorum doctor et ex utroque parente de militari genere procreatus ac ipsius ecclesie canonicus existit, supplicatur, quatenus dignemini sibi concedere, quod littere ac processus huiusmodi ac inde secuta quecunque ab eorum omnium datis valeant plenamque roboris firmitatem obtineant, ipseque Johannes decanatum predictum retinere libere possit in omnibus, ac si Jacobus tempore date litterarum huiusmodi fuisset vita functus, et etiam si decanatus predictus, qui curatus et electivus existit [fructus 16 mr.], sive per obitum dicti Jacobi seu alias quovis modo . . . vacet . . . vel sibi de illo decanatu cum habilitatione et etiam nova provisione, si opus fuerit, providere dignemini. Concessum in presentia pape. Pe. Tirasonensis¹⁾ . . . Datum Rome apud s. Marcum 7. kal. junii anno 3.²⁾

Suppl. 605 fol. 101 og (II) 606 fol. 39 v.

¹⁾ II: Fiat de novo. P. ²⁾ II: 12. kal. julii anno 3.

2405.**4. Juni 1467.**

Biskop Knud Mikkelsen i Viborg faar for de første 5 Aar Fritagelse for at visitere Kurien.

Dudum Nicolaus papa V ecclesie Vibergensi tunc pastoris solatio destitute de persona Kanuti episcopi Vibergensis providit, et idem episcopus juravit, ut moris est, certis tunc successive expressis temporibus limina apostolorum Petri et Pauli per se vel suum nuntium visitare. Cum autem fructus mense episcopalis sint tenues et exiles et in camera apostolica ad 32 duc. dumtaxat taxati, et idem episcopus propter paupertatem interim limina apostolorum per se vel nuntium pro eo etiam, quod dicta ecclesia in regno Dacia multum ab Urbe distans consistit, non potuerit commode visitare, supplicat igitur idem episcopus, qui interim pontificalia officia exercuit et divina officia celebravit et illis se immiscuit, quatenus ipsum a reatu perjurii, quatenus indigeat, et excessu huiusmodi absolvere ipsumque et ecclesiam suam ex nunc inantea visitare minime teneri concedere et quoad hoc dumtaxat, dummodo quoad alia iuramentum huiusmodi observet, iuramentum ipsum ei relaxare dignemini. Fiat ad quinquennium. P. Datum Rome apud s. Marcum pridie non. junii anno 3.

Suppl. 604 fol. 97 v.

20. Juni 1467.

Se Suppliken Nr. 2404 (26. Maj 1467).

2406.**9. Aug. 1467.**

Klerken Johannes Meynhardi fra Slesvig Stift faar et evigt Vikariat i Klosterkirken i Itzehoe i Bremen Stift.

Supplicat Johannes Meynardi clericus Slesvicensis diocesis, quatenus sibi de perpetua vicaria sine cura ad altare trium regum situm in monasterio monialium extra opidum Ytzeho Bremensis diocesis ordinis s. Benedicti, per clericos seculares regi consuetam, per obitum Johannis Kale vacante [fructus 4 mr.] providere dignemini. Fiat. P. Datum Rome apud s. Marcum 5. id. aug. anno 3.

Suppl. 607 fol. 13.

2407.**20. Aug. 1467.**

Væbneren Conradus Murhar fra Regensburg Stift faar det overdraget Biskoppen i Eichstädt at løse ham fra et aftvunget edeligt Afkald, han havde givet paa en Pengesum, Kong Christoffer af Bajern havde skænket hans Fader.

Exponitur pro parte Conradi Murhar armigeri Ratisponensis diocesis, quod, licet clare memorie Christofferus rex Svecie et Norvegie in castro Tenesperg eiusdem diocesis Alberto Murhar armigero suisque heredibus 15000 fl. Renensium propter grata servitia dicto regi eiusque genitori per prefatum Albertum impensa per suas litteras sponte donaverit et pro illis castrum ipsum suo et heredum suorum nomine titulo pignoris obligaverit, tamen Otto dux Bauarie ipsius regis heres prefatum Conradum dicti Alberti heredem, ipsum castrum tunc obtinentem, absque rationabili causa duris carceribus mancipavit, donec ipsum castrum ipsi duci dimitteret et litteras predictas restituere promitteret et eundem ducem de predictis 15000 fl. quitaret ne [c: ac] iteratis vicibus juraret contra premissa et certa alia tunc expressa, que intervenerunt, capitula non venire, ad hoc coactus per vim et metum, qui cadere poterant in constantem. Supplicat igitur prefatus Conradus, quatenus alicui probo viro in illis partibus et, si placet, abbati Scotorum (!) monasterii s. Jacobi Ratisponensis committere et mandare dignemini, ut, si, vocato [c: -tis] dicto duce et aliis, qui fuerint evocandi, sibi de vi et metu huiusmodi legitime constiterit, eidem Conrado juramenta predicta relaxet . . . Fiat et committatur episcopo Eystetensi. P. Datum Rome apud s. Marcum 13. kal. sept. anno 3.

Suppl. 607 fol. 203.

2408.

25. Aug. 1467.

Roskildekanniken Jakob Pedersen, som i en Proces ved Kurien med Provsten Christoffer Jensen (Present) og andre Kanniker i Roskilde var bleven domfældt, men trods dette havde holdt Messe, faar Absolution herfor, dog først efter fuldt at have adlydt Dommen.

[Exponitur] pro parte Jacobi Petri canonici Roskildensis, quod, licet pridem quidam Christoforus Johannis prepositus et certi canonici ecclesie Roskildensis duas in Romana curia promulgatas sententias super diversis articulis pretensorum gravaminum cum condempnatione expensarum, que in rem transierunt judicatam, pro se et contra dictum Jacobum reportassent, et super earundem executione sententiarum nonnulli processus executoriales in forma solita decreti et illorum vigore ipse Jacobus, ut illis et sententiis huiusmodi [pareret] infra certum tunc prefixum, jam vero effluxum, terminum monitus et requisitus ac personaliter in Romana curia apprehensus quoad hoc fuisset,

et etiam ante condemnationem eandem coram auditore cause se illis velle parere obtulisset, ipse tamen Jacobus etiam post dicte monitionis terminum lapsum ante tamen declarationem [prefatam¹⁾] tamquam simplex et juris ignarus missas et alia divina officia non tamen in contemptum clavium celebrare [presumpsit et]¹⁾ in illis interfuit et [se] immiscuit, credens propterea nullam irregularitatis et infamie maculam incurrisse. Supplicat igitur dictus Jacobus, quatenus eum ab omnibus excommunicationis sententiis, penis et censuris per eum premissorum occasione incurris auctoritate apostolica absolvere secumque super irregularitate, si quam premissorum occasione quomodolibet incurrerat, dispensare necnon omnem inhabilitatis et infamie maculam per eum eadem occasione contractam abolere dignemini. Concessum, parito prius iudicato ad plenum, in presentia pape. Pe. Tirasonensis. Datum Rome apud s. Marcum 8. kal. sept. anno 3.

Suppl. 601 fol. 16.

2409.

22. Okt. 1467.

Kong Christiern forestiller Paven, at Franciskanerne i Slesvig og Holsten trænger til at reformeres, og beder ham overdrage Ministeren for Provinsen Sachsen at føre dem tilbage til den regulære Observans.

Ad papam, ut fratres Minores reducat ad observantiam. . . . Regum studia (*Script. rer. Dan. VIII, 438—39; Reg. 4314*). Ex castro meo Gottorp 22. die oct. anno 1467 meo regio sub secreto.

Afskrift i [»Marcellus' Kopibog« og derefter i] Barth. B, 250—51.

2410.

22. Okt. 1467.

Kardinalen Marcus (Barbus) giver Magister Marinus de Fregeno Lejde til at komme til Rom og forsvare sig overfor Kammeret; Brevet gælder for 3 Maaneder²⁾.

Marcus etc. Marino Nicolay de Friseno (!), in sacra theologia magistro et apostolice camere clerico. Cum vos, qui hactenus pluribus annis in regnis Dacie, Svecie, Norvegie Polonieque et in aliis diversis provinciis ac locis nuntius apostolicus cum certis facultatibus fuistis, venturus esse ad hanc almam Urbem et Romanam curiam dicamini, idque etiam pro multorum informatione et declaratione rebus apostolice camere expediat, possitque contingere, propterea quod de bonis ad cameram prefatam spectantibus aliquando tractastis, ut vobis iniciatur non necessarius scrupulus et dubitatio, nequa vobis molestia in per-

¹⁾ add. Gz. ²⁾ Senere forlænget til at gælde for andre 4 Maaneder.

sona aut bonis inferatur, nos, volentes future eiusmodi dubietati occurrere et vestre securitati plene providere, de mandato pape super hoc nobis oraculo vive vocis facto ac consulentibus domino vicecamerario et reliquis dominis de camera, vobis concedimus plenum et tutum . . . salvum conductum plenamque et validam fidantiam ac securitatem ad hanc almam Urbem et Romanam curiam, ubicunque fuerit, et ad omnes provincias, civitates, terras et loca pape et s. Romane ecclesie veniendi, standi, morandi, ex eisque, quotiens vobis placebit, cum familia et bonis omnibus vestris recedendi et, quo vobis videbitur, eundi tute, libere et secure, absque omni prorsus molestia aut impedimento reali vel personali vobis aut vestris tam ad apostolice camere aut eius officialium quam cuiusvis alterius per quoscunque tam ecclesiasticos quam seculares officiales seu iudices, quocunque nomine censeantur, instantiam et petitionem inferendo, mandantes propterea de eisdem mandato et consilio universis officialibus prefatis et capitaneis, ducibus, armigeris ac aliis quibuscunque ad stipendia pape et s. Romane ecclesie militantibus sub indignationis pape et aliis pecuniariis penis ab eis arbitrio nostro, si contra fecerint, auferendis, ut hunc nostrum salvum conductum et fidantiam inviolabiliter observent et per suos servari faciant, . . . presentibus ad menses tres deindeque ad pape beneplacitum plene valituris. In quorum etc. Datum Rome in palatio apostolico anno 1467 die 22. mensis oct. anno 4.

M. cardinalis s. Marci.

Gaspar Blondus.

Ex post anno 1468 die 18. jan. Antonius de Forliuio clericus mensarius etc. retulit mihi, quod domini de camera existentes omnes simul in camera prorogarunt terminum huius salvi conductus ad alios quatuor menses a die lapsus priorum trium mensium. Gaspar Blondus.

Arm. 29 vol. 33 fol. 56 v.

2411.

26. Okt. 1467.

Mogens Andersen faar ny Provision paa Dekanatet i Roskilde, hvorom han havde ført Proces ved Kurien.

Lite et causa inter Magnum Andree decanum ecclesie Roskildensis possessorem et quendam Johannem Johannis assertum clericum de decanatu eiusdem ecclesie rebusque aliis in actis cause huiusmodi deductis et illorum occasione coram Johanne

de Cesarinis palatii apostolici causarum auditore in prima instantia pendentibus, in qua [c: quibus] ad nonnullos actus judiciales citra tamen conclusionem processo a nonnullis asseritur neutri dictorum jus in eodem decanatu competere ipsumque decanatum, qui dignitas principalis, maior post pontificalem, curata et electiva in dicta ecclesia existit, adhuc per obitum Jacobi Alani vacare, supplicat igitur dictus Magnus, cui s. v. de dicto decanatu gratiose providit, quatenus prefato auditori mandare dignemini, ut, si sibi per eventum litis huiusmodi constiterit neutri dictorum ad dictum decanatum jus competere ipsumque [fructus 16 mr.] [adhuc vacare]¹⁾, sive adhuc ut premittitur sive alias quovismodo aut per obitum Laurentii, dicti Jacobi immediati predecessoris, vacet, dicto oratori in forma gratie si neutri aut alterius valide provisionis conferat, non obstante quodam asserto statuto eiusdem ecclesie, per quod caveri dicitur, quod nullus debeat assequi dictum decanatum, nisi sit actu canonicus prebendatus eiusdem ecclesie. Concessum in presentia pape. Pe. Tirasonensis. Non obstante lite inter ipsum oratorem et quendam Johannem Bunstorpp [c: Brostorp] de dicto decanatu coram episcopo Brixiensi pendente. Datum Rome apud s. Marcum 7. kal. nov. anno 4.

Suppl. 609 fol 167 v.

2412.

27. Nov. 1467.

Klerken Johannes Meynhardi fra Slesvig Stift faar et evigt Vikariat i Bardewick.

Dudum perpetua vicaria ad altare Corporis Christi situm in ecclesia ss. Petri ac Pauli Bardewicensi Werdensis diocesis per obitum Ottonis Berlin, olim in ipsa ecclesia perpetui vicarii et fructuum camere apostolice [debitorum] in provincia Bremensi collectoris, vacante, s. v. de illa, in cuius fundatione canonice facta cavetur expresse, quod actu sacerdoti conferri debeat vel in etate legitima constituto, quod infra annum possit ad sacerdotium promoveri, et, si promotus non fuerit, extunc eo ipso vacare noscatur, cuidam Ludolpho de Hadeln, qui se gerit pro clerico, provideri concessit, qui litteris super concessionis gratia huiusmodi non confectis in dicta vicaria se intrusit illamque extunc per annum et ultra detinuit, prout detinet, fructus percipiens ex eadem, et se non fecit ad sacerdotium promoveri, nulla super hoc dispensatione obtenta. Supplicat igitur Johannes Meynardi

¹⁾ add. Gz.

clericus Slesvicensis diocesis, quatenus sibi de dicta vicaria [fructus 4 mr.] providere dignemini. Concessum in presentia pape. Pe. Tirasonensis. Datum Rome apud s. Marcum 5. kal. dec. anno 4.

Suppl. 610 fol. 298 v.

2413.

6. Dec. 1467.

Paven befaler Biskoppen i Børglum og Prioren i Hundslund Kloster at give en Del Kanniker i Børglum Absolution for Fængslingen af Provsten Jon Jensen i Børglum, som havde bortødslet Kapitlets Ejendom.

Episcopo Burglanensi et priori prioratus in Hundlu (!) Burglanensis diocesis. Apostolice sedis indefessa clementia [etc.]. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Andree Jacobi, Nicolai Rib¹⁾, Andree Jacobi²⁾, Erixi Laurentii, Johannis Mathie, Jacobi Ateri³⁾, Johannis Laurentii et Cristierni Laurentii canonicorum ecclesie Burglanensis Premonstratensis ordinis petitio continebat, quod olim ipsi, quondam Jonam Johannis eiusdem ecclesie prepositum, tunc in humanis agentem, qui post monitionem et inhibitionem sibi tam per capitulum ipsius ecclesie quam eisdem canonicos factas bona ipsius ecclesie dilapidaverat et in dies dilapidabat necnon jocalia, libros et res alias ac bona ad eandem ecclesiam legitime spectantia tunc expressa in prophanos et damnabiles usus convertere ac illa ad alienas partes transferre conabatur et per ipsos canonicos in huiusmodi crimine deprehensus fuerat, personaliter capientes, eum in carceribus ipsius ecclesie, in quibus illius persone, maxime in similibus deprehense criminibus, sub custodia reponi consueverunt, detruserunt; et licet dicti canonici, cum prefatus Jonas ipsos capiendo eum et tenendo modum excessisse et propterea excommunicationis sententiam in tales a canone generaliter promulgatam incurrisse assereret, a sententia excommunicationis huiusmodi de consensu et voluntate ipsius Jone tam ordinaria quam apostolica auctoritate absoluti fuerint, nichilominus pro exoneratione conscientiarum suarum cupiunt absolutionis beneficium ab huiusmodi sententia denuo obtinere. Quare pro parte dictorum canonicorum nobis fuit supplicatum, ut ipsos ab huiusmodi excommunicationis sententia denuo absolvi et cum eis super irregularitate, si quam post captionem huiusmodi divina officia celebrando contraxerunt, dispensari mandare dignaremur. Nos itaque, de premissis certam notitiam non habentes, discre-

¹⁾ II: Kib ²⁾ Gentagelsen af Andree Jacobi mangler i II. ³⁾ II: Asteri

tioni vestre mandamus, quatenus, si et postquam, vocatis qui fuerint evocandi, vobis de consensu et absolutione huiusmodi ac aliis premissis legitime constiterit, dictos canonicos, si hoc petierint, ab eadem excommunicationis sententia auctoritate nostra hac vice dumtaxat absolvatis in forma ecclesie consueta, injunctis inde eis pro modo culpe penitentia condigna et salutari ac aliis, que de jure fuerint injungenda, et nichilominus cum prefatis canonicis super irregularitate, quam huiusmodi sententia ligati missas et alia divina officia non tamen in contemptum clavium celebrando vel se illis immiscendo contraxerunt, eadem auctoritate dispensetis, ipsosque in statum pristinum restituatis, omnem inhabilitatis et infamie maculum sive notam per eos dicta occasione contractam penitus abolendo. Datum Rome apud s. Marcum 8. id. dec. anno 4.

N. LXV. de Bonaparte.

Reg. Lat. 661 fol. 113; ogsaa Supplik (Concessum constito de assertis et iniuncta condigna penitentia, in presentia pape. Pe. Tirasonensis) i Suppl. 611 fol. 110.

2414.

22. Dec. 1467.

Johannes Tamke fra Wismar, som havde været bosiddende i Odense og af Raadet i Wismar var bleven tvungen til edelig at frasige sig en Fordring, han havde paa en anden Borger fra Wismar, Johannes Fidderken, bliver løst fra denne Ed.

Dudum Pio pape II pro parte Johannis Tamke opidani opidi Wismariensis Ruzeburgensis (!) diocesis exposito, quod, cum olim ipse, qui tunc in diocesi Ottoniensi faciebat larem suum, nonnullas ordii quantitates, res et bona alia ad eum legitime spectantia de terra Imbrie dicte Ottoniensis diocesis in quadam navi per aquas per quendam Johannem Fidderken opidanum eiusdem opidi ad ipsum opidum duci et transmitti procurasset, et idem Johannes Fiddeken quasdam salmas ordeï et aliqua ex bonis et rebus huiusmodi dicto Johanni Tancke in opido prefato minime presentasset, dictus Johannes Tanke prefatum Johannem Fiddecken, super hoc petendo eum condempnari et compelli ad assignandum sibi integraliter in eodem opido ordeï quantitates, res et bona alia huiusmodi, coram consulatu dicti opidi non ex delegatione apostolica traxit in causam, pro parte vero ipsius Johannis Tancke sentientis ab eisdem consulatu indebite se gravari, quod ipsi testes idoneos, quos idem Johannes Tancke ad fundandum intentionem suam in dicta causa producere volebat, coram eis admittere, nulla rationabili causa

subsistente, recusarunt, et a quibusdam aliis tunc expressis gravaminibus sibi illatis ad consilium Lubicense juxta solitum ritum et consuetudinem in huiusmodi opido prescriptos tentosque et observatos viva voce fuit appellatum, et quod, [quia]¹⁾ dicti consulatus Wismariensis prefato Johanni Tancke, ne appellationem suam huiusmodi prosequeretur, de facto inhibuerunt, ipse Johannes Tancke denuo viva voce ad eosdem consulatum Lubicensem appellavit, quapropter consulatus W[is]mariensis huiusmodi dictum Johannem Tancke diris carceribus manciparunt ipsumque aliquamdiu incarceratum detinuerunt et alias sibi injurias irrogarunt, donec ipse, quod per se aut suos heredes super premissis querimoniam non deponeret, quodque quandam pecuniarum summam tunc expressam persolveret, juratoriam et fidejussoriam per vim et metum, qui cadere poterunt [o: -rant]¹⁾ in constantem, compulsus prestitisset cautionem, datis super hoc litteris et factis renuntiationibus ac penis adjectis, dictus predecessor episcopo et decano Lubicensibus dedit in mandatis, quatenus ipsi, si et postquam, dictis consulatu Wismariensi et aliis, qui forent evocandi, vocatis, eis de assertis huiusmodi legitime constaret, consulatum Wismariensem huiusmodi sub excommunicationis et aliis sententiis, censuris et penis ecclesiasticis auctoritate apostolica monerent, ut infra certum peremptorium, quem ipsis ad id prefigerent, terminum competentem ipsi Johanni Tancke juramentum predictum remitterent et fidejussores ipsos quitarent et liberarent, alioquin dicto termino elapso illos ex ipsis consulatu Wismariensi, qui monitionibus predictis parere contumaciter negligerent sive non curarent, sententias et censuras predictas incidisse, necnon Johannem Tancke ad juramenti et fidejussores predictos ad fidejussionis huiusmodi observantiam non teneri eadem auctoritate declar[ar]ent, prout in litteris inde confectis plenius continetur. Cum autem littere ipse dicto predecessore in humanis agente eisdem iudicibus presentate non fuerint, supplicat idem Johannes Tancke, quatenus, ne ipse litterarum predictarum frustretur effectu, litterarum apostolicarum correctoris locumtenenti mandare dignemini, ut in forma minoris justitie eisdem iudicibus mandet, ut ad executionem dictarum litterarum juxta earum formam procedant in omnibus, per inde ac si littere ipse eis dicto predecessore in humanis agente presentate et illarum executio tunc per eos cepta fuisset, et super omnibus

¹⁾ add. Gz.

premissis vocatis vocandis et auditis hinc inde propositis, quod justum fuerit, appellatione amota decernant, facientes, quod decreverint, per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Concessum in presentia pape. Pe. Tirasonensis. Datum Rome apud s. Marcum 11. kal. jan. anno 4.

Suppl. 611 Jol. 238.

18. Jan. 1468.

Se Nr. 2410.

2415.

1. Marts 1468.

Paven forbyder at afhænde gejstlige Ejendomme og bortforpagte eller bortforlene dem for længere Tid end 3 Aar.

Ad perpetuam rei memoriam. Ambitiose cupiditati (*Bullarium Romanum (Luxemb. 1742) I, 384*). Datum Rome apud s. Marcum kal. martii anno 4.

Afskrevet i Suppl. Innoc. VIII anno 3 lib. 10 fol. 10; ogsaa optaget i Stadfæstelsesbullen af 29. Febr. 1476 (Sorøbogen — A. M. 290 Fol. — fol. 43).

2416.

12. April 1468.

Kardinalerne Bartholomæus (Roverella) og Jacobus (Amanati) giver Aflad til dem, der paa bestemte Dage besøger Trefoldigheds Kapel i Vor Frue Kirke i København, som har faaet Gaver af Peder Andersens Datter Anna og Jakob Clausen; Brevet gælder for al Fremtid.

Bartholomeus tituli s. Clementis, Jacobus tituli s. Crisogoni, . . sacrosancte Romane ecclesie presbiteri cardinales universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Etsi quelibet loca sanctorum (*Kbhs. Dipl. IV, 101—02; Reg. *6667*). Datum et actum Rome in domibus nostrarum solitarum residentiarum sub anno 1468 die 12. mensis aprilis pontificatus anno 4.

Afskrift efter tabt Orig. i Vor Frue Kirkes Arkiv i Barth. F, 158 og i L. Dipl.

2417.

12. Maj 1468.

Paven giver Slesvigkanniken Leve Leve Dispensation til at faa Embede, naar han bliver 21 Aar.

Lenoni Leneken (!) canonico Slesvicensi. Vite ac morum honestas [etc.]. Hinc est, quod nos, te, qui in decimo octavo vel circa tue etatis anno constitutus existis ac litterarum studio in universitate Rostocensi Zwerinensis diocesis insistis, gratioso favore prosequi volentes, tecum, ut, quamprimum in vicesimo primo eiusdem etatis anno constitutus fueris, quodcunque beneficium curatum, dummodo parrochialis ecclesia aut dignitas in

cathedrali etiam metropolitana post pontificalem maior seu in collegiata ecclesia huiusmodi principalis non existat, si tibi alias canonicè conferatur, recipere et retinere libere valeas, defectu etatis premissæ, quem quoad hæc pateris, nequaquam obstante, tenore presentium dispensamus . . . Datum Rome apud s. Marcum 4. id. maji anno 4.

Hug. XXII. prothonotarius Bisuntinus.

Reg. Lat. 665 fol. 139 v; ogsaa Supplik (Concessum in presentia pape. Pe. Tirasonensis.) i Suppl. 618 fol. 125.

2418.

1. Juni 1468.

Præsten Svend Sten fra Lunde Stift, tidligere Rektor for Skolen i Helsingborg, faar Absolution, fordi han en Gang under et Slagsmaal med tre Klerke, der var trængt ind paa Skolens Grund, havde slaæet een af dem; saa at han senere var død.

Cum olim Sweno Stehn (*Dipl. dioc. Lund. IV, Nr. 123*). Concessum prout de jure in presentia pape. Pe. Tirasonensis. Datum Rome apud s. Marcum kal. junii anno 4.

Suppl. 619 fol. 89.

2419.

22. Juni 1468.

Paven befaler Provsten i Camin og Dekanerne i Waren og Hamburg at overdrage et Beneficium i Pløen i Lübeck Stift, hvortil Kong Christiern har Patronatsret, til Henricus Gherwen, skønt denne forud har et evigt Vikariat i Lemmertzen i Speyer Stift.

Preposito Caminensi et Warmiënsis ac b. Marie Hamburgensis Bremensis diocesis decanis ecclesiarum. Litterarum scientia, vite ac morum honestas [etc.]. Cum itaque quoddam perpetuum beneficium sive altare, situm in capella s. Judoci extra muros opidi Plone Lubicensis diocesis, quod de jure patronatus Christierni regis Dacie ratione comitatus Holsatie, qui illius comes etiam existit, esse perhibetur, et quod Detleuus Rantzowe obtinebat, per obitum eiusdem Detleui, qui apud sedem apostolicam diem clausit extremum, vacet ad presens, nos, ¹⁾dummodo prefati regis ad hoc expressus accedat assensus¹⁾, volentes Henrico Gerwen, perpetuo vicario in parrochiali ecclesia in Lemmertzen Spirensis diocesis, licentiato in decretis, qui a longo tempore curiam Romanam secutus est eamque sequitur de presenti, specialem gratiam facere . . ., discretioni vestre mandamus, quatenus beneficium predictum, quod sine cura est [fructus 5 mr.],

¹⁾ Ordene dummodo—assensus staar i Stedet for det overstregede: juri patronatus huiusmodi harum serie specialiter et expresse derogantes

sive . . quovis modo . . seu per liberam resignationem dicti Detleui vel Alberti episcopi Lubicensis, qui olim, tunc in minoribus constitutus, beneficium ipsum obtinuit . . . sponte factam vacet, prefato Henrico auctoritate nostra conferre curetis, alienatione tamen quorumcunque honorum immobilium et pretiosorum mobilium eiusdem vicarie sub penis in quadam nostra super hoc edita constitutione contentis sibi penitus interdicta . . ., non obstante . . . quod dictus Henricus perpetuam vicariam in dicta parrochiali ecclesia, que sine cura est [fructus 4 mr.], inter cetera obtinet. Datum Rome apud s. Marcum 10. kal. iulii anno 4.

P. XXV. 3. kal. aug. anno 4. de Varris.

Correcta kal. febr. anno 7.

Reg. Lat. 668 fol. 229; ogsaa Supplik (Concessum in presentia pape. Pe. Tirasonensis) i Suppl. 619 fol. 198.

2420.

22. Juni 1468.

Kong Christiern meddeler Paven, at Birgittinerne i Maribo udmærker sig ved stor Fromhed, men at Tilstrømningen til Klostret er i Aftagende, da man tror, at de tidligere Pavers Afladsbreve er tilbagekaldte; han beder ham derfor modtage Klostrets Sendebud venligt og stadfæste Afladen.

Ad papam pro nuntiis de Mariebo. Ad honorem beatissime virginis Marie et s. Birgitte vidue (*Script. rer. Dan. VIII, 444; Reg. 4331*). Ex castro meo Haffnensi 22. iunii anno 1468 meo sub secreto.

Afskrift i [»Marcellus' Kopibog« og derefter i] Barth. B, 259—60.

2421.

24. Juni 1468.

Kong Christiern anbefaler til Paven Udsendingene fra Mariager Kloster, der nylig er grundlagt og paa Grund af Krigene har smaa Indtægter.

Ad papam pro nuntiis de Mareagher. Sanctissima sedes apostolica (*Script. rer. Dan. VIII, 443—44; Reg. 4332*). Ex castro meo Haffnensi die nativitatis b. Johannis baptiste anno 1468 meo sub secreto.

Afskrift i [»Marcellus' Kopibog« og derefter i] Barth. B, 259.

2422.

5. Juli 1468.

Paven tillader Provsten i Børglum at lægge Sognekirken i Skagen ind under Helligaandsklostret i Aalborg.

Preposito ecclesie Burglanensis. Ad ea ex apostolice servitutis officio [etc.]. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Johannis Nicolai prioris domus sive hospitalis s. Spiritus in Alburg

Vibergensis diocesis petitio continebat, quod causantibus guerris et variis calamitatibus ac aliis sinistris eventibus fructus dicte domus sive hospitalis noviter erecti et fundati, que seu quod membrum hospitalis nostri s. Spiritus in Saxia de Urbe ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis s. Augustini existit, et ad quam seu quod devotionis causa maxima confluit continue populi multitudo, adeo tenues et exiles existant, quod ex illis modernus et pro tempore illius prior se sustentare et quandam pensionem annuam, ad quam tenetur, solvere, alimenta et alia necessaria ipsius domus conventui ac infirmis inibi pro tempore degentibus et pueris expositis ac aliis Christi fidelibus illuc dietim confluentibus ministrare et cetera sibi incumbentia onera commode supportare nequit. Verum si parochialis ecclesia s. Laurentii in Scagen Burglanensis diocesis cum capellis ibidem situatis eidem ecclesie canonice annexis, que de jure patronatus regis Dacie pro tempore existentis esse dinoscuntur, et quas Cristiernus rex Dacie ob singularem, quam ad domum seu hospitale huiusmodi gerit, devotionem eidem domui sive hospitali pure et libere concessit, huiusmodi domui seu hospitali perpetuo unirentur, dictus Johannes et pro tempore existens domus sive hospitalis huiusmodi prior onera sibi incumbentia huiusmodi facilius supportare posset, divinusque cultus inibi susciperet incrementum. Quare pro parte dicti Johannis, asserentis, quod domus sive hospitalis deductis oneribus nullius valoris sunt et parochialis ecclesie ac capellarum huiusmodi 24 fl. Renensium fructus valorem annum non excedunt, nobis fuit supplicatum, ut propterea dictam parochialem ecclesiam cum capellis annexis eidem domui sive hospitali perpetuo unire dignaremur. Nos itaque, de premissis certam notitiam non habentes, discretioni tue mandamus, quatenus, vocatis, quorum interest, super premissis omnibus ac eorum circumstantiis universis te diligenter informes et, si per informationem eandem asserita huiusmodi vera esse inveneris, parochialem ecclesiam cum capellis annexis huiusmodi eidem domui sive hospitali auctoritate prefata perpetuo unias ita, quod, cedente vel decedente moderno ipsius parochialis ecclesie rectore seu illam quomodolibet dimittente, liceat eidem Johanni et pro tempore dicte domus sive hospitalis priori existenti per se seu alios corporalem parochialis ecclesie ac capellarum annexarum predictarum possessionem auctoritate propria libere apprehendere ac illius et annexarum huiusmodi fructus in suos et domus sive hospitalis usus con-

vertere pariter et retinere, diocesani loci et cuiusvis alterius licentia super hoc minime requisita, alienatione tamen quorumcunque bonorum immobilium et pretiosorum mobilium ecclesie et capellarum annexarum huiusmodi sub penis in quadam nostra super hoc edita constitutione contentis moderno et pro tempore dicte domus sive hospitalis prioribus penitus interdicta, proviso, quod propter unionem huiusmodi, si effectum sortiatur, parochialis ecclesia et capelle annexe predicte debitis non fraudentur obsequiis et animarum cura in eadem parochiali ecclesia nullatenus negligatur, sed per institutum in ea pro tempore perpetuum vicarium ad hoc idoneum, congruam de proventibus eiusdem ecclesie portionem habiturum, cura huiusmodi exerceatur et illi ac annexis capellis huiusmodi deserviat inibi laudabiliter in divinis. Datum Rome apud s. Marcum 3. non. julii anno 4.

P. XXX. de Varris.
Reg. Lat. 666 fol. 181 v.

2423.

9. Aug. 1468.

Paven stadfæster Aalborg Helligaandsklosters Privilegier.

Priori et fratribus hospitalis s. Spiritus in Alburg, ordinis s. Augustini Vibergensis diocesis. Cum a nobis petitur (*Pontopidan, Ann. eccl. Dan. II, 645; Reg. 4335*). Datum Rome apud s. Marcum 5. id. aug. anno 4.

V.
Orig. i Aalborg Hospitals Breve, 32 (R. A.).

2424.

19. Aug. 1468.

Klerken Gaspar Sellich (Tater) fra Mainz Stift, som er Kong Christierns Skriver, faar Kanonikat og Præbende samt Ærkedegneembedet i Roskilde.

Cum quidam iniquitatis filius Terzo Rosengarde, qui se gerit pro canonico et archidiacono ecclesie Roskildensis, dei timore postposito fameque et honoris suorum prodigus quendam presbiterum Vpsalensis diocesis non absque manuum in eum ausu temerario¹⁾ violenta [injectione] graviter etiam ad sanguinis effusionem et carnis sue dilacerationem verberibus percutere ita, quod de eius vita non modicum desperaretur (!), et sententiam excommunicationis a jure in talia committentes [latam]²⁾ incurrendo, et postea, nulla quoad hoc saltim canonica absolu-

¹⁾ Gz. — Cod. temerario temere ²⁾ add. Gz.

tione obtenta, missas et alia divina celebrare seu verius prophanare non erubuerit in anime sue periculum, ecclesiastice libertatis opprobrium, perniciosum quoque exemplum et scandalum plurimorum, et propterea canonicatu et prebenda ac archidiaconatu dicte ecclesie, quos obtinet, se indignum reddid[er]it illisque merito ven[er]it privandus de jure, supplicat igitur Gaspar Sellichn., alias Tater, clericus Maguntine diocesis, notarius sive scriba Cristierni Dacie et Norvegie etc. regis, quatenus aliquibus in illis partibus committere dignemini, ut de premissis se diligenter informet et, si ita esse reppererint, eundem Tectzonem canonicatu et prebenda ac archidiaconatu predictis privent et realiter ammoveant(!) ab eisdem, prout de jure fuerit faciendum, et nichilominus, si et postquam privationem et amotionem huiusmodi fecerint, canonicatum et prebendam et, qui inibi dignitas electiva non tamen maior post pontificalem existit, archidiaconatum predictos [omnium fructus 8 mr.] eidem Gaspari eadem auctoritate conferant et provideant etiam de eisdem. Concessum in forma juris in presentia pape. Jo. Urbinatensis. Datum Rome apud s. Marcum 14. kal. sept. anno 4.

Suppl. 621 fol. 298 v.

2425.

26. Aug. 1468.

Kong Christiern faar tilstaaet Aflad til Hellig Trefoldigheds Broderskab.

Cum Cristiernus Dacie Svecie et Norvegie etc. rex in honorem s. Trinitatis et b. Marie virginis necnon ob memoriam passionis domini nostri Jesu Christi cum certis illustribus et nobilibus quandam societatem sive confraternitatem ordinaverit et stabiliverit, supplicat itaque dictus rex, quatenus sibi et aliis eiusdem societatis seu confraternitatis personis, qui singulis diebus eandem trinitatem vivificam cum orationibus dominicalibus ad hoc ordinatis venerabuntur ac eiusdem domini nostri Jesu Christi passionem devote ingemescendo contemplabuntur et plangent, quique insignia eiusdem societatis vel confraternitatis deferent in futurum ob ipsius etiam virginis reverentiam, centum dies et totidem quadragenas indulgentiarum perpetuis futuris temporibus duraturarum eis singulis diebus, quibus id fecerint, de solita clementia concedere placeat, ut eo magis ad pietatis et misericordie opera animentur. Fiat omnibus diebus dominicis pro presentibus. P. Datum Rome apud s. Marcum 7. kal. sept. anno 4.

Suppl. 621 fol. 196.

2426.

27. Aug. 1468.

Kong Christiern faar bevilget, at paa hans Rejser maa hans Ledsagere faa meddelt Aflad af hans Skriftefader, saa ofte det findes passende.

Cum plerumque Cristiernum Dacie Svecie et Norvegie etc. regem cum gente copiosa diversarum nationum et diocesium in regnis et dominiis suis latissimis de loco ad locum movere contingat, quorum aliqui advene, alii illorum locorum habitatores, alii eidem regi obsequendo, ceteri vero nativi ibidem in remotissimis et aquilonaribus mundi partibus et mari oceano existunt constituti, ab eorum excessibus, delictis, peccatis et criminibus, licet confessi fuerint et doluerint ab intimis, propter locorum et insularum distantiam ac ordinariorum raritatem absolvi nequeunt, quod in non modicum illorum animarum periculum ac devotionis diminutionem cedere formidatur. Ut autem animarum saluti omnium penitentium salubrius consulatur, eorumque conscientie expurgentur, supplicat itaque dictus rex, quatenus desuper oportune providere sibi que, ut aliquem continuo penes se in regnis et dominiis suis huiusmodi probum et discretum per eum ad hoc pro tempore eligendum presbiterum secularem vel regularem [habeat]¹⁾, qui auctoritate apostolica confessionibus quorumcunque utriusque sexus hominum, quarumcunque nationis et diocesis fuerint, diligenter auditis ipsos ab omnibus eorum reatibus, transgressionibus, criminibus, peccatis, sententiis et censuris aliisque quibuscunque casibus episcopalibus et sedi apostolice non reservatis totiens, quotiens oportunum fuerit, non tamen in ordinariorum contemptum, in foro conscientie absolvere et penitentiam salutarem [ipsis]¹⁾ injungere necnon omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem exceptis casibus sedi apostolice generaliter reservatis impendere et elargiri libere possit, concedere dignemini. Fiat tempore necessitatis ad triennium. P. Datum Rome apud s. Marcum 6. kal. sept. anno 4.

Suppl. 621 fol. 284.

2427.

24. Sept. 1468.

Klerken Gregers Jensen fra Slesvig Stift faar Sognekirken i Brodersby (?) i Slesvig Stift.

Supplicat Gregorius Johannis clericus Slesvicensis diocesis, quatenus sibi de parrochiali ecclesia sive capella s. Andree in Boderbok Slesvicensis diocesis per obitum Astori Nicholai va-

¹⁾ add. Gz.

cante [fructus 15 duc.] gratiose providere dignemini. Concessum in presentia pape. Pe. Tirasonensis. Datum Rome apud s. Marcum 8. kal. oct. anno 5.

Suppl. 624 fol. 130.

2428.

14. Nov. 1468.

Kong Christiern meddeler Kardinal Franciscus Gonzaga, at Franciskanerne i hans Lande trænger til at reformeres, og beder ham derfor arbejde for, at Laurens Brandsen bliver gjort til Guardian for Klostret i Odense og Generalministerens Kommissær for at indføre den regulære Observans der, samt virke for, at det bliver forbudt Provinsialministeren at forulempe Klostret i Odense, at Kongerne og Odense Biskopper maa indsættes som Værneherrer for dette, og at der maa tilstaaes det Aflad.

Cristiernus etc. . . . affini et amico nostro carissimo, Francisco tituli s. Marie nove, sacrosancte Romane ecclesie diacono cardinali dignissimo . . . Regum studia (*Script. rer. Dan. VIII, 444—45; Reg. 4341*). Ex castro nostro Haffnensi 14. nov. anno 1468 nostro sub secreto.

Afskrift i [»Marcellus' Kopibog« og derefter i] Barth. B, 260—63.

2429.

10. Marts 1469.

Paven stadfæster Ribe Domkapitels Privilegier.

Decano et capitulo ecclesie Ripensis. Cum a nobis petitur (*Terpæger, Ripæ Cimbricæ, 189—90; Reg. 4346*). Datum Rome 6. id. martii anno 5.

V.

Orig. med Bulle (som den S. 362 afbildede) i Ribe Stiftskiste, 314 (R. A.).

2430.

21. Marts 1469.

Lundekanniken Claus Jensen, som er ansat ved Kuriern, faar Tilladelse til at lade sig præstevie i Rom.

Exponit Nicolaus Johannis (*Dipl. dioc. Lund. IV, Nr. 128*). Concessum in presentia pape. Pe. Tirasonensis. Et quod sola signatura sufficiat . . . Datum Rome 12. kal. aprilis anno 5.

Suppl. 632 fol. 241.

2431.

29. Marts 1469.

Paven befaler Provsten i Lübeck, Kanniken Volkmarus de Anderten sammesteds og Officialen i Bremen at fælde Dom i en Sag mellem Klerken Johannes Meynhardi og nogle Lægmænd fra Slesvig Stift.

Preposito et Wolkmaro de Anderten canonico ecclesie Lubicensis ac officiali Bremensi. Humilibus supplicum votis [etc.].

